Considerem⁹ hunc psalmū nimis vtilia nobis sacramenta declarasse. Dixit enim: q̄ vanis z superfluis homines locutionibus occupentur: vt non veritatē qua viuant: sed quo moriuntur velint affectare mendacium. Deinde quale sit eloquium domini consequenter exposuit: vt salutariter vnicuiq; sua sordeant: si quantū sint mundissima dñi verba cognoscat. Quibus reb⁹ illud remediū datur: qñ fm potentiā dñi filios hominū constat posse liberari. Et quia vndecimi numeri virtus in quo hic psalmus est constitutus / euangelicum nobis cognoscitur indicare mysteriū: patrifamilias supplicemus: vt in vineam suam saltem vel vndecima nos hora clementissimus intromittat: quatenus mercedē operibus nō debitā: sed dignetur donare gratuitam. Nam z beatus Prosper in secūda parte libri qui inscribitur ante legem: sub lege z sub gratia: de vndecimo calculo sic ait: Hoc⁹ sine huius mysterio vndecim velis glicinis tabernaculum desuper operiebatur: quorum esse ostendat totū mundū deo: ac sub penitētia degere. Ipsius enim numeri psalm⁹ habet principiū: Saluum me fac dñe qñ defecit sanctus: quoniam diminute sunt veritates a filijs hominum.

Explicit expositio in psalmū vndecimū.

In finem psalmus Dauid. xij.

Usq̄quo domine obliuiscēris me in finem: vsq̄quo auertis faciem tuam a me? Quādiu ponam cōsilia in anima mea: dolorē in corde meo per diē. Usq̄quo exaltabitur inimicus meus super me: respice z exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus p̄ualui aduersus eum. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego autē in misericordia tua speraui. Exultabit cor meū in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit michi: z psallam nomini domini altissimi.

Cum tituli huius verba precedenti expositione iam nota sint: cōuenit vt de cōtinentia magis psalmi aliquid dicere debeam⁹. Tot⁹ enim de charitate loquit dñi christi: in qua est totius legis sita perfectio: quā si quis habet oia mūdi istius blādimēta postponit. Nā dñi ipsa sola ex toto corde requirit: eius cōtrarii non amat. Charitas enim dei quedā vernalis est pluuia virtutū: sub qua z beata volūtas germinat: z opatio sancta fructificat: patiēs hic in aduersis: tēperata in ꝓsperis: humilitate potēs: afflictione letissima: mūicis benuola: bonis suis superās malos. De qua etiā supne creature semp accense sunt: flāma reficies: desiderū salutariter crescens. Et vt apli Joannis voce cūcta cōplectar: Deꝰ ipse charitas est. Quapropter ipsam nos decet expetere: ipsam sine fine desiderare: vt quia hic inde expleri non possumus: saltem ex ea in futura retributiōe satiemur: sicut in cētesimo octauodecimo psalmo legitur: Defecit in salutari tuo anima mea. Istud enim deficere felici est permittate constare.

1. Joan. 4.

Psal. 118.

Diuisio.

Cum respiceret ꝓpheta proxima parte gen⁹ humanū morituris superstitiombus occupari: nec ad culturā veri dñi puris sensibus festinare: credulitatē suam aduentu sancte incarnatiōis magno desiderio deprecatur expleri: vt vel tunc confusa gentilitas salutariter deuios errores abiceret. Secūdo membro: ad nostras petitiones efficaciter instruendas illuminari fidē suā vehementer expostulat: ne inimici aliqua fraude succūberet: qui semper se in eius dicit misericordia fuisse confisum.

Expositio.

Usq̄quo dñe obliuiscēris me in finē]? Plenus ꝓpheta (vt dictū est) dñi charitate copiosa: qua ei⁹ humanationē auide sustinebat: ꝓfidēter eructuās dicit differri se diutius ab expectatione sua: qñ omni desiderāti valde molesta dilatio est. Quem licet illuminatione fidei credebat esse venturū: de eius tamen tarditate conqueritur: cuius adhuc sperati cernere non merebatur aduentū. Non enim obliuiscitur deus: sed ab eo qui desiderat obliuionē credit pati: quādo differt donare qđ petitur. In finē/ hic tempus significat quo incarnationē dñi p̄uidebat esse venturā. Talis enim querela fideles animas pulsat: vt z sine fine ce-

lestia cupiant: ⁊ de dñi sempꝫ promissione ꝓfidant. Et intuēdū/ꝙ per hos quattuor versus: vbiꝙ verba patientie cōstantissime ponit. Dicit enim vsqquo / quousqꝫ/ q̄dū: repetens etiā vsqquo. ¶Que figura dicit Epimone: quādo similia dicta crebra repetitione geminantur[† ¶Quousqꝫ auertis faciē tuā a me]. Apparitionē postulat christi quā in spiritu iam prenidebat. Ipsa est enim facies eius que carnalibus oculis potuit apparere. ¶Quā ille vir sanctus affectu generalitatis meritō cupiebat aspicere: que mundū dignata est celesti visitatione saluare. Sic et desiderū diuini amoris ostensum est: ⁊ impletam charitatē constat in proximis: quādo ingiter expetebat qđ oibus ꝓdesse cognouerat. Utrūꝙ enim ꝓiunctū: vtrūꝙ sociatū est: vt nec deus sine proximo ametur: nec proximus sine diuinitate diligat. [¶Quādiu ponā ꝓsilia in aīa mea]. Hic ardor maximus sustinētis exprimitur. Dicit sibi deesse cōsiliū: vt videndi mitigare possit affectū: quādo inestimabilis est anxietas concupiscere bonum: et diutius sustinere venturū. [Dolorē in corde meo per diē. Usqquo exaltabit inimicus meus sup me]? Adhuc sup pijs conquestibus pseuerat. Subaudit enim de versu superiore/ponā: vt sit plena sentētia. Dolorē in corde meo ponā per diē: id est per singulos dies: vt absolute ꝓtinuatio tēporis possit intelligi: Et respice versus istius primū verbū: vt iam non desideriū: sed decoro crescente ambitu excitat⁹ dolor maximus sentiatur: qđ vtiꝙ fit quādo spes longa ꝓtrahitur. Inimicus meus. De diabolo dicit: qui ante aduentū dñi exaltatus humana captiuitate gaudebat. Sup me/ hoc est sup credulitatē meā/ quia ille toto orbe colebat instāter: cū deuotionē diuina religio nō haberet. [Respice ⁊ exaudi me dñe deus meus: Illumina oculos meos ne vnqꝫ obdormiā in morte]. Uenit ad secūdū membrū deprecationis sue. Sed quas hic pietatis siue lachrymas ꝓfudisse credamus: ne dilatione diuina tot⁹ mūdus captus dolorib⁹ interiret. Me enim cū dicit: nō sibi tm̄ singulariter petit: sed vniuersis fidelib⁹ supplicat subuenire: quoꝫ dilectione remediū generale petebat. Respice / ad illud referendū est qđ superius ait: vsqquo auertis faciē tuā a me. Exaudi ꝙ/ad illud qđ dicit in capite psalmi: vsqquo dñe oblīuiscēris me in finē. Oculos aūt cordis hic debemus aduertere: q̄ in morte obdormiūt: quādo fidei lumine sepulto: carnali delectatione claudunt. Ipse est enim somnus: de quo letat inimicus. [Nequādo dicat inimicus meus prevalui aduersus eū. Qui tribulant me exultabūt si motus fuero]. Hoc de diabolo ⁊ angelis eius dicit quibus talis cōsuetudo est: insultare dū capiūt: victorias suas putantes sequaciū ruinas. Dicit enim: Si diuisus a te fuero illis gaudiū dabo: qui detestabili cōsuetudine tūc efficiunt leti: qñ deceptos a se cognouerunt possideri. Nā qđ dicit: si motus fuero significat infidelis anime mutabilitatē: quia necesse est vt in laqueū diaboli pedē mittat: si se quitpiā vestigiomentis a dñi firmitate subducat. [Ego aūt in misericordia tua speraui. Exultabit cor meū i salutari tuo]. Quātus desiderio magno raperetur: patientie sue tamen mōēta declarauit dicēs: quia ⁊ si adhuc cōtingat ꝓpria vota differri: ipse tamē supna misericordia suffragante in spe eius possit firmissimus inueniri: sicut apls dicit. Spes aūt non confundit. In tua enim misericordia dicit: qñ qui aliter putat: oēm spem sue credulitatis euacuat. O virt⁹ fidei: ⁊ firmitas magna credētis. Gaudebat ad presentis absentiā: ⁊ interior homo dei salutare iam ꝓsperarat: quē adhuc exterior carnalibus oculis cernere cupiebat. [Cantabo domino qui bona tribuit michi: ⁊ psallam nomini dñi altissimi]. Cum se in principijs crebra cōquestione a desiderio suo dicat esse dilatū: hic sibi beneficia dñi iam letus asserit cōtributa: siue quia per prophetie virtutē accepisse se dicit qđ manifeste nouerat esse venturū: siue quia hoc ipsum credidisse iam premiū erat: sicut legitur: Credidit Abraam deo: et reputatū est illi ad iusticiā. Merito ergo accepisse se dicit: cui tanta fides fuerat firmitas attributa. Et inde qđ ꝓius dixit cantabo: deinde psallam. Cantabo corde: vbi nimia letitia complebatur: psallā operibus bonis: qđ maxime diuinitas querit: vt cantabo pertineat ad contemplatuam: psallam ad actualem. Que duo tanq̄ gemini oculi pulcherrime sociata: reddunt illummatissimum christianum. Gen. 15.

¶Conclusio.

¶Respiciamus prophetā in cōtemplatione beata positū: quāto desiderio gloriosam incarnationē dñi sustinebat: ⁊ hinc aduertamus quale munus inde suscepimus: qđ regē potentem ⁊ sanctū prophetā tanto studio cōspicere voluisse sentimus. Sed dño supplicandū est: ne diabolo tradat sua desertione tentandos: ⁊ tali beneficio nos reddat indignos: vt cui ille adhuc venturo famulabat: deuotissime nos ei qui iam venit fideliter seruiamus. Admonet etiam duodenarius numerus / apostolorū nos recolere quātitatē: qui doctrina pfectissima mandatoꝝ: ⁊ dñm sup oia dilexerūt: ⁊ primos eadē vt se charitate complexi sunt: vt merito hic psalmus talia nobis sacramēta cōcesserit: qui apostolorꝝ noscit numero cōsecratus. Duodecim quoꝫ tribub⁹ hebreoꝝ populū constat esse diuisum. Duodecim etiā sedes in iudicio venturo dñs promittit apostolis. Duodecim quoꝫ mensibus annus ipse partitus est. Sed et alia huiusmodi plura diligens lector inueniesvt hūc calculū multis mysterijs refertū esse cognoscas.

¶Explicit expositio in psalmū duodecimū.

¶In finem psalmus Dauid. xiij.

Dixit insipiēs in corde suo: nō est deus. Corrupti sunt ⁊ abominabiles facti sunt i studijs suis: non est qui faciat bonū/ non est vsqꝫ ad vnum. Dominus de celo ꝓspexit super filios hominū: vt videat si est intelligens aut requirens deū. Omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonuz/ non est vsqꝫ ad vnum. Sepulchrū patens est guttur eorum / linguis suis dolose agebant: venenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione et amaritudine plenuz est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinē. Contritio ⁊ infelicitas in vijs eorum: et viam pacis non cognouerunt: non est timor dei ante oculos eorum. Nonne cognoscent omnes qui operātur iniquitatem: qui devorant plebez meā sicut escam panis. Dominū non inuocauerūt: illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Qñ dñs in

SCHE. Al. vsqquo

Rom. 5.

generatione iusta est: consilium inopis confudistis: quoniam dñs spes eius est. Quis dabit ex syon salutare israel: cum auerterit dominus captiuitatem plebis sue: exultabit iacob ⁊ letabitur israel.

Cum verba ista ꝓmissis expositionib⁹ omnino iam nota sint: memoria potius de his q̄ sermo noster requirat. In titulis autē iste finis frequēter repetitur: vt semp ad oipotentem christū audientis animus erigatur. Sed finis iste/sicut dictū est)varijs significationibus sensum nostrū trāsmittit ad dñm: nunc tribulantium confessione: nunc exultatione letantiū: nunc docentis affectu: nunc cōminatione iudicij. Modo tamen psalmus hic iudeoꝝ vesaniā vehementi increpatione castigat: asper iniectionibus: terribilis ꝓphanis: amarus incredulis: vt hec increpatio merito sancte detur ecclesie: ꝓtra cuius ꝓpositū demens perfidia prauas intentiones nititur excitare. Diuisio.

Facies illa domini/que in duodecimo psalmo desiderabili supplicatione petebat: hic iam introducitur aduenisse. Et ideo primo modo increpat ecclesia catholica iudeos: qui viso christo minime crediderūt. Secundo modo/dicit inani eos trepidatione cōfundi: q̄ fructuosum timorē dñi cognoscere noluerūt. Ad postremū/eoꝝ in finem seculi predicitur euenire conversio: cum plenitudo gentiū longis seculis expectata ꝓuenerit: vt cū dñi pietas in eis ꝓditur: ad confessionis remedia facilius inuitentur. Expositio.

Dixit insipiens in corde suo / non est deus]. Videns populus iudeoꝝ christum humiliter in assumpta carne venisse: insipienter dixit/nō est deus. Nec intellexit ipsum esse qui predict⁹ fuerat a prophetis. Ideo gratuus/quia non labijs: sed dixit in corde: vt malo voto peior increditas iungeretur. [Corrupti sunt ⁊ abominabiles facti sunt in † voluntatib⁹ suis: non est qui faciat bonū: nō est vsqꝫ ad vnū]. Corrupti sunt: dum ab scripturarū sanitate recedentes: in sensus probati sunt incidisse vitiosos. Sequitur deinde pena peccati: vt nefandissima incredulitate maculati: abominabiles dño suis erroribus redderentur. Uolūtas enim dicta est a volatu: qñ animus quo vult nimia velocitate transfertur. Sequitur: Non est qui faciat bonū. Quid ergo dicimus de patriarchis? Nonne bonū fecit Noe: cū dñi preceptis obediens: in arcam saluandus intrauit? Nonne idem bonū fecit Abraam: cū filium suū obediens diuinis missionibus obtulit immolandū? Nōne bonū fecit Job: qui dura passione percussus: in oibus gratias actrauit? Quid dicā de prophetis ⁊ apostolis: et qui mandatis dñi famulantes: seipsos gloriosos mortibus obtulerūt? Fiūt hodieꝙ dño largiente iustoꝝ operatione que bona sunt. Sed vt hec negatio verissime tibi elucere debeat cōsidera qđ sequitur: Non est vsqꝫ ad vnum. Revera solus est christus: sine quo bonū aliqđ incipere vel implere imbecillitas humana non ꝑualet. Quapropter iure negatum est vllū facere bonū: nisi vsqꝫ ad ipsum fuerit eius miseratione perventū. Nam cū ad eū acceditur: nec ab ipso receditur: omne bonum sine dubitatione peragitur. Iste est ergo finis qui est premissus in titulo. [Dñs de celo prosperit sup filios hominū]. Quomodo prosperit? Scilicet vt nobis mitteret vnigenitum filiū suū: per quem vera fides euidentius posset agnosci. Super filios hominū: de iudeis potest intelligi: sicut in euāgelio dño ait: Non sum missus nisi ad oues que perierūt dom⁹ israel: vt honorarius eos appellauerit filios hominū: ꝓpter vnius dei cultū in cōparatione gentiliū. Illi em̄ ꝓpo specialiter cognoscitur datū: qđ repellendo sacrilegus a se reddit alienū. [Ut videat si est intelligēs aut requirēs deū]. Uideat videri faciat. Mō schema dicit hyppallagen id est pmutatio: quotiēs m aliū intellectū verba que dicta sunt transferunt. Ut dicat ex tēpore nosse quippiā: qui anteq̄ fiat nouit vniversa. Sic ⁊ abrae locutus est dñs: Nunc cognouī qñ tu times dñm deū tuū. Sic dicturus est in iudicio suo peccatoribus: Nescio vos: ⁊ his similia. Mō genus locutiōis in scripturis diuinis reperis frequēter insertū. Intelligēs aūt dixit propter assumptionē humanitatis: quia de⁹ intelligi debuisset q̄ multis miraculis aduentū sue diuinitatis ostendit. Requirēs ꝙ posuit: si eius mādata sequerentur. Ille enim requirit deū: qui ab eius volūtate nō discrepat. Sic vno versu mysteriū sancte incarnatiōis ostē sum est: vt per hoc ⁊ hominū fides potuisset intelligi: ⁊ remedū debuisset optati muneris inueniri. [¶Omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonū: nō est vsqꝫ ad vnū]. Oēs dicunt declinasse cū tamen ex eis non minima turba crediderit. Sed a parte totū accipiendū est. Tāti enim impij fuerūt: vt oēs pene pfidi esse ac perisse putarētur. Isti ergo declinauerūt a gratia dei: ⁊ facti sunt inutiles sibi. [Sepulchrum patens est guttur eorū: linguis suis dolose agebant]. Isti quinqꝫ versus vsqꝫ ad diuisionē secundam in hebreis exemplaribus nō habentur. Sed qñ in vsum ecclesie consuetudine longa receptī sunt: put cōcessum fuerit singulos exponemus. Presens itaqꝫ versus: et in quinto psalmo iam dictus est. Uerū quia eadē erat gens ⁊ causa cōsimilis: apte in illos repetita ꝓbatur esse sentētia. Merito ergo sepulchrū dictū est guttur eoꝝ qui mortifera loquebantur. Nam sicut illa cum patent fetidos odores exhalant: ita ⁊ istorū guttur pestiferos sermones proferebat. Et ne soli pereant linguis suis: dolosa dissemināt. Memēto antē qđ in his quinqꝫ versibus: per secundā speciem diffinitionis que grece dicitur Enneomatice: latine notio nūcupatur: illos insipientes designarit: de quibus superius ait / in cordibus suis cogitare sacrilega. Que species nō substātialiter qđ sit designat: sed eos euidenter insinuat per suoꝝ actuū qualitatē. [Uenenū aspidū sub labijs eoꝝ. Quoꝝ os maledictiōe ⁊ amaritudine plenū est]. Aspidū immane genus ꝓstat esse serpentū: qđ naturali obstinatione verba incantā tuī nō perhibetur admittere: nec a voto suo potest remoueri: qđ nullo valet carmine mitigari. Huic iudei aptissime comparant: qui aduersum verba salutaria induxerūt miseri letiferā surditatem: ⁊ elegerūt magis consilia venenosa sequi: q̄ ad salutaria instituta perduci: vt merito de illis dictū esse videat: Elegerūt tenebras magis q̄ lucē. Uenenū enim dictū est: eo q̄ p venas serpat. Sic ⁊ vota malignoꝝ occulta cogitatione grassantur. Sequentia quoꝫ pulchre nimis in aspidis cōparatione manserūt: cui dum blanda carmina dicant: illa semp minat exitū. Ita ⁊ os iudeoꝝ maledictione ⁊ amaritudine plenū erat: quādo ꝙ bonis admonitionibus: blasphemabant dñm christū: et de eius nece tractabāt. [Veloces pedes eoꝝ ad effundendū sanguinē]. Pedes appellant cōsilij ꝓgressus:

Deu. 32.

Al. studijs

ETY.

DOE.

Joan. 3.

ETY.

quibus de incepto mouemur ad exitus rerū. Nam qđ dixit/veloces: ostendit moderationis illis cōsilia defuisse. Ad effundendū sanguinē: subaudiendū dñi salvatoris: vt scelerate crescat immanitas actionis. Ita sanguis iste agni imaculati dū a iudeis effusus est: nimis eos criminosos effecit: sed cū ad nos quenit beatitudini ꝓsecrauit. [Cōtritio ⁊ infelicitas in viis eoꝝ: et viā pacis non cognouerūt]. Optime via describit impiorū: que cōtritio est/ qui ⁊ terit ⁊ teritur. Infelicitas ꝙ quia nunq̄ per ipsam nisi ad infausta suppliciа quenit. Sed potest aliquis ⁊ in via peccatoꝝ esse: et ad viā iterū redire iusticie. Hic aūt negat illos aliqua cōuersione liberatos: cū dicit: Viam pacis nō cognouerūt: quādo ipsum dñm qui est via pacis/ cecati corde nullaten⁹ intelligere meruerūt. [Non est timor dei ante oculos eorū]. Precedētibus rebus subiūcta est sententia: que pulchre cūcta ꝓcluderet. Jdeo enim illi tāta fecerūt: quia timorē dei ante oculos nō habebant: sicut de ipsis dicit apls. Si enim cognouissent/ nunq̄ dñm glorie crucifixissent. Sic vere dicim⁹ dñm glorie crucifixū: cū tamen eū cōstet carnis tm: nō etiā diuinitatis natura fuisse trucidatū. [Nōne cognoscēt oēs qui operantur iniquitatē: qui devorāt plebē meā sicut escā panis? Dñm nō inuocauerūt]. Sūcta ecclesia cui⁹ ꝑsona in hoc psalmo loquit: verit ad secundū modū: vbi oibus ipsis diuinū iudiciū cōminat: dicens in illa retributione generali cognoscere vindictā: qui nūc operant sub libertate malitiā. Quido aūt verbum talis est: Nōne cognoscent oēs q̄ operant iniquitatē? Et de sequenti versu tūgendū est. Qm̄ de⁹ in generatione iusta est. Utiq̄ cognoscent in futuro iudicio: qm̄ viderint bonos ad eterna ꝓmia diuinit⁹ inuitari: se ꝙ ad supplicia nunq̄ finienda trā smitti. Qui devorant plebē meā: de illis dicit/ qui dogmate ferali absorbēt simplices christianos. Nam qđ ait: Sicut escā panis animo peccātiū videt aptatū: q⁹ sicut esurientes famē suā putant dulcissimo cibo panis expleri: ita ⁊ isti festināt christianoꝝ deceptiōe satiari. Additū est vnde illis augeatur interit⁹: quia dñm invocare noluerunt. Necesse enim erat illos desperata gerere: q̄ dñm saltatorē noluerūt: suphis mentib⁹ inuocare. [Illic trepidauerūt timore vbi nō erat timor. Qm̄ de⁹ in generatione iusta est]. Sicut opportuno tēpore timere, pudentia est: ita dementie ꝓbatur esse ꝓiunctū inepta se quadā trepidatione ꝓfundere. Illud enim cōstat esse cautelā: hic arguit semp ignauia. Merito ergo inani tremore cōcussi sunt q̄ timorē dñi salutarē in hoc seculo de suis mentib⁹ abiecerūt. Dicebāt enim iudei. Si credimus in eū (pro ipsa nouitate culture) veniēt romani: ⁊ tollent nobis ⁊ locū ⁊ gentē. Ita factū est: vt nō timēdo dñm: supuacuis trepidationib⁹ angerent. Additur: Qm̄ de⁹ in generatione iusta est. Sententia secuta est que corrigeret infideles: vt meminerint cōtinētiā sibi diuinitatis abesse: cū se videāt vētosa felicitate ꝓsurgere. Qđ totū pia mēte predicit: vt impiorū mēs sacrilega corrigat. [Cōsiliū inopis ꝓfudisti: qm̄ dñs spes ei⁹ est]. Jnuectio dirigit ad iudaicū populū: cui dicit enigmatice: Consiliū ꝓfudisti: id est suscipere noluisti q̄ ad te venerat liberandū: vt q̄ dare disposuerat creditus salutē: ꝓceptus ingerat vitionē. Inopis aūt dicit de dño saluatore: qui de suo diues: propter nos fact⁹ est paup. Et tot⁹ hic versus sub admiratiōe legēdus est. Cōsiliū inopis ꝓfudisti: qm̄ dñs spes eius est: vt vnde magis debuit reuerētior existere: inde potius videret ⁊ cōtemptus opprobria sustinere. Hec moneat q⁹ a parte sumpte bñanitatis species sancte incarnationis dicit deus. Aliter enim humilitas humanitatis eius ostendi nō potuit: quā pro hoīm salute suscepit: sicut ⁊ in alio psalmo dicturⁿ est: Deus de⁹ meus respice in me: quare me dereliquisti? [Quis dabit ex syon salutare israel: dū auerterit dñs captiuitatē plebis sue]. Postq̄ de dñi aduentu ecclesia sancta locuta est: nunc ad admirationē tāti bñficij redit dicēs: Quis dabit ex syon salutare israel? Cum dicit/ quis: nullū vult intelligi nisi dñm patrē: qui dñm christū in syon: id est in Jerusalē mittere ac prestare dignat⁹ est. Ipse est vtiq̄ salutaris israel: hoc est bene credētiū eterna salus: ⁊ infinita securitas. Sequit: Dum auerterit dñs captiuitatē plebis sue: id est cum damnauerit diabolū: qui dei plebē impia credulitate persequit: ⁊ captinare festinat. [Letetur iacob ⁊ exultet israel]. Superiori interrogationi iungitur ꝓsolatiua responsio: vt letet Jacob: id est iudeorū ⁊ gentiū populus p gratie munera collectus sine colligēdus: qui aliqn̄ sua infidelitate vagatus est. Hic enim Jacob: iudeorū antiquus populus debet itelligi: quāuis eius nomē more scripturarū ⁊ nouo ꝓpto in subsequētibus datū esse videat. Jsrael aūt vniuersalē ecclesiā de cūctis mūdi partib⁹ aggregatā cōgruenter aduertimus: que necesse est/ vt exultet: quādo ad regnū celoꝝ dñi miseratione peruenerit. Et vide diuersis causis q̄ ꝓpria verba tribura sint. Letabit Jacob: quia non sperata suscepit medicinā. Exultabit israel: id est inenarrabili gaudio cumulabit: quando viderit re qđ ardentissime desiderabat in spe. Conclusio.

¶ Si pio animo dicta cogitemus: illa nobis virtus in hoc psalmo predicata est: vt inimicis nostris quātū in nobis est: mente beniuola cōsolemur: ne ceca obstinatione durati: insolubili mancipentur errore. Increpat enim ecclesia populū peccatorē vt ad suū non festinet exitiū: quatenus ꝓuidite deposita nō moretur abicere: vnde potest modis omnibus interire. Quapropter ⁊ nos ꝓut datum fuerit sequamur instituta reuerenda. Suadeamus hereticis rectā fidē: suphis predicemus sanctā humilitatē. Nobis potius ista cōferimus: si talib⁹ ꝓdesse mereamur. Scire aūt debemus: primū hīc esse psalmū eorū qui de iudeorū increpatione ⁊ cōuersione cōscripti sunt. De numero quoq̄ huius psalmi sic cōsicere nō putamus absurdū: vt quia sctā ecclesia introducta est ad loquēdū: que ⁊ quinq̄ libros Moysi: ⁊ octo dierū ꝓ dñica resurrectiōe recipit mysteria: merito ꝓsona ei⁹ tertūdecimū calculū tenere videat: q⁹ nouī ⁊ veteris testamēti sacramēta cōplectit. Siue q⁹ iste numerus ad illud aptari potest: qđ a natali dñi vsq̄ ad eius apparitionē tredecim dies esse noscuntur. Merito ergo celestibus rebus supputatio ista completa est.

¶ Explicit expositio in psalmū. 13.

¶ In finem psalmus Dauid. xiiij.

Domine q̄s habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula: ⁊ operat⁹ iusticiaz. Qui loquit veritatē in corde suo: q̄ nō egit dolū in lingua sua. Nec fecit ꝓximo suo malū: ⁊ opprobriū non accepit aduersus ꝓximos suos. Ad nichilū deduct⁹ est in cōspectu ei⁹ malignus timētes aūt dñm glorificat. Qui iurat ꝓximo suo ⁊ non decipit: qui pecuniā suā nō dedit ad vsurā: ⁊ munera sup innocentē nō accepit. Qui facit hec: nō mouebit in eternū.

Cum titulus iste nos solenniter remittat ad dñm: nec sit aliquid nouī qđ de eius verbis dicere debeamus: de textu potius psalmi que sunt aptissima pquiramus. Non enī vt aliqui psalmorū quadam ꝓfunditate velatus est: sed pphetice interrogatiōi respōdet dñs in decalogi exē plum decē virtutib⁹ ad beatitudinis sue atria pueniri. Quas nō per singulos versus queras: qm̄ singule/ ⁊ bine/ ⁊ terne/ per vnūquēq̄ versiculū cōtinent. Sed nos opportunissimis locis quēadmodū diuidi ⁊ intelligi debeāt admonebimus. Et nota q⁹ hic institutor: fidelissimus est psalmus. Jn primo enī beatū virū quinaria diuisiōe cōplexus est: dicēdo Qui non abijt in cōsilio impiorū: ⁊ in via peccatorū non stetit: ⁊ in cathedra pestilentie non sedit: sed in lege dñi fuit voluntas eius: ⁊ in lege eius meditabit die ac nocte. Hic autem talē virū decez dicit sanctis ꝑminere virtutibus. Sic ⁊ ibi pentareuchi: hic decalogi virtus ostendit.

¶ Diuisio.

Diuisio psalmi huⁱ⁹ tota in interrogatiōe et respōsione nolcit cōstituta. Sed interrogatio cōstat vno ϟiculo. Rīsio ꝙ sex ϟibus ꝓtinet. Nunc ad exponēda ꝓba veniamus.

¶ Expositio.

Domine quis habitabit i tabernaculo tuo: aut quis requiescet in mōte sancto tuo?] Desiderās ꝓpheta nosse quos dignos ecclesia sua dño iudicaret/ tanq̄ ꝓtus sacerdos ante faciem eius assistēs respōsa petit: ⁊ de scīscitatione sua cūpit se fieri certiorē. Que figura dicit Erotema: quādo interrogāti fit apta respōsio. Interrogat ergo quis in ei⁹ tabernaculo possit habitare? Sed cur vocet tabernaculū/ paulo diligētius pscrutemur. Maiores nostri/ domos pauperū tabernas appellauerūt: ꝓpterea q⁹ tūs trabibus nō adhuc tegulis tegebāt: quasi tabernas. Et q⁹ ibi habitabāt ⁊ cenabāt (sicut antiquito mos erat semel cibū sumere) ex duobus nobis vnū tradit factū esse vocabulū: id est ex taberna ⁊ cenaculo: quasi tabernaculum. Hinc iam tabernacula cōsonanter dicta sentimus: expeditionales ⁊ subitas habitatiōes. Nā et in veteri testamento iussit sibi dñs tabernaculū fieri: cū israeliticus populus esset i castris: vt velut quedā domus diuina simul moueret cū mansiōib⁹ hebreoꝝ. Unde factū est vt fides catholica que per ecclesias toto orbe diffusa est: dei tabernaculū nuncupet. De quo etiam ⁊ Joseph⁹ in libro antiquitatis tertio/ titulos diligēti narratiōe disseruit: qđ nos fecimus pingi/ ⁊ in pādectis maiorīs capite collocari. Mōtem vero sanctū/ significat Jerusalē futurā. Sed intuere q̄ pulcherrime varios sensus apta ꝓba distinguant. In tabernaculo dicit quis habitat: de illo q̄ adhuc in huius seculi agone cōtendit. In mōte quis requiescit: qm̄ iam vnusquisq̄ fideliū post labores huⁱ⁹ seculi/ eterne pacis securitate reficit. [Qui ingredit sine macula]. Uenit ad secūdam partē: vnde iam quasi ex aditis respōsa tribuūt: et ex ꝑsona dñi christi dicit/ qđ et desiderio satisfaciat postulātis: ⁊ incarnatiōis ei⁹ adorabile reueleat arcanum. Prima siquidē gloria ipsius fuit/ ingredi tabernaculū sine macula: q̄ templū Jerusalē a peccatis liber intrabat. Nā cū alij domū dei purificatiōis causa fuerint ingressi: ille sol⁹ taliter introiuit/ vt sine macula ante conspectū patris assisteret: vt non illi lex aliquid daret/ sed ipse potius legē sicut optimus legislator impleret. [Qui operat⁹ iusticiam]. Hec secunda est quā dñs fecit: cū de synagoga vendētes ⁊ emētes eiecit/ in diuino tēplo humanū ꝓhibens esse cōmercium. Ait enī Domus mea domus oratiōis vocabitur: vos autē fecistis eam speluncam latronū. [Qui loquitur veritatem in corde suo]. Tertia est/ qua singulariter saluator noster impleuit. Veritas est cūm res que nullaten⁹ aliter q̄ cōfirmauerimus: aut sit/ aut facta est/ aut facienda esse demōstrat. Loquebat enī tacitus in corde suo veritatē: qñ dolose perquirētibus sermonis sui mysteria non ꝓdebat. Nam cū iudeorū falsitate et voce presidio vteret⁹/ admirantibus cunctis non respondit vllum verbum: sed in sua sancta cōscientia loquebat quod digni nō erāt audire/ qui eū fraudulenter videbant inquirere. [Et non egit dolum in lingua sua]. Uenit ad quartā. Nam sine dolo omnia se fuisse locutum: in euāgelio testatur ipse dum dicit Quia que audiui a patre meo nota feci vobis. Quid enim mundius/ quid ve simplicius? nisi vt veritas illa incōmutabilis nulla adiectiōe vel suppressione violata/ ad aures hominum integritate purissima peruenire⁹? [Nec fecit ꝓximo suo malū]. Quintā ingressus est/ que item ꝓbatur in dño: qui nō solum nullū lesit/ sed etiam patienter cūcta sustinuit. Proximū vero dixit/ populum iudeorū: a quo traxit carnis originē/ ꝙ quibus etiā in cruce positus orauit dicēs: Pater ignosce illis: q⁹ nesciūt quid faciūt. Uides ꝓximo malū non fuisse factū: qñ ꝙ eis etiam vt absolueren⁹ oratum est. [Et opprobriū nō accepit aduersus † ꝓximū suum]. Hec tertia est/ que Judā scarioth designat. Nā dum se nosset ab ipso tradēdū: nulla eū voluit publica increpatiōe confundere: sed tm generaliter dixit: Qui mecū manum mittit in parapside: ipse me traditurus est. Ita factū est: vt nec diuinitatis sue virtutem intelligētibus celaret: ⁊ ꝓximi famā mōrdaci laceratiōe non carpet. Nō accepit: id est gratū nō habuit. Accepta eūm illa dicimus: q̄ nobis grata esse mōstramus. [Ad nichilū deductus est in cōspectu ei⁹ malignus: timētes aūt dñm † magnificat]. Hec est respōsio septima/ vbi diabolū malignū in ꝓspectu suo deduxit ad nichilū: qñ ei dixit Vedi retro Sathanas: Nō tentabis dñm deum tuū. Hoc enī cui potest alteri cōgruere: nisi quē cōstat virtute ꝓpria cūctis spiritibus imperare? Sequit etiā alterius partis decora subiūctio. Timētes aūt dñm magnificat: vt sicut in ꝓspectu ei⁹ malign⁹ ad nichilū deductus est: ita qui dñm timēt/ eū semp puro corde magnificēt. Qđ schema dicit Paradigma: sicut ⁊ in psalmo iam dictū est. Jmitat enī nos ꝓperis: et terret aduersis. [Qui iurat ꝓximo suo: ⁊ nō decipit eū]. [Octaua virtus edicit: quam dño fecit/ qñ a pīs suis certissima ꝓbitate ꝓmisit: dicēs Vos amici mei estis: si feceritis que ego ꝓcipio vobis. Jam nō dicā vos seruos. Jnspiciam⁹ aūt quid ista sententia in ꝓncipio suo dicit Qui iurat ꝓximo suo. Jurare enī est hoim sub attestatiōe diuina aliquid polliceri. Sed cū ⁊ deus ipse ꝓmiserit/ apti⁹ dicit eodē pollicēte iuratū. Jurare est dictū est quasi iure orare: id est iuste loqui. Cunc aūt quispiā iuste loquit: qñ ea que ꝓmittit implet. Jurare ꝙ deum/ ꝓmittere atq̄ cōplere est: sicut alibi dicit Jurauit dñs dauid veritatē: et nō frustrabit eū. Et iterū. Jusiurandū qđ iurauit ad abraam patrē nostrū. Qđ

Universidad de Navarra Biblioteca

multis locis in diuina lectione reperies. [Qui pecuniam suā nō dedit ad vsuram]. Nona iam tangit: quā subtilis indagemus. Duobus modis in scripturis sanctis pecunia ꝓbatur intelligi. Una est ista metallica: q̄ ad vsuram dari omnino ꝓhibetur: qm̄ vicium cupiditatis est exigere velle/qđ re nescias cōmodasse. Hāc quidem habuit dñs christus: quā Jude tradidit pauperibus erogādam. Quā non dedit ad vsuram: qm̄ illam indigētibus ad informādos nos pia largitate cō cessit. Altera vero est/quā ad vsuram dari (euangelio dicente) suademur: id est predicationes sanctissimas/ War.26, et institута diuina. Ait em̄ Sciebas me hominē durū ⁊ austerū: nōne oportuerat te cōmittere pecuniā meā nūmulariis: et ego veniēs exegissem vtiq; qđ meū est cum vsuris? Sic em̄ istud verbum equiuocū/ꝓ locorū qualitate suscipit. [Et munera super innocētes nō accepit]. Virtus decima que restabat/impleta est. Hic super innocētes/cōtra innocentes dat intelligi: qđ nō solum dñm cōstat non fecisse: sed etiam ipse sepbatus est/ꝓ salute generalitatis offerre: sicut in euāgelio di- Joan.10, cit Pastor bonus animam suam ponit ꝓ ouibus suis. Accepit em̄ a magis munera: sed non super innocentes. Sumit etiam quotidie/que sacris altaribus offerunt: sed nō super innocentes. Quapropter intelligamus pias ⁊ paruas oblationes charitatis studio non esse omnimodis respuēdas. Nā si omne munus abijci voluisset: nequaq̄ fuisset additū Super innocentes. [Qui facit hec: nō cōmouebitur in eternum]. Expositis decē virtutibus que de dño Jesu christo nō incongrue sentunt/interrogationi ꝓphetice breuiter data est absoluta respōsio: qm̄ qui facit hec/ipse habitat in tabernaculo dñi: et in sancto eius monte requiescit. Sed cōsidera q̄ facit dixit/nō cātat: vt nos ad actualem virturem interposita lege cōstringeret: ne secreta tanti mysterij intēti/ solis cantibus inaniter psalleremus. Non mouebit: id est ab ipso non mouetur/qđ solis sanctis/beatisq̄ prestat. Nā omnis ab illo impius dimouetur in eternum: quādo eius regni cōmunione SCHE. priuabitur. Hoc schema dicitur Zeugma: id est conſuctio: quādo multa pendētia aut vno verbo/aut vna sententia cōcluduntur. Sed hic in sententia factū est: in verbo autem vbi inuentum fuerit non silebimus.

¶Conclusio.

¶Hic est celestis ille decalogus/ hoc decem chorū spirituale psalterij. Hic vere numerus coronalis: quem solus ille complere potuit/q̄ mūdi vicia cū suo auctore ꝓstrauit. Sed precemur iugiter omnipotētiam eius: vt qui talia per nosmetipsos implere non possumus que iussa sunt/eius ditati munere faciamus. Calculi quoq; ipsius non est consideratio negligenda. Nam quartadecima generatiōe a transmigratione babylonie aduentus dñi saluatoris eluxit: vt merito ⁊ hic ipse videatur locutus/q̄ in eiusdem numero generationis aduenire dignatus est.

¶Explicit expositio in psalmum.14.

¶Tituli inscriptio ipsi Dauid. xv.

¶Conserua me dñe qm̄ speraui in te: dixi dño deus meus es tu/ qm̄ bonorum meorum nō eges. Sanctis qui sunt in terra ei⁹: mirificaut omnes voluntates meas in eis. Multiplicate sunt infirmitates eorū: postea accelerauerunt. Non congregabo cōuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorū per labia mea. Dñs pars hereditatis mee/et calicis mei: tu es q̄ restitues hereditatem meā michi. Funes ceciderunt michi in preclaris: etenim hereditas mea preclara est michi. Benedicam dñm qui tribuit michi intellectū: insuper ⁊ vsq; ad noctem increpuerūt me renes mei. Prouidebam dñm in conspectu meo semper: qm̄ a dextris est michi ne cōmouear. Propter hoc letatū est cor meū et exultauit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe. Qm̄ non derelinques animā meā in inferno: nec dabis sanctū tuū videre corruptionem. Notas michi feciſti vias vite: adimplebis me letitia cū vultu tuo delectationes in dextera tua vsq; in finem.

¶Dum omnes dicantur inscriptiones titulorū qui psalmor⁹ frontibus affigūt: nescio quid mysticū iste designans/hoc ſpecialiter primus continere declaratur. Retinemus em̄ quādo dño passus est hunc titulum supra caput eius fuisse cōscriptum Jesus Rex Judeorū. Sed ipsi veraciter intelligendi sunt isdem qui pura christo deuotione famulant. Et q̄ rex noster saluator de sua passione ⁊ resurrectione locuturus est/ merito huius inscriptionis cōmemoratio facta est: que tūtis post temporibus erat (dño dispēsante) secutura. Et vt hanc tituli inscriptionem nō ad quamlibet aliam personam: sed ad dominū christū referri debuisse cognoscetes/ adiectum est ipsi Dauid: qđ ad dominū saluatorem competēter referri credita expositiōe mōstrauimus. Sciēdum est autem q̄ hic psalmus secūdus est eorum qui passionem ⁊ resurrectionem dñi breuiter tangunt.

¶Diuisio.

¶Et totum psalmū introducitur persona domini saluatoris. Prima positione ſm consuetudinem suam ex humanitate suscepta/ verba facit ad patrē: conseruari se petens/ quia spem suam posuerit semper in eo: non deitati sue quicq̄ minuens/ sed naturā humanitatis ostendens. Naturam dico: originem vniuscuiusq; rei. vigorem q̄ DEF. substantie. Subiungit etiam quemadmodum sancti eius non carnalibus desideriis/sed spiritualibus virturibus eligantur: omnia que pertulit ad hereditatis sue gloriam asserens fuisse perducta. Secunda positiōe idem patri gratias refert: qui illi a dextris apparendo/ iniquitatem huius seculi omnipotētie sue virture superauit. Unde animam suam de inferno asserit esse liberatam: et post resurrectionis gloriam in delectationibus dextere ipsius se memorat collocatum.

¶Expositio.

¶Conserua me dñe: qm̄ in te speraui]. Inter pericula humana veturus: ⁊ iudaice obstinationis impios sensus natura humanitatis assumpta/cōseruari se paterna ꝓtectione deprecat: ⁊ quo facilius eius rei sequeret effectus/ sperasse se dicit semp in dño. Hec figura dicit Ethio- SCHE. popeia: quotiēs dat locutio certe ꝑsone. Persona est em̄ hic dñi saluatoris ex duab⁹ distinctis/ perfectisq; naturis: homo/idēq; deus vnus permanens christus.

Al.Leges. [Dixi dño deus meus es tu: qm̄ bonorū meorum non ꝓindiges]. Dixit non labijs/sed cordis affectu: vnde cōscientia sancta loquebatur. Deus meus es tu: a forma serui filius dicit ad patrē: vt duas naturas in vna DOG. persona dñi saluatoris euidenter agnoscereo. Una ex nostra infirmitate humilis/altera ex sua potentia mirabilis: vt itelligas q̄ passus est fuisse carnis/q̄ resurrexit potentissime maiestatis. Ad destruēdam quoq; arrogātiā humani generis: q̄ suis viribus aliquid boni se facere posse confidit: addidit Qm̄ bonoꝝ meorū non indiges. Audiant hoc pelagiani: qui aliqua bona putant suis viribus applicanda. Clamat humanitas verbi bonis suis deū penitus non egere: ad ipsum referens omnia que donauit: non ad se qui collata susce- Al.in eis. pit. [Sanctis qui in terra sunt eius: mirificauit omnes voluntates meas ꝓ inter illos]. Prius nobis verborū ordo ponendus est: vt sermonū obscuritate submota/ sensus nobis facilius eluceſcat. Sanctis qui in terra sunt eius mirificauit: id est pater omnes voluntates meas. Ut cognoscerea christū dñm ab electis esse diligendū: addidit Inter illos: hoc est sanctos: qui sunt in terra viuentiū: nō inter quoslibet seculi se ambitione ſactātes: sed inter illos tm̄ qui predestinati sunt ad regna celorum: significans timocētes ⁊ iustos. Inter quos mire facte sunt voluntates dñi saluatoris: qm̄ illis obedientibus/et iussa ipsius facientibus/de mortalibus eternos reddidit: ⁊ de terrenis celestes beneficio sue pietatis effecit. [Multiplicate sunt infirmitates eorū: postea acceleraverūt. Non cōgregabo cōuenticula eorū de sanguinibus]. De sanctis dicit: qui dño ꝑspiciente afflictione saluberrima: de mūdi huius decepcuosa voluptate liberati sunt. Prius em̄ multiplicata est illis per seueritatē legis infirmitas carnalis: vt ad noui testamēti liberatricē gratiam desiderabilius peruenirēt: quos dicit nō sanguine pecudū/aut victimarū consuetudine cōgregādos: sed immolatiōe sc̄i corporis ⁊ sanguinis sui: que humanū genus toto orbe celebrata saluauit. Nā ⁊ ipsum qđ dixit/de sanguinibus pecudū designat q̄ tunc copiosius in sacrificijs fundebat. Qui ritus postea dño veniēte mutatus est. IDI. Hoc aūt nomen De sanguinibus/cōtra artem positū cōstat esse grammaticā: apud quā pluralis huius verbi numer⁹ nō habet: ⁊ ideo inter idiomata: id est ꝓpria scripture diuine numerandū est. [Nec memor ero nominū eorū: per labia mea]. Noua illa antiqua que infideles habuerūt: sequenti dicit gratis cōmutata. Prius ei dicti sunt filij ire/filij diaboli/filij carnis: post aduēū vero dñi sacris fontibus renati/ appellati sunt christiam filij dei/amici sponsi. Nō fuit ergo memor nominum illorū: quando nouis hominibus noua vocabula cōstat imposita. Labia vero regis christi/duo hic debemus accipere testamenta: per que voluntates eius enūciatas esse cognoscimus. Pulchre aūt dicta sunt labia: quādo vtraq; regnum dei predicāt: et in vnius sont cōcordia sicut labia tēperant/dum cordis sit memoria. Dicit hic Nec memor ero nominū eorū per IDI. labia mea. Qđ inter ꝓpria diuine scripture debemus accipere: sicut et in. 7. ⁊ in. 10. psalmo iā dictū est. [Dñs pars hereditatis mee/et calicis mei: tu es q̄ restitues hereditatē meā michi]. Beatū reuera magisterū: illud eligere qđ nūq̄ nouit aliqua ꝓmutatiōe tranſire. Tale est em̄ acsi diceret: Eligant sibi alij mundanas cōcupiscētias: ⁊ ventis discurrētibus similem vitam: mee pars hereditatis ⁊ calicis dño est. Hereditas ꝓtinet ad gentiū fidem: calix ad venerabilem passionē: qui sobrie potatus cōfert gloriosissimam resurrectionē. Et intuendū q̄ voluntas ac distributio dñi frequēter calix ponatur. Calix em̄/a calida dictus est potione: qm̄ sicut ille cor hominis exhilarat bibitus: ita et ETY. hic sanctas animas ꝓpetue tocūdat hauſtus. Tu es. Seruato obsequio charitatis/filius dicit ad patrem: non deitate minor/sed humanitate subiectus: sicut et apostolus ait: Quāq̄ esset filius dei/didicit ex his q̄ Hebe.5. passus est obedientiam: ⁊ ꝑfectus factus est omnibus obaudientibus sibi causa saluris eterne. Restituis autem dixit: qm̄ faciente diabolo perierat genus humanū. Et reuera ipsi restituta est hereditas: cui ante con DOG. ditionē rerū fuerat in predestinatione collocata. Hē- ETY. reditas em̄ ab hero: id est a dño dicta est. [Funes ceciderūt michi in preclaris: etenim hereditas mea preclara est michi]. Prisco more funibus terrarū diuide bat hereditas: vt vnusquisq; ad mensurā spacia telluris ꝓ quantitate tributi ⁊ persone sue qualitate perciperet: sicut Moyses legitur in veteri testamento Josue precepisse: vt funibus distribueret hereditate terre ꝓmissionis filijs israel. Unde nūc merito funiculos dixit: q̄ hereditatis sue latitudine/gloriamq; memorauit. Possunt ⁊ funes accipi huius seculi tristitie nexuose. Nā ⁊ ipsi funes a funeribus dicti sunt: q̄ in mo ETY. dum cereorū ante cadauera incēdebantur. Que sine dubio in preclaris cōuersa sunt: dū ad resurrectionis eterna munera peruenerunt. Hereditas autem chri- DEF. sti/est predestinata multitudo sanctorū. Ubi ideo additum est Michi: q̄ nō in se ſm humanitatē/sed in patre gloriatur. Sed cum dixerit Preclaram: queri potest cur hereditatē istam sibi cecidisse dicat: Qđ verbū aduersis solet calibus applicari. Sed hoc eloquētia diuina ⁊ in bonis vtitur. Ait em̄ in actibus apostolorū: Sors cecidit sup Matthiam: vtiq; cū honore illi Act.1. apostolatus ꝓuenisse diuino iudicio referatur. [Benedicam dño qui tribuit michi intellectum: insuper et vsq; ad noctem increpauerūt me renes mei]. Ad secūdam peruētum est lectionem: in qua subtilius intelligenda est sancta predicatio. Quāta ꝓuidentia iam tunc hereses vēturas excluserit: vt incarnatio dominica intellectum sibi ꝓnunciasset a dño contributum: illum sc̄z quo omnia vera/sancta q̄ cernebat: ne quid sibi humana infirmitas applicaret: cū nullis meritis precedētibus/sed gratie largitate ꝓfutura prestētur. Sequitur Increpauerunt me renes mei: acsi diceret Supra mala que michi fecit omnis cognatio iudeorum: insuper et de tribu iude me increpasse noscūtur: vnde dñs christus ſm carnem trahere ꝓbatur originem. Usq; ad noctē/ad mortem significat. Renes vero/parētelam declarant: per quos solenniter generatio humana seminat. [Prouidebam dño in cōspectu meo semper: qm̄ a dextris est michi ne commouear]. Exponēdo quid fecerit: tradit nobis singulare remediū quo peccata vitemus. Nam qui illum semp intuetur a cimentis: nullatenus ad delicta conuertit. Sic quando vetitas cor inhabitat: introitū falsitatis emē dat. Dicit etiam causam qua mortis nō est. Dño siquidem a dextris oppitulante/ ſinistra nō preualent: sed animus quem ille custodit/in eo firmissimus perseuerat. Congrue autem sibi dominū a dextris esse dicebat: q̄ si ille hāc partem non tenuerit/statim eam insidiās diabolus occupabit: sicut de Juda scriptū est /Constitue sup eū peccatorē: ⁊ diabolus stet a dextris Pō.108. eius. [Propter hoc ꝓ delectatū est cor meū: ⁊ exulta- Al.leratum. bit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe].

propter hoc: q̄ ille scz a dextris astitit: et in cogitatiōibus suis locūditatem/ et exultationem lingue obortam sibi esse testat. Ipa est em̄ perfecta letitia: que z hylari corde cōcipitur/z alacri sermōe pfertur. Nā sicut dixit de malis Insup̄: ita sermonē ipsum et in bonis iterauit: vt p̄m mensurā molestiarum humanitas ipsius celestia gaudia recepisse crederet. Supra exultationes quippe suas sibi adhuc dicit creuisse letitiam q̄ caro illa passibilis quam p̄ nostra omniū salute suscepit/veritatē gloriose resurrectionis incorrupta p̄ SLIbE. meruit. Que figura dicit Striologia: id est cause redditio: quotiens p̄misse rei ratio decora subiungitur. [Nō non derelinques animā meā in inferno: nec dabis sanctū tuum videre corruptionē]. Ubi sunt apollinariste fallaciter opinantes: qui dicūt dīm nostrum christū animā rationalem nō habuisse? Ecce ipse clamat: ipse patri gratias agit: q̄ eius anima nō sit more cōmuni in inferno derelicta: sed celeri resurrectiōe clarificata/ad celoū regna peruenerit: sicut in euāgelio creberrima pfessione testatur Tristis est aīa mea Mat.26. vsq̄ ad mortē. Et alibi: Potestatē habeo ponēdi animā meā: et iterum sumendi eam. Nec dabis sanctum Joan.10. tuū videre corruptionē. Hoc nō facile iudices trāseū dum. Nam cum in.29.psalmo reperies Que vtilitas Pš.29. in sanguine meo: dum descēdo in corruptionē? Istud quasi videtur esse contrariū. Quod tali ratiōe dissoluit. Ibi se dicit descendere in corruptionē: cū affigentiū clauoū/z lancee irruptione penetrat: q̄ et ipsa solidi corporis trāsuerberatio nō immerito quedā pbatur dicta corruptio. Hic em̄ corruptionē: id est putrefactionem iuste negat fieri: que carnaliter carnem vastat humanā. Tertio em̄ die cum reuiuificari pueneritcarnem: pbata est non potuisse corrumpi. [Notas michi fecisti vias vite: adimplebis me letitia cum vultu tuo: delectatiōes in dextera tua vsq̄ in finē]. Cum ois pleresset de sui corporis sanctitate / versus iste in cōclusionem deductus est: pertinens etiā ad iustos qui eī eligunt obedire mandatis. Notas michi fecisti vias vite: id est per me fecisti humanum genus iter vitale cognoscere: vt in mandatis tuis humiliter ambulantes/mortifere superbie venena declinarēt. Adim- ETY. plebis me letitia: valde implebis. Plus est em̄ a pleno adimplere. Hic qui mittit in pleno fundit. Illa autem letitia sic adimplet: vt semper tota teneatur. Significat etiā iustos oēs in illa beatitudine letitia vultus dīn esse cōplendos: in quibus q̄ ipse est/se adimpleri posse testat. Sed paululū perscrutemur sollicitius quid sit q̄d hic in dextera patris dicat se delectatiōib⁹ adimplēdū: cū superius dixerit Cūm a dextris est michi ne cōmouear. In isto quippe seculo vbi carne suscepta: flagella pati⁹/alapis cesus/sputisq̄ compluitus est: cum ī nullis eius aduersitatibus vinceretur/cōgrue dictum est a dextra sua semper dīm fuisse conspectū. Sic em̄ mundi cōtraria superauit: q̄m nullatenus a paterna cōtemplatione discessit. Sed post resurrectionis gloriam p̄pīe se dicit in patris dextera delectatum: vbi iam mūdi istius aduersitate deposita/ humanitas eius totius maiestatis clarificatione cōpleta est: regnans vnita verbo cum patre et spiritu sancto per secula seculoum. Usq̄ in finem/significat perfectionē atq̄ eternitatē: q̄ gloria eius in sua perfectione manens/nullis erit finienda temporibus.

¶Conclusio.

Considerabimus hunc psalmū quāto nos munere salutis ifōrm et. In passionibus cōfidentiam tradit: in spe eternam gloriam pollicetur: vt docendo que futura sunt prospera/presentia non timeamus aduersa. Schola celestis/eruditio vitalis/adiutoriū veritatis/disciplina certissime singularis: que discipulos occupat sensibus fructuosis/non inanium lenocinatione verborum. Conuenit etiam contueri quid sibi velit quintusdecimus numerus. Significat em̄ (vt putamus) quindecim gradus: quibus templi hierosolymitani cōscēdebatur mirabilis amplitudo: designās quinq̄ sensibus corporeis per trinitatis gratiā superatis: ad atria sancte ecclesie felici munere peruenīri. Quod et per istum quoq̄ dabitur psalmum: si eius saluberrimam predicationē (dño p̄gente) seruemus.

¶Explicit expositio in psalmum.15.

¶Oratio Dauid. xvi.

Exaudi dñe iustitiam meā: intende deprecationem meam. Auribus percipe orationem meā: nō in labijs dolosis. De vultu tuo iudicium meū p̄odeat: oculi tui videant equitatem. Probasti cor meū z visitasti nocte: igne me examinasti/z nō est inuenta in me iniquitas. Ut non loquatur os meum opera hominum: p̄pter verba labiorum tuorū ego custodiui vias duras. Perfice gressus meos i semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea. Ego clamaui q̄m exaudisti me deus: inclina aurē tuā michi/z exaudi verba mea. Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperātes in te. A resistētibus dextere tue: custodi me vt pupillam oculi. Sub vmbra alarū tuarum p̄tege me: a facie impiorū qui me afflixerunt. Inimici mei animā meam circundederūt: adipem suum cōcluserunt: os eorū locutū est superbiam. Proiicientes me nūc circundederūt me: oculos suos statuerūt declinare in terrā. Susceperūt me sicut leo paratus ad predam: z sicut catulus leōis habitās in abditis. Exurge dñe p̄ueni eum/z supplanta eū: eripe animam meā ab impio/framea tuā ab inimicis manus tue. Dñe a paucis de terra diuide eos in vitā eorū: et de absconditis tuis adimpletus est vēter eor. Saturati sunt filijs: z dimiserunt reliquias suas paulis suis. Ego aūt in iustitia apparebo cōspectui tuo: satiabor cū apparuerit gl̄a tua.

Cum multi psalmoī i textu suo habeāt orationes: mouere videt cur hic talem posuerit inscriptionē. Sed q̄uis alij cū rebus diuersis breuiter mixtas cotineant deprecationes: iste ī pene tota sui cōrextione supplicatio est. Merito ergo sic p̄notatus est: q̄m intētio eius ad precū studium tota porrigit. Que ī sic oratio dicēda est: vt psalmi nomen debeat continere: q̄ nichil in hoc libro positū reperimus/q̄d tali non debeat nomine nūcupari: maxime cum legatur liber psalmoū.

ETY. Oratio autem duobus dicitur modis. Hec cum agitur apud homineos/oris ratio nuncupat: cū maiestati funditur: supplicatio salubris z vitalis humilitas. Et nota q̄ iste/z.85.z.89.z.101.z.141. orationes titulātur: quoū p̄prietates in.141.psalmo: qui horum vltimus est/cōueniēter edicemus. Dauid vero (sicut dictū est) significat dīm christū ad institutionem humani generis: ex cuius persona totus psalmus iste platus est.

¶Diuisio.

Oratio ab humanitate christi i hoc psalmo depromit. Prima est: vbi p̄m iustitiam suā sibi petit debere restitui. Secunda: vt a iudeor̄ insidijs eī⁹ puritas liberet. In tertia resurrectionē velocissimā deprecat: ne diutius insultare liceat puerso populo iudeorū. Et ne alt quid de eius maiestate turba fidelium haberet ambiguū/ p̄fitetur se in eterna beatitudine esse māsurum.

¶Expositio.

Dñe † deus iustitiam meā: intende deprecationē meam]. Apud deum certum est habere iustitiam vocē suaz: qui res tacitas intelligentie sue virtute cognoscit. Ipsius est em̄ oratio perfecta/cuius z causa clamat et lingua: actus z sermo: vita z cogitatio. Intēde deprecationi mee. Nō incassum dissonātibus rebus verba ista copulata sunt. Nam intendere oculoz est/preces admittere auriū. Sed ideo ista verba sociata sunt: vt ambarū rerū vni⁹ intelligeretur effectus. Quicquid em̄ est vel auris audit/vel oculus videt/ vel manus palpat/vel que palatus gustat/vel nasus odoratur: deo sola cōtemplationis virtute notissima sunt. [Auribus percipe orationē meā: non in labijs dolosis]. Excolit q̄ superius dixit. Percipere est enim non transitorie DEF. aliquid sumere: sed preces hominū copiosa dignatione recipere. Non in labijs dolosis/(sicut a iudeis manante falsa sententia: apud quos innocens damnatus est: z latro cognoscitur absolutus. [De vultu tuo iudicium meū p̄odeat: oculi tui videant equitatem]. De IDJ. vultu tuo p̄deat iudiciū/ p̄pria scripture diuine: z nobis mutuata locutio est: q̄ de mēte solet manare sententia. Sed hoc dño per tropicas elocutiones decenter aptatur: q̄ ille q̄ iudicet videt/dum testis est examinis sui. Nec de facto alicui⁹ testimoniū querit: que solus omniū veracissime secreta cognoscit. De vultu ergo dicit: id est de aspectu tuo: p̄m illa que in me respicis atq̄ cognoscis. Hoc autē ille recte petebat: qui se nouerat pollutionē nō habere peccati. Sequit Oculi tui videāt equitatem. Hic equitatē/ipsam diuinitatem debemus accipere: quā orat vt sine aliquo interuallo semp intendat: quatenus illam respiciens sicut z reuera p̄uenit/peccati maculā nō haberet. Sic etiā superiore psalmo iam dictuz est. Prouidebam dīm in cōspectu meo semper: q̄m a dextris est michi ne commouear. O aspectū illum saluratē/o purissimos oculos qui illam equitatem videt: nesciunt p̄fecto huius mundi tenebris obscurari / qui merent tanta claritate compleri. [Probasti cor meū z visitasti nocte: igne me examinasti: z nō est inuenta in me iniquitas. Ut nō loquatur os meū]. Ordinem seruat egregiū: prius se dicit p̄batū/deinde fuisse visitatum: sed p̄batio significat passionem/visitatio resurrectionē. Ibi em̄ p̄batus est: vbi inter multas iudeorū iniquitates z pericula mortis mirande patientie documenta monstrauit. Uisitatus est autē nocte: q̄n anima eius nō est in inferno derelicta: sed ad illam mirabilē resurrectionē eterne glorie clarificatione pruenit. Igne me examinasti: et non est inuenta in me iniquitas. Metaphora introducitur fornacis igne flagrantiū: que metallorū vicia solent purgare/ac decoctiōe cōsumere: z in nature puritatem mūdata renouare. Sic ergo z tribulatiōibus ignitis examinatus est dīs christus: sed non est in illo inuenta iniquitas quā aduersio illa decoqueret. Pulchre aūt subiunxit Ut non loquatur os meū: id est z si ego taceam/tu me purum esse perpēdis. Quid enim opus erat eū de p̄bitate morū suorum aliquid loqui: dū certū sit a paterna maiestate cūcta cognosci? Humana ignorantia verbis instruēda est: diuinitas autē certissime nouit oia etiam cum tacent admissa. [Opera hominū p̄pter verba labiorum tuorū: ego custodiui vias duras]. Ordinem verborū poscit iste versiculus. Opera hominū: id est vias duras ego custodiui p̄pter verba labioz tuoz. Breuiter definita sunt que sint opa hominū: scz vie dure: sicut beatus Job dicit: Job.5. Aluis nascit ad volatū: et homo ad laborē. Nā cū pec cata vitant: arduus callis est/difficilisq̄ semp ascensus. Cū vero ad vicia plabimur: leue iter est ac deciuū. Sed q̄ dīs christus in hoc mūdo visualiter positus/totius māsuetudinis z cōtinentie iura mōstrauit: merito se dicit p̄pter mandata dīi duras vias hominum immaculatis pedibus ambulasse: nō q̄ illi dure esse poterant: de quo in.90. psalmo scriptū est Cūm angelis suis mādauit de te: vt custodiant te in omnibus Pš.90. vijs tuis: ne vnq̄ offendas ad lapidem pedem tuum. Sed q̄ humano generi ad imitandū p̄bant esse difficiles: ideo vie dure sunt nūcupate. Qui versus figurā cōtinet Parēthesin: id est interpositionē: q̄m in sensu SLIbE. medio (sicut dictū est) recipit ?ba quedā que ordinem sentētie videāt posse dimidere. [Perfice gressus meos in semitis tuis: vt nō moueant vestigia mea]. Perfice dixit/vsq̄ in finem cōseruā: vbi est meritoz ac premij tota pfectio. Inchoamus em̄ dīi in hoc mūdo p̄babili cōuersatione degimus: sed vbi ad finē pueneriī reli giosa cōstantia/ibi pficimur: ibi tota integritate complemur: sicut ait euangeliū: Qui pseuerauerit vsq̄ in Mat.10. finē: hic saluus erit. Gressus aūt/humanas significat actiones: quibus in hoc mūdo gradimur/z quasi quibusdā passibus ambulamus. In semitis: scz in mādatis tuis: vbi reuera recte sunt vie: q̄ si deuorti seqmur/ ad celestis patrie munera peruenimus. Sed quid est hoc q̄ p̄ius gressus dixit: statimq̄ vestigia subiūgit? Gressus dicimus/ quibus mouemur de loco ad locū. DEF. His merito cōparant actus humani: q̄ nos deuno negocio in aliud ducūt: z p̄ tempora vite nostre diuersa qualitate transponūt. Uestigia ?o dicunt signa plantarū: que relinquimus trāseūtes. Petit ergo dīs christus z gressus suos: id est actus humanos: z sua vestigia custodiri/que fideles apostolos Igruēter accipimus: in quib⁹ post ascensionē gloriosam/religiōis catholice signa dereliquit. Talis ergo sensus est: Custodi me ī mādatis tuis: vt imitātes me minime moueāt abs te. Bene siquidez sequar pgit: vbi ille qui exēplū p̄bet rect⁹ incesserit. [Ego clamaui q̄m exaudisti me de⁹: inclina aurē tuā michi/z exaudi ?ba mea]. Secūdā sectionē sancte ofonis ingredit. Sz p̄scrutādū est cū dici soleat exaudisti me q̄ clamaui: cur hec sententia oratiōnē videat hīe cōuersum? Qui clamat/q̄m exaudit: vtiq̄ pur⁹/innocēs/z immaculat⁹ agnoscit. Nā p̄fideter orauit: q̄m se audiri posse de conscientie puritate p̄sumpsit. Intelligam⁹ aūt q̄ dicit Inclina aurē tuā: q̄m ad eū p̄ se nō valet hūana infirmitas puenire,

Sic eñ exaudit/cũ se benignus indulserit:et clementiam suã ante largit/vt possit supplicantiũ vota suscipere. [Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperãtes in te, A resistẽtibus dextere tue]. Magnitudinẽ et excellẽtiã misericordiarũ in se iuste fieri deprecat: q̃ mirũ esse non poterat/misi sub aliqua iustet nocitate conspectũ. Significat eñ mirabilia/q̃ in carne facturus erat: q̃ iudeꝰ populus et si vniuersus nõ credidit/tñ sub admiratione cõspexit. Saluos facis sperantes in te:id est in eterna vita cõstitues. Nã frequẽter illi magis in hoc mũdo trucidati sunt:qui eius nomini crediderũt. Pulchre autem dixit A resistẽtibus dextere tue. Dextera eñ patris/est filiꝰ. Cui iudei repugnare nisi sunt: quando eũ crucifigere decreuerũt. [Custodi me dñe vt pupillam oculi. Subvmbra alarum tuarũ ptege me]. Per schema Jcon:que latine dicit imagmatio: pupille se oculi dñs cõparauit. Pupilla est ei in medio posita perspicua pars oculi: qua corpoꝝ colores varia qualitate discernimus. Dicta a paritate sui pupilla:quasi pusilla. Hunc cõuenienter cõparatus est christus: cui datum est in suo iudicio iustos a peccatoribus segregare. Aptissime itaq̃ petit custodiri se vt pupillam oculi: quãdo ꝛ per ipsam res visuales discernimus:ꝛ in nostro corpore nichil pstantius inuenit. Sequitur Sub vmbra alarũ tuarũ ptege me. Hic aliud introducit schema: q̃ grece Parabole:latine cõparatio dicit:quãdo sibi genus dissimile in aliqua cõmunione sociat. Paternis eñ ptectionibus ale sunt cõparate. Misericordia quippe ꝛ charitas:quasi ale sunt patris: quibus se ptegi cõgruenter expostulat. Hec autẽ cõparatio venit ab auibus: que caros filios alarũ suarum extensione custodiunt. [A facie impiorũ qui me afflixerunt. Inimici mei animã meã circũdederunt]. Uersus hic est omnino diligentius intuendus. A facie impioꝝ/demones significat: qui excitatũ populũ iudeorũ in necem dñi ardore precipiti cõpulerunt. Facies eñ ipsorũ/truculẽta presentia fuit:sicut in euãgelio de Juda dicit Intrauit in illũ sathanas. Sic ergo actũ est:vt instigatione demonũ/inimici eius iudei animã ipsius:id est vitã tẽporalem eripere voluissent. Nam ꝛ ipsum verbũ Circũdederũt/euãgelice narrationis exprimit veritatẽ: qñ cũ gladijs ꝛ fustibus eum insanorum turba circundedit. [Adipem suũ cõcluserunt:os eorũ locutum est superbiam]. Concludũt adipẽ:q̃ multa voracitate pinguescũt. Sic iudei scelerũ nimietate saginati: vere intelligentie acumina perdiderũt. Restabat autẽ vt qui pinguissima immanitate tumuerũt:superba loquerẽtur. Et bene hic dixit tñ oreꝫ etiam corde locuti sunt:q̃ sceleratoꝝ mos est illa frequẽter sermone defendere/que noscunt cõscientia tesle damnare. [Proiscientes me nũc circundederũt me: oculos suos statuerũt declinare in terrã]. Proiscientes/extra ciuitatẽ eiscientes: nũc circũdederũt nõ obsequio/sed furore: qñ cruci eũ cõsiat affixũ. Nũc aũt q̃ dictũ est prefens tẽpus posuit p futuro: q̃ apud pphetas esse noscit vsitatum. Sequit Oculos suos statuerũt declinare in terram. Dicit consuetudinẽ perditorũ:qui terram respiciunt/qñ in mala cogitatione volunt. [Suscepertit me sicut Leo paratꝰ ad predã: et sicut catulus Leõis habitãs in abditis]. Susceperũt me:hoc est iudei a pilato:qñ eis dixit Tollite eũ:ꝛ fm legem vestrã crucifigite eũ. Q̃ aũte suscipiẽtes/ꝛ votũ sue crudelitatis implẽtes:merito ferarũ seuitie comparant. Leonem diximus ꝛ diabolũ dici:et christo sepiꝰ cõparari. Qui modus locutiõis inter ppria scripture diuine recipiẽdus est:hic tñ euidenter diabolum designat. Jpsi eñ iuste comparati sunt principes iudeorũ: quo auctore frenuerũt:ꝛ tñ multo peiores effecti sunt. Siquidem diabolus dñm tentauit: cruci autẽ istorũ insania crudelis affixit. Catulum autẽ leonis/dicit reliquũ populum iudeorũ:qui se diaboli filios effecerũt. Sic eñ de tpõ in euãgelio dicit Uos ex patre diabolo estis. Hã bitãs in abditis:permanẽs in insidijs. Detestabilium siquidẽ hominũ consuetudo est mala vota tegere: vt latenter ad effectum possint eorũ consilia peruenire. [Exurge dñe/preuen eos/et supplanta eos:eripe animã meã:ab impio frameã tuam]. Tertia sectio beate oratiõnis intrat:Exurge in peccatores dicit/quẽ illi putant more humano posse quiescere:vt cognoscãt vigilare/dum eorũ non permittunt iniquitates excrescere. Preueni aũt dixit: vt ante subuertant/q̃ pecca perficiãt. Exposuimus eñ in superioribus hũc sensum bene aptari sceleratis:dum se miscere non pmittuntur illicitis. Subuertũtur eñ ꝛ illi feliciter:qui de prauis vicisse ad rectam semitã deducunt. Eripe animã meã ab impio/vtiq̃ a diabolo:qui merito impius dicitur:q̃ pijs semper cõtrarius approbat. Eripe/fac resurgere:qñ impletũ esse manifestum est. Frameam tuam. Breuiter cõclusum est quid sit alia dñi saluatoris. Framea est eñ patris/qñ per ipsam diabolum vicit: per ipsam mundũ a sordida superstitione purgauit: per ipsam debellata est captiuitas: que humani generis sobolem possidebat. Frameam vero diximus multarũ esse significationum. Modo contũ/modo loricã/modo gladiũ signficat bis acutum: que tñ omnia ad instrumenta armoꝝ certum est pertinere. Memento autẽ q̃ in hoc versu quinta species definitiõis est: que grece Cata antiexin: latine ad verbum dicitur. Uno enim verbo definiuit quid sit anima christi: id est framea patris. [Ab inimicis manus tue. Dñe a paucis de terra † dispartire eos: † ꝛ supplãta eos in vita eorum]. Item fit oratio p iudeis: qui diaboli potestate constricti/nefarijs erant ausibus incitandi. Demones sunt eñ inimici manus dñi:qui humanũ genus cõtraria dño semper volũtate dilacerant. Precaꝫ etiam vt a paucis:id est ab apostolis diuidãtur increduli:dum a terra huius mundi viciosa separati/cõuertuntur ad dñm. Eoꝝ quippe (iuuãte dño) pdicatione factũ est: vt tam israelite q̃ gẽtes a terrena iniquitate diuisi/christum sequerenꝫ auctorẽ. Supplanta eos/hic in bono positũ est. Supplantati eñ et illi accipiendi sunt:qui damnatis erroribus/ad rectas semitas transferũtur. Jn vita ipsorũ q̃ addidit:hoc in mundo isto dum viuũt: vbi penitẽtie locus est:vbi clamatur ad dñm/nõ tam oreꝫ q̃ mẽte:vbi recipiunt purissime supplicãtes. [De absc̃oditis tuis adimpletus est venter eoꝝ. Saturati sunt † porcina:ꝛ † reliquerunt que superfuerũt paruulis suis]. Abscondita dei et in malo/et in bono possumus congruenter accipere: q̃ omne peccatum illi abominabile/atq̃ a cõspectu eius extraneum est: huius eius notitiam minime refugere videatur: sicut in quinto psalmo iam dictum est Nõ habitabit iuxta te malignus: neq̃ permanebunt iniusti ante oculos tuos. Sicut et de Cayn scriptura dicit Egressꝰ Cayn a facie dñi/habitauit in terra pfugus. Saturatos ergo iudeos dicit de immũdicijs:que a dño abscondita: id est nosciuntur esse phibita. Si vero in bonam partem hoc positũ lectoꝛ accipias: vt est illud:q̃ magna multitudo dulcedinis tue domine: quam abscondisti timẽtibus te:ꝛ perfeciſti eam sperãtibus in te:enumerank beneficia/vt maioꝛ migratorũ ostẽdatur offensa. De absc̃oditis tuis:id est de lege veteris testamẽti: et de miraculis que dño christꝰ in eis erat gloriosa dispẽsatiõe facturus. Uẽrẽ ipsoꝝ/sensum significat omnino carnalem:in quo mãdata dñi tanq̃ in vẽtre recondita sunt. Et bene sensus eorũ comparatus est ventri: vnde cibi spirituales velut vilissima purgamẽta piecti sunt:dum ab eis corrupta mente dilabunk. Sed hi cum essent rebus celestibus impleti:vt nichil terrenũ capere debuissent: animaduerre qñ sequit: Saturati sunt porcina. q̃ iniquitas exercranda: Audiebat sensus eorũ mandata dei:ꝛ illi saturabant sordibus peccatoꝝ: nouoꝝ modo bonis celestibus pasti/maloꝝ fecibus explebank. Porcina eñ ad polluta respicit:que inter cetera veteris testamenti precepta immũda prenorak. Transmiserunt autẽ reliquias peccatorũ filijs suis:qñ clamabant Sanguis huius super nos: et super filios nostros. [Ego aũt † cũ iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor dũ † manifestabitur gloria tua]. In cõspectu patris apparere se dicit cum iustitia:qñ eius volũtates impleuerat/quãdo mundũ ab interitu mortis sanguinis sui effusiõe saluauit. Satiabor. Sermo iste aptissime videtur iteratus. Superius enim iudeos dixit saturari porcina: id est immundicia sua: se aũt saturari de humani generis crudelitate suscepta quãdo numerus sanctorũ beata adunatione supplendus est. Patris aũt gloria manifestabit in iudicio dñi saluatoris:cũ vnusquisq̃ recipiet p actibus suis:sicut ipse dñs aplis dicit Jn illa die cognoscetis: q̃ ego in patre/ꝛ pater in me est. Sic ergo patris/ꝛ filij/ꝛ spũs sancti vna natura/vna potestas/vna gl̃ia declarak.

¶Conclusio.

¶Consideremus dilectissimi q̃ magna fecrameta fidei nostre psalmus iste cõplexus est: vt qui audit supplicantẽ hoiem eundẽ ꝛ confitendũ debeat aduertere creatorẽ. Duas eñ naturas incõfusas atq̃ incõmutabiles qui in christo dño hodieq̃ vult credere: nõ põt aliqua decipi falsitate. Unde mirabiliter beatus Cyrillus in quodã loco breuiterq̃ disserit dicẽs: Aduertentes igitur modum incarnatiõis: videmus q̃ due nature per indiuiduam vnitatem incõfuse/atq̃ immutabiliter inuicem sibi cõuenerint. Caro nanq̃ caro est/ꝛ nõ deitas: licet dei facta sit caro. Similiter etiaꝫ verbũ deus est/ꝛ nõ caro: licet dispẽsatorie ppriam fecerit carnẽ. Hec autẽ sine offensione decurrit: qui nulla sibi ppij erroris ligamenta repererit. Huius etiam psalmi numerum et quantitas pphetalis ornauit: vt merito in hoc numero incarnatio dñi relata esse videat/vbi etiã pphetalis chorus conuenisse cognoscitur.

¶Explicit expositio in psalmũ. 16.

¶In finem puero dñi Dauid que locutꝰ est ad dominũ verba cãtici huius: in die qua eripuit eum dñs de manu inimicorũ eius: et de manu Saul: ꝛ dixit. xvij.

Diligãte dñe fortitudo mea: dñs firmamentũ meũ/ꝛ refugiũ meũ/et liberatoꝛ meus. Deus meꝰ adiutoꝛ meus: et spabo in eũ. Protectoꝛ meꝰ/ꝛ cornu salutis mee: et susceptoꝛ meus. Laudãs inuocabo dñm: et ab inimicis meis saluus ero. Circũdederũt me dolores mortis: ꝛ torrentes iniquitatis cõturbauerũt me. Dolores inferni circũdederũt me: preoccupauerũt me laquei mortis. In tribulatione mea inuocaui dñm: et ad deum meũ clamaui. Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meã: ꝛ clamoꝛ meus in cõspectu eius introiuit in aures eius. Commota est et contremuit terra: fundamẽta montiũ conturbata sunt ꝛ cõmota sunt: qñ iratus est eis. Ascẽdit fumus in ira eius/ꝛ ignis a facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo. Inclinauit celos et descendit: et caligo sub pedibus eius. Et ascendit super cherubin et volauit: volauit super pennas ventoꝝ. Et posuit tenebras latibulum suum in circuitu eius tabernaculum eiꝰ: tenebroſa aqua in nubibus aeris. Pre fulgore in conspectu eius nubes transierũt: grando et carbones ignis. Et intonuit de celo dñs/ꝛ altissimus dedit vocem suam: grando ꝛ carbones ignis. Et misit sagittas suas et dissipauit eos: fulgura multiplicauit/ꝛ conturbauit eos. Et apparuerũt fontes aquarum: ꝛ reuelata sunt fundamẽta orbis terrarũ. Ab increpatione tua dñe: ab inspiratiõe spiritus ire tue. Misit de summo et accepit me: et assumpsit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis ꝛ ab his q̃ oderunt me: qñ cõfortati sunt super me. Preuenerũt me in die afflictiõis mee: et factus est dñs ptector meꝰ. Et eduxit me in latitudinem: saluũ me fecit qñ voluit me. Et retribuet michi dñs fm iustitiam meã: ꝛ fm puritatem manuum mearũ retribuet michi. Quia custodiui vias dñi: nec impie gessi a deo meo. Qñ omnia iudicia eius in conspectu meo: ꝛ iustitias eius non repuli a me. Et ero immaculatus cum eo: et obseruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet michi dñs fm iustitiam meã: et fm puritatem manuum mearũ in conspectu oculorũ eius. Cum sancto sanctus eris: ꝛ cum viro innocente innocẽs eris. Et cum electo electus eris: et cum peruerso peruerteris. Qñ tu populum humilem saluum facies: et oculos superborum humiliabis. Quoniã tu illuminas lucernam meã dñe: deus meꝰ illumina tenebras meas. Qñ in te eripiar a tentatione: et in deo meo transgrediar murũ. Deus meus impolluta via eiꝰ: eloquia dñi igne examinata: protector est omniũ sperantium in se. Qñ quis deus preter dñm: aut quis deꝰ preter deũ nostrũ?

SCIDE. DEF. ETY. SCIDE. ETY. IDI. IDI. Joan.13. Joan.19. IDI. DEF. Act. diuide. Act. non hꝫ. Act. filiꝯ. Act. diuise rũt reliqas Pſa.5. Pſa.4. Pſa.30. Mat.27. Act. Jn. Act. apparuerit. Joan.14.

Universidad de Sevilla Biblioteca

Deus qui precinxit me virtute: ⁊ posuit immaculatam viam meā. Qui perfecit pedes meos tanq̄ ceruoꝝ: et super excelsa statuēs me. Qui docet manus meas ad prelīū: et posuisti vt arcum ereum brachia mea. Et dedisti michi ptectionē salutis tue: ⁊ dextera tua suscepit me. Et disciplina tua correxit me in finem: ⁊ disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subtus me: et non sunt infirmata vestigia mea. Persequar inimicos meos ⁊ comprehēdam illos: et non cōuertar donec deficiant. Confringam illos nec poterunt stare: cadēt subtus pedes meos. Et precinxisti me virtute ad bellū: ⁊ supplātasti insurgētes in me subt⁹ me. Et inimicos meos dedisti michi dorsum: et odientes me disperdidisti. Clamauerunt / nec erat qui saluos faceret ad dominū: nec exaudiuit eos. Et cōminuam eos vt pulucrem ante faciem vēti: vt lutū plateaꝝ delebo eos. Eripies me de cōtradictiōibus populi: cōstitues me in caput gentiū. Populus quem nō cognoui seruiuit michi: in auditu auris obediuit michi. Filij alieni mēriti sunt michi: filij alieni inueterati sunt / ⁊ claudicauerunt a semitis suis. Viuit dñs / ⁊ benedictus de⁹ meus: ⁊ exaltet⁹ deus salutis mee. De⁹ qui das vindictas michi / ⁊ subdis populos sub me: liberator meus de inimicis meis iracūdis. Et ab insurgētibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. Propterea cōfitebor tibi in natiōibus dñe: et nomini tuo psalmū dicā. Magnificās salutes regis eius: ⁊ faciens misericordiam christo suo dauid: et semini eius vsq̄ in seculum.

Isa.9.

IN finē: puero / ⁊ dauid / hec tria verba ad regē nostrū saluatorem referri posse non dubium est. Nam ⁊ puer legit in ꝓpheta Puer natus est nobis. Que locut⁹ est ad dominū verba cāntici huius / post hec alia deputanda sunt: vt sit verborū plenior ⁊ absoluta cōtextio. Quod aūt dictū est cantici / ad contemplationē constat rerum celestium pertinere: ne in regis dauid tm̄ modo hystoria mentis nostre hereret intuitus. In die qua eripuit eum dñs de manu omniū inimicorū eius / et de manu saul: ⁊ dixit. Hic actus regum lectiōe notissimus est. Ibi ēm latius describitur quēadmodū dauid fuerit de inimicorū suorum ditiōe liberatus: ad cuius similitudinē resurrectio dñi / ⁊ membroꝝ eius absolutio de potestate diabolica declarat.

¶ Diuisio.

Salmus hic vni tm̄ non pōt cōuenire persone. Nā primo ordine ꝓpheta loquit: gratias agēs q̄ eū de grauibus periculis diuina pietas liberare dignata est. Secūdo ecclesia loquit: que ante aduentū dñi innumeras ptulit calamitates: posteaq̄ misertus ei / medicinā sancte incarnatiōis indulsit: ⁊ baptismatis bñficio christianū populū de orbis vniuersitate collegit. Tertio in it rotē misericordie vox dñi saluatoris illabit: vbi pulcherrimis allusiōibus virtus et⁹ / potestasq̄ describit. Quarto iterū ecclie catholice dicta ꝓferunt: ⁊ cū magna exultatiōe diuinitatis munera ꝓcessa laudāt.

¶ Expolitio.

DIligam te dñe virtus mea]. Diligit dñm / q̄ mādatis eius deuotus obtēperat: sicut ait in euangelio: Qui audit verba mea / et facit ea: hic est qui diligit me. Diligo eū dicitur / quasi de omnibus eligo. Et cōsidera q̄n hec dilectio sic de futuro ꝓmittit: vt nunq̄ tā defecisse videat. Virtus mea. Propheta liberat⁹ ab hostib⁹ suis recte dñm cōfitet⁹ suam esse virtutē: quo donāte factū est vt inimicis suis fortior appareret. Hic duodecima species definitionis est: que grece dicit Cataepenon: latine per laudē. Singulis ēm / diuersisq̄ verbis predicādo declarat quid sit dñs. Modo virtus / modo firmamentū / modo refugiū / modo liberator / modo adiutor / modo ptector / modo cornu salutis. Hec ēm omnia pulchre ostendūt quis eius est dñs. [Dñs firmamētū meū ⁊ refugiū meū: ⁊ liberator meus. Deus me⁹ adiutor meus]. Juste dicit dñm firmamentū suū: q̄n ab ipso cōcessum est vt inimicis suis in acie firmus assistere: et viuaci animositate pugnaret. Et refugiū meū. Utiq̄ / q̄n cū fuit opus cōsilio refugit ad tractatum: et inuenit diuinitatē mōstrare / q̄s eū poterat adiuuare. Merito aūt liberatorem suum dñm ꝓfiteatur: qui eum de seuissimi regis Saulis tra tanq̄ de inferni ore liberauit. Deus meus / adiutor meus. Prestitorū suauitate pellectus / in summā repetit superiora que dixit: q̄ vbiq̄ ipse affuit / eiq̄ virtutis sue munimine custodiuit. Sed cōsidera q̄ ita percurrit singula: vt suis meritis non presumat applicare collata. [Et sperabo in eum. Protector meus / ⁊ cornu salutis mee: † adiutor meus]. Confidēter iam postulat: q̄ de dñi gratia post beneficiorū exēpla presumit. Nam de futuro fiducialiter sperare se dicit: qui eu⁹ in preteritis senserat adiutorē. Protector meus. Hoc ad eum pertinet custodiendum: qui aduersariorū appetebatur insidijs. Q̄z autē hic dixit Cornu salutis sue dñm / ad inimicos pīnet dissipandos. Cornua ēm sunt arma beluarū: quibus salutem suā solleuti cōcertatione defendūt. Adiutor me⁹. Dulcedo beneficij / repetitionē fecit esse verborū. Supra ēm eodem vocabulo nūcupauit: quē hic iterū nominat adiutorē. [Laudans invocabo dñm: et ab inimicis meis salu⁹ ero]. Post virtutes peractas: vbi sanctus nulla se elatiōe iactauit. Sed q̄ erat rerum ipsarū hylaritate gaudendū / laudans se dixit invocare dñm: ⁊ ipsi vniuersa tribuere / qui dignatus est vniuersa prestare. Et ideo se dicit ab inimicis saluum faciendū: q̄ victoriam suam nō sibi videbatur applicasse / sed dño. Nam qui aliter facit / vijs suis captiuus redditur: cuius hostes superasse videatur. [Circūdederunt me † gemitus mortis: et torrentes iniquitatis cōturbauerūt me]. Post exultationem ꝓphete quam sancta pietate concepit / ventū est ad ordinē secundū: vbi p̄ cladibus humani generis que ante aduentū dñi grassabant: introducta vna persona iustorū / (quos illo tēpore fuisse non dubium est) pius deprecator exoratur. Nā merito iustus ille circundatū se gemitibus asserebat: q̄ dum esset superstitionū innumera multitudo / fideliuz erat rara deuotio. Et ne putares gemitus detractura facultatis / aut de re huiuscemodi esse ꝓfusos: addidit Mortis: q̄ reuera mors erat vbi diaboli posse regnabat. Torrentes autē sepe diximus fluuios esse hybernis imbribus excitatos. Hic ergo inq̄tat⁹ rapidis data est similitudo torrentiū: vt merito cōturbare rint animum populū: cum vndaq̄ minantiū cōcrepatione fremuissent: [Dolores inferni circundederunt me: † preuenerunt me laquei mortis]. Fiat huius versiculi cōpaginatio preposterata verboꝝ: vt melius hic sensus nobis possit aperiri. Circundederunt me dolores inferni: de paganis dicit: qui erūt dolores iferni / id est qui in iferno debito dolore torquendi sunt. Preuenire vero dicimus: quādo aliq̄d nos anticipare dinoscitur. Ut est ille reatus originalis pcti: qui nos anteq̄ nascamur / ab ipso conceptu reddit obnoxios. Unde in.50. psalmo propheta dicturus est. Ecce in iniq̄tatibus cōcept⁹ sum: ⁊ in delictis peperit me mater mea. Uir ēm iustus merito se preuentū dicebat: qui reatū suū antecessisse cognouerat. Sed quēadmodū ab his fuerit liberatus: subter exponit. [Et in tribulatione mea invocaui dñm: et ad deū meū clamaui]. Inter mala multa que dixerat / vnū ⁊ singulare ꝓfitetur esse remediū: invocare dñm in tribulationibus suis: quādo cōstat totis viribꝰ peti q̄s rpe necessitatis optat. Et vide: q̄ prius dixit ad dñm. Sed ne putares ad alienū dñm: subiunxit Ad dñm meum clamaui. Clamare autē plus est ab invocare. Creuit sermo progrediēte desiderio: ⁊ accensus animus ad orationē prosiluit auidus in clamorem. [Et exaudiuit de tēplo sancto suo vocē meā: ⁊ clamor meus in cōspectu eius introuit in aures eius]. Siue de celo / siue de corpore dñi q̄s vēterū esse putabat: templum cōpetēter aduertim⁹. Exaudita ergo dicit vocē suā: quā de aduētu dñi iugiter offerebat. Sed ꝓscrutādum est: quomodo clamor ipsius in ꝓspectu dei valuerit introire? Clamor iste cause iustitia est: Que vtiq̄ ad deū intrare poterat: q̄ ꝓ mundi cladibus supplicabat. Sequitur Introuit in aures eius. Hoc de ꝓsuetudine nostra figuraliter dr: q̄ clamor eius quasi aliq̄d corporale in aures dñi cas introisset: cum ille totum spiritualiter sentiat: ⁊ anteq̄ fiant vniuersa cognoscat. Illi ēm actuū nroꝝ qualitas: quasi quibusdā vultibus semper assistit: ⁊ q̄s apud nos occultū: illi nō scitur esse manifestum. [Et cōmota est ⁊ cōtremuit tra: ⁊ fundamēta mōtium cōturbata sunt: q̄n iratus est eis † deus]. Decisa tristicia quā de aduētu dñi beat⁹ populus sustinebat: ꝓphete spiritu ad incarnationis eius secreta puenit: ordinēq̄ ipm̄ mirabili narratiōe describit. Hoc Schema dicit Judea: cum speciē rei future: velut oculis offerētes / motū animi cōcitamus. Q̄d ⁊ hic ⁊ in sequentibus versibus cōstat effectū. Et ideo nūc audiamus sacramēta dñi saluatoris. Congrue siquidē ad aduētum christi terra cōmota est: q̄n presentia iudicis dignum fuit contremiscere peccatores. Seruauit ordinē rei: vt prius ostenderet motā: postea diceret esse tremefactā. Fundamēta vero montium significat presumptiones superboꝝ: id est diuitias / honores / cetera q̄ humana: quibus illi detēti velut fundamētis constātibus innitūtur. Hec ꝛoia turbata sunt: q̄ mundi falsa spes vero domino venīte sublata est. Humis apte posita verba descendunt. Primo fundamēta / id est stipboꝝ spes turbata est. Postea dicit esse cōmotā. Subiunxit ⁊ causam: quare cōmota sunt fundamēta: q̄n iratus est eis deus. Utiq̄ q̄ vicia humana dño probātur exosa: ⁊ iratus est illis. Hinc ostēditur: q̄n sequaces eoꝝ constat esse puniendos. [Ascendit fumus in ira eius: et ignis a facie eius exarsit / carbones succensi sunt ab eo]. Fumus hic in bono positus est: quia sicut ille terrenus inutiles lachrymas mouet: ita ⁊ ille penitentie calore succensus: fructuose profundit fluēta lachrymarum. In ira eius: tēpore quo hic peccatores futuri iudicij timore cōturbat: vt eos ad remedia conuersionis adducat. Ignis est charitas dei: virtutū progressionibus crescēs. Que quanto magis concupiscitur: tanto efficacius amplatur. Bene autē dixit / a facie eius: q̄n ipsius illuminatione charitas cōceditur eis qui peccata derelinquūt. Carbones vero succensos / peccatores dicit: qui velut carbones mortui: in mundi istius cecitate tenebrātur. Sed iterum penitētia inflāmante reuiscunt: ⁊ ex mortuis pruni viui incipiunt esse carbones. Sequit etiam quomodo successi sunt: veniēte. s. dño redemptore. [Et inclinauit celos ⁊ descēdit: ⁊ caligo sub pedibus ei⁹]. Magnum sacramētum in hoc sermone repositum est. Ihumiliauit se enim verbum / vt sine peccato quidem: sed tamen similitudinē carnis peccati sumeret. Descēdere autē illi fuit / ad nos venire: sicut dicit Apostolus. Semetipsum exinaniuit: formam serui accipiens. Caligo vero hic diabolus est: qui hominū mentes innubilat / dū veritatis splendorē nō facit videre quos possidet. Sub pedibus eius: q̄ sine dubio maiestate dñi saluatoris cōculcat demonū execranda nequitia: sicut et in nonagesimo psalmo dicturus est. Super aspidē et basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem ⁊ draconē. [Et ascēdit sup cherubin ⁊ volauit: volauit sup pennas ventoꝝ]. Hec figura dicitur Hyperthesis / id est suplatio: cum aliquā rem opinione omniū notā: sententia nostra eruperare cōtendimus. Tale est ⁊ illud in quinquagesimo psalmo. Lauabis me ⁊ sup niue dealbabor. Cherubin interpretatur multitudo scientie: aut scientia multiplicata. Alibi enim legit Qui sedes sup cherubin appare. Ascendit ergo super cherubin: quando vidētibus apostolis ad celoꝝ regna conscendit. Sedet nunc super cherubin / ad patris dextrā collocatus: in celo ⁊ in terra cū patre regnat: ⁊ cū sancto spiritu: q̄s vtiq̄ vniuersum modū scientie vel admirationis probat excedere. Que enim creatura ꝓualeat tāti secreti attingere sufficiēter arcanum: q̄ carnē terrenā atq̄ mortalem in eterna celoꝝ gloria collocauit: et fecit eā creaturis oibus adorabilem: que terrenas ptulit passiones? Sequitur Et volauit: volauit sup pennas vētoꝝ. Hec repetitio celeritatē nimiā decēter ostēdit: id est per mundi spacia velociter cucurrit: quādo ipso in cunabulis iacente: Magis eum stelle claritas nunciauit. Quid ēm dici potest velocius: qui mox vt nat⁹ in alta mundi parte cōspectus est? Tunc ergo superata est celeritas vētoꝝ: cuius in mundo nichil eis ocius esse monstret. Quod autē repetit sine interiectione alterius verbi volauit: volauit. Figura est Epizeuxis: que latine dicitur coniunctio: sicut ⁊ in subsequentibus dicturus est. Dies diei eructat verbū: ⁊ deus deus me⁹. [Et posuit tenebras latibulū suum in circuitu ei⁹: tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris]. Tenebras / incarnationis eius mysterium dicit: vt qui in natura deitatis sue videri non poterat: incarnatiōis velamine humanis cōspectibus redemptor piissimus appareret. Un̄ beat⁹ Joānes Cōstātinopolitan⁹ epūs: mirabiliter ⁊ catholice dicit: Illum qui sī nuda deitate venisset / non celū / nō terra / nō maria / non vlla creatura sustinere potuisset: quē illesa virginis viscera portauerunt. Memento aūt tenebras ⁊ in bono poni: vt est illud in prouerbijs Salomonis. Intelligit quoq̄ parabolam: et tenebrosum sermonē. Quia enim diuina que

DEY. ETY.

DEY. DEY.

Alt. preoccupauerūt.

DEY. DEY.

Alt. non hȝ.

SCIDE. SCIDE.

DEY. DEY.

Alt. fusceptor me⁹.

DEY. DEY.

Alt. dolores.

SCIDE. SCIDE.

Philip.2.

Psa.90.

SCIDE.

Psa.50.

INTER.

ignorantes: nobis tenebrosa/id est pfunda atq; obscura sunt: Fuis continuo lumine pfruatur laribulum suū: id est secretum maiestatis eius: Quod tunc revelat iustis/quando eis facie ad faciem diuinitatis ipsius gloriam cōtigerit intueri. In circuitu eius tabernaculum eius. Hoc dignitas exponit gloriosa beatoris: vt iurta ipm habitet/qui in eius ecclesia fideliter pseverāt. In circuitu autē eius/primitatē significat. Ille enim circuit ac penetrat oia/nō circundatur ab aliquo: qr loco inam plexibilis est. Pōt z illud intelligi in circuitu eius vt non ad loci designatione: sed ad defensionem taber nacult custodiatq; respiciat. Aquā vero dicit/eloquiuz diuinq; tenebrosum est in nubibus aeris/id est in pphetis predicatoribus verbi: qr ignis se aliqs putet victa eoz intelligere: ad ipsam sicut est virtutē dictoz in to-
2. Corin. 13. tū vir pōt puenire: sicut dicit Apls. Videmus nunc p speculum in enigmate: tunc autē facie ad faciē quādo ipsum videt qd credidit: ipm cognoscitur respicere qd sperauit. [Prefulgore in cōspectu eius nubes transierunt: grando z carbones ignis]. Non est ille versus facile trāseundus. Prefulgore: vna pars oationis est/id est nominatiuus pluralis: et respondet ad nubes. Nubes autē (sicut superius dictū est) predicatores diuini verbi intelligēdi sunt. Et sensus talis est. Ille nubes q aquā cōtinent dei/id est eloqa diuina: sicut in hoc aere tenebrose: hoc est obscure videtur: ita in cōspectu dei prefulgore sunt vbi semp veritas patet. Nec positionibus exaritur: nec parabolis tegit: qd manifesta luce declarat. Iste ergo nubes/id est pdicatores: ad gētes relicto israelitico populo trāsierūt: sicut cōstat effectū quādo duricia non meruit iudeoz: q ad ipsos venerat instruēdos. Grādo z carbones ignis. Exponit per alle
Ysaie. gorīā: quid ille nubes habeant. Aliud em dicit: z aliud vult itelligi. Unde schematibus crebris: eloquēcia diuina pbat esse plenissima. Grādo enim/id est obturgationes figurate: quibus iudeoz corda durissima tunde bātur. Carbones ignis/charitatis incēdia: quibus mētes fidelium/celesti igne reuniscunt. Hec ac ad gētes sicut diximus: in nubibus/id est in predicatoribus transierunt. [Et intonuit de celo dns: z altissimus dedit vocem suam]. Quippe qui erat ingētia sacramēta locutu-
Joan. 12. ras. Aliter enim in euāgelio vox omnipotētis patris: Et clarificaui: z iterū clarificabo. Unde multi (sicut ibi legitur) tonitruū fuisse crediderūt. Altissimus aūt dedit
Matth. 3. vocem suam: quādo dictū est. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bñ cōplacui. [Misit sagittas suas et dissipauit eos: fulgura multiplicauit z pturbauit eos]. Sagittas/euāgelistas dicit: virtutū pennis non suis: sed eius a quo missi sunt recta itinera trāsuolantes. Et dissipauit eos. s. ad quos missi sunt/fideles recipiēdo/
2. Corin. 2. impios abiciendo: sicut dicit Aplus. Alij sumus odor vite in vitā: alij odor mortis in mortē. Fulgura multiplicauit/id est miracula multa fecit. Que sic corda videntium pmouerūt: quēadmodū crebra solent fulgura visa terrere. Cōturbauit eos. De his dicit qui tunc cōturbati sunt: quando eum resurrexisse manifestis probationibus agnouerunt. [Et apparuerūt fontes aquarū: z reuelata sunt fundamēta orbis terrarum]. Id est veritas predicantiū: qui fontes eterne vite sanctitatis siue ore fundebant. Ipso enim veniente patuit: qd obscuritas diuini tegebat eloquii. Et reuelata sunt fundamenta orbis terre. Manifestati sunt prophete qui non intelligebant: supra quos orbis terrarū in ecclesie facie sancta edificatione cōstructus est. Et memēto hic telurem in bono positam: que est terra viuentium. [Ab increpatione tua domine: ab inspiratione spiritus ire tue]. Ab increpatione tua indicat verba prophetarū: qui increpationibus iustis peccatores populos arguebant. Ab inspiratione spūs tue ire: ostēdit pdicatores verbi: qui a sancto spiritu inflāmati: delinquētes populos increpabant. Per has igit paraboläs sublucentes propositionesq; verboz: huculoq; pphetie spiritu fidelium populis: qui est sancta ecclesia/aduentū dñi nunciauit. [Misit de summo et accepit me: assumpsit me
Alt. de aqs multis. † de multitudine aquarū]. Hinc iam mater ecclesia loquitur de rēporibus christianis. Misit vtiq; pater dominū saluatorē de summo: vt intelligāt hoies: qr qd de summo venit/diuina potestate gloriatur. Apte ro dixit ecclesia accepit me: que spōso christo iuncta letat. Multitudines autē aquarū/siue inumere gētes intelligi possunt: vnde ecclesia spiritu iudeis indeuotis: de filiis dei rōstat esse collecta: sicut in actibus aplorum beatissimus Paulus cōtradicētibus iudeis z blasphemātibus: excutiens vestimēta sua dixit. Sāguis vester sit
Act. 18. per capur vestrū: mundus ego ex hoc ad gentes vadā: Siue hoc dicit de fontib⁹ sacris: quādo ecclesia catholica multitudinē filioz baptismatis regeneratione cōquirit. [Eripuit me de inimicis meis fortissimis et ab his qui oderunt me: qm cōfortati sunt super me]. Fortissimos inimicos/psecutores truculētos enunciat: qui christianū populū formētis z cedib⁹ affligebāt: z ideo se magis dicit ereptā: qr inimici confortati sunt supra ipsam. Tunc em ecclesia crescere meruit: quādo eam data desup potestate inimicus affligit. O vere diuina prouidētia: vt suis nūibus destruat inimicus: z quāto se putat amplius ledere: tanto eum necesse sit seuissima insecutione prestare. [Preuenerunt me in die afflictionis mee: z factus est dns protector meus. Ideo deus, protector: qr homo extitit impugnator. Sed vtraq; simul/longe sibi dissimilia conuenerunt: impugnatio tēporalis: z eterna ptectio. [Et † eduxit me in
Alt. eduxit. latitudinē: saluum me fecit qm voluit me]. In ecclesia catholica hunc esse morē fidelium nullus ignorat: vt quāto plus psecutionibus cōstringit: tanto sicut est ars plius fidei augmēto dilatet. Tunc enim per gratiam dei exurgunt inulcti animi: tunc incendium charitatis ardescit. Et facto agmine in gladios suauiter ruunt: qr vite eterne premia cōcupiscunt. Producta est ergo ecclesia in latitudinem: quando per seuitiam persecutoz numerū ei constat creuisse fideliū. Quod autem dixit Saluū me fecit/non moueat: qr ad masculinum genus deducta est: qm non videtur absurdum hoc et nomen aptari: que constat ex populo. Merito ergo beatorum istud agmen exultans: saluum se dicit factū: qd ad christiane fidei meruit peruenire fastigium. Quoniam voluit me/id est qm me elegit: qui gratis vocat vniuersos: nec prius beneficiū accipit/q̄ prestare dignetur: sicut
Joan. 15. ipse in euangelio dicit. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. [Et retribuet michi dns secundū iustitiā meam: z secundū † innocētiā manuū meaz retribuet michi]. Opti
Alt. puritatem. me vtrunq; seruauit. Et prius dixit anteq; assumeretur: Quoniā voluit me: et nunc dicit Retribuet michi secundū iustitiam meam: id est secundū voluntatē meā: quā post beneficia ipsius sancto corde gestabat. Innocentiam autē manuū/operā vult significare pietatis: quā diuino munere sanctoz virtus exercet. Sed hoc retribuet

2. Timo. 4 geminatum sollicite recipiēdum est: ne sibi aliquid falsi aliter pelagiana heresis blandiat. Dicit etenim Apostolus. De reliquo posita est michi corona iusticie: quā reddet michi dominus in illa die iustus iudex: Non q̄ suis aliquid meritis humilis applicabat: sed quia pmissis beneficijs dñi iam deberi posse premium confidebat. Jdipsum apostolus Jacobus dicit. Omne datū optimū z omne donum pfectum de sursum est: descendens a patre luminum. [Quia custodiui vias dñi: nec impie gessi a deo meo]. Vie sunt domini/dilectio dei/z charitas proximi: quas constat eos studiosissime custodire: qui nolunt dñi mandata deserere. Subtunxit Nec impie gessi a deo meo. Impietatis verbo notati sunt: qui iussa dñi declinare presumunt. Quod animus deuotus ecclesie merito se dicit refugisse: vnde se creatorem sciebat offendere. [Quia oia iudicia eius in con-
Alt. non hz. spectu meo † sunt semper: z iustitias eius non repuli a me]. Nunc dicit causa: quare vias dñi custodierit: aut impie nō gesserit: sicut superius posuit: quia iugiter iudicia eius terribilia cogitabat. Addidit Et iustitias eius non repuli a me. Quod faciunt carnis fragilitate superati: qui longa obseruatione deficientes/equitatem interdū deserunt/quam ceperant custodire. Hic em beatus populus nunc̄ repulit iusticiam domini: quia semper in eius corde pmansit. [Et ero immaculatus cum eo: z obseruabo me ab iniquitate mea]. Fructū beatitudinis sue reddidit: et q̄d proficiat si iustificias dñi non repellat. s. vt sit imaculatus: verum non vt ille dñs qui peccata non habuit: sed vt iste quem lachryme supplices/a contractis foedibus abluerūt. Sed hec oia in illum modū accipienda sunt/quē superius exposuimus: vbi verbo geminato ait Retribuet: ne quid sancta humilitas nō de supernis bñficijs: sed de se (qd absit) presumere videatur. Sequit Et obseruabo me ab iniquitate mea. Subtiliter beati vita describit: qui quando ad aliquam se gratiam dñi peruenisse cognouit: cauet ne iterum inimicitias antique calamitatibus innodetur.
Alt. puritatem. [Et retribuet michi dns sm iusticiam meā: z sm † innocentiam manuū mearū in cōspectu oculoz eius]. Exponit qd superius dixit: Et ero imaculatus coram eo. Nam quādo illud esse cōtigerit: tunc illud sine dubitatione subsequet: vt sm iusticiam suam: quā ipse tamen donare dignat/vnicuiq; reddat: z sm puritatem actuū digna compēsatione restituat. Pulchre autē additum est: In cōspectu oculoz eius: quod vtiq; nō potest nisi beatis euenire: vt sicut illi semp corde dñm contuent: ita eos iugiter virtus diuina respiciat. [Cū sancto sanctus eris: z cum viro innocēte innocēs eris. Et cū electo electus eris: et cū peruerso puerteris]. Cū de iusticia superna loqueret: qr vnicuiq; reddit sm suorū actuum qualitatē: nunc exponit quēadmodū possit impleri: qd lex precipit obseruari. Cōuersatio enim nostra ex prioribus/aut ducibus suis maxime similitudinem trahit/ dum vnusquisq; tali ingenio gaudet: quali fuerit predit⁹ ille quē sequitur. Hinc est q̄ nobis salutaris z moralis regula data est: q̄ cum sancto viro/id est domino saluatore: ipso prestante sancti esse possimus: sicut ipse
Leuitī. 19. dicit. Sancti estote: qm ego sanctus sum dominus deus vester. Precipitur etiam vt cū innocētia eius: innocentes esse mereamur. Sic enim de ipo tam dictū est. Pō. 25. Innocens manibus z mundo corde. Additur tertium: vt cū electiōe ipsius eligamur. Ita quippe de ipso Jsaias
Jsa. 42. dicit. Electus meus in quo cōplacuit anima mea. Hō tunc nobis accedit: quando preceptis eius salutariter obedimus. Sequitur Cum peruerso peruerteris/id est cum diabolo subuerteris: qui propria iniquitate puersus est. Illos enim iniquissimos reddit: quos ad sue obedientie iura conuertit. Quod argumentū nobilissimū dicitur in Topicis: a psona intrinsecus attributa: quādo quis aut de improbis amicis arguit: aut de bonoū conunctione laudat. [Quoniā populū humilē saluū facies: et oculos superboz humiliabis]. Respice quēadmodū prioribus versiculis apte respōsum est: qui sanctitati vel innocētie: necnon electioni domini fit deuotus: z hic saluus faciēdus est: cum in die iudicij ad dexterā collocabitur. Oculi autē superboz humiliandi sunt: qui cum peruerso auctore suo diabolo subuertēdi sunt: dū ad sinistram positi: in eternam cruciationem mittendi sunt. Decenter autē positum est ecōtra: oculos superboz humiliabis: quia tāto arrogātes in tartari profunditatem descēdunt: quāto se altiora cōtingere putauerūt. [Quoniā tu illuminas lucernā meam dñe: deus meus illumina tenebras meas]. Loquitur adhuc/sine ecclesia/sine populus ille beatoz: mirabili decore verborū. Lucerna enim ecclesie: baptista Joannes est: de quo dominus in euāgelio dicit. Ille erat lucerna ardens: Joan. 5. et vos voluistis exultare in lumine eius. Idem ipse in euangelio dicit. Nemo accēdit lucernam: z ponit eam Luc. 11. sub modio. Sensus ergo talis est. Patri dño dicit: qm tu lucernā meam illuminas/id est Joannē baptistā et ceteros apostolos: vel eos q̄ celesti lumine radiare noscuntur. Illumina tenebras meas: hoc est per eos relq̄ membra credentium: que adhuc in carnis obscuritate versantur. Lucerna enim noctis est lumē: que merito delinquentibus datur: vt per verbū illuminatiōis fugiant tenebrosa peccata. Quapropter memento qd hic dicitur illuminare patrē. Illuminat et filius: sicut in alio psalmo legitur. Deus dominus z illuxit nobis. Pō. 117. Illuminat etiam spiritus sancti⁹: sicut prophēta dicit. Non abscondam vltra faciem meam ab eis: pro eo qd Ezech. 39. illuxit spiritu⁹ meus sup vniuersam domū israel. Quis ergo tā nubilo corde obscurus est: vt sancte trinitatis vnam naturam/vnam coeternitatē/vnam non intelligat esse potentiam? [Quoniā a te eripiar a tentatione: et in deo meo trāsgrediar murū]. Insignitē docuit regulam fidei. A te dixit eripiar: non a me. Tentationē vero diabolum significat: qui momētis omnibus tētat vt a bona cōuersatione nos abstrahat. In deo meo/id est eius virtute roborante obstaculū trāsgrediar peccatoz: que inter deum et homines mortalium construxere nequitie. Qui murus mortis est non salutis: nec ad munimen erigitur: sed ad eternū interitum prepārat tur. Bene dixit trāsgrediar/non irrumpam/non diruam: quia murus ille humano generi immobilis manet: etiam cum eum sanctis bñficio diuinitatis trāsilire cōtigerit. [Deus me⁹ impolluta via eius: eloqa dñi igne examinata: protector est omniū sperantium in se]. Aliud versus iste inchoasse: aliud subiunxisse sentitur. Deus meus/aggressus est dicere nescio quid exoratium: et subiunxit ei exitum inopinatum: impolluta via eius. Nam si ppositio sequētibus cōcordaret/dei mei dicturus erat: non deus meus. Que figura dicitur Pa
Schol. radoxia: latine inopinatus exit⁹: cum aliud exponitur/ aliud explicatur. Impolluta via eius: significat semitam ipsius esse purissimam. Siue hoc ad incarnationē ptinet verbi: quā cōstat pollutionē non habuisse peccati. Sequitur Eloquia dñi igne examinata. Flamma fidei/lex superna discutit: quando sciendi desiderio diuina eloquia perquirūtur. Sic et Hieremias prophēta: eloqa dñi mirifica definitione cōcluſit dicens. Nonne

verba mea sicut ignis dicit dñs:et sicut securis concidens petram? Addita est quoq generalis promissio: vt animos releuaret humanos/ne putaret correctionē non mereri/qui a peccato non fuisset immunis. Dicendo enim omniū sperātium in se/nullus exceptus est/nisi q̄ in eū sperare neglexerit. ¶Aut versus breuissimus: laudum definitionibus explicat. [¶Mīs quis deus preter dñm:aut quis deus preter deum nostrū]. Hoc contra paganoꝝ dementiam dicit: qui deos sibi multifaria vanitate finxerunt. Dominū posuit: qui ipsius serui sumus. Deum/qui eum iustissime adoramus et colimus. Sed iste deus trinitas est inseparabilis:personarum trīū non substantie distinctione discreta. Conuenienter autem laus dñi breuiter premissa est/quā ipse erat in subsequenti parte locuturus. [Deus qui precinxit me virtute:et posuit immaculatā viam meam]. Ventum est ad ordinem tertiū:vbi potentiam suam dñs saluator exponit. Quod ait Precinxit me virtute:et dignitatē significat et fortitudinē. Quod vtrūq; ipsi cōuenire manifestum est:qui potestate virtutis sue iudicaturus est mūdum. Conueniēter autē sequitur/posuit viam meam/id est cōstabiliuit atq; firmauit:vt nulla seculi ambitione moueretur. Immaculatā vero viam dicit/vitam purissimā sine sorde delicti:quam ille solus ambulauit/qui peccata non habuit. Sed has omnes allegoricas tropicasq; locutiones que dicte sunt/siue que sequentur:ad incarnationē dñi conuenienter aptamus. [¶Qui perfecit
Alt. ceruoꝝ pedes meos tanq̄ † ceruī:z super excelsa statuit me].
Frequēter hoc animal in scripturis diuinis i bono ponitur:vt est illud. Sicut cervus desiderat ad fontes aquārum. Ibi quia nimium sitiunt:hic q̄ velociter currunt.
Norunt enim saltibus spinosa transcendere:z loca periculosa hiantia transilire. Sicut ille delicta seculi humanam salutē pungētia:z foueas profundissimas peccatoꝝ/sanctis gressibus transiuenit. Et intēde quēad modū in cōparatione ceruorum ꝓmanent:qui quando plana fugiūt/montiū celsa cōscēdunt. Significat autē se super omnem creaturarū eminentiā constitutum:sicut dicit Apostolus. Et dedit illi nomen q̄ est sup omne nomen:vt in nomine Jesu omne genu flectatur:celestium/terrestriū z infernoꝝ. [¶Qui docet manꝰ meas
Alt. posuisti. ad prelium:me † posuit vt arcum ereum brachia mea].
Docere est ab imminēntibus insidijs cautum fieri. Manus operationes significant. Prelium/diaboli certamen demōstrat/cum quo spiritualiter confligitur q̄ incessabilibus collucratiōibus semp armat. Brachia vero christi/prophete sunt z apostoli:per quos deiderium sue voluntatis operatus est. Hijs cōparat ereum arcū/q̄ nesciunt dei serui predicādo mollescere:sed in celesti fortitudine permanentes/verbis salutaribus emissis:tanq̄ sagittis eminus iaculatis/deuotoꝝ hominū corda compungunt. [¶Et dedisti michi protectionē salutis tue:et dextera tua suscepit me. Et disciplina tua
Alt. correxit me in finem:z disciplina tua. † ipsa me docebit]. Protectio salutis gloriam significat resurrectionis:quando mortali carne deposita/eandem incorruptibilem et glorificatam resumpsit. Dextera potētia diuinitatis est: que assumptā humanitatē in eterna maiestate constituit. Et bene se dicit esse docendum:vt veri hominis exprimeret qualitatem. [Dilatasti gressus meos subtus me:et non sunt infirmata vestigia mea]. Incarnationis sue gloriosissimos actꝰ: qui monstrandi erant conuersatione sanctissima dicit esse dilatatos. Vestigia vero viam informationis ostēdunt/quam firmissimā reliquit apostolis:vbi ipse gressus impiimens sanctis actibus ambulauit. Hec ergo vestigia ab inimicis infirmanda iure deneganit:quia licet se vētosa mundi procella cōmouerit:eius tamē vestigia mouere nō potuit:que ille ne petrus in mari mergeretur fixa solidauit. [Persequar inimicos meos et
comprehendam eos:et non conuertar donec deficiāt.
† Affligam illos nec poterunt stare:cadent † sub pedibus meis]. Alt. ꝓsequā. Alt. subtus pedes meos.
Jllos duos versus de illis intelligi nō dubium est:qui primo contra dominum eriguntur:postea conuersi eius pedibus inclinantur:et vitam merentur subditi:qui mortem incurrerant contumaces. Persequitur enim inimicos suos afflictionum diuersa clade fatigatos:z comprehendit eos quos ab studio peruersomutauerit. Sed felix est omnino qui capitur:felix q̄ illas manus euadere nō meretur. Tunc magis liber redditur:cum fuerit tali sorte captiuus. Sequitur Et non conuertar donec deficiant. Cum non conuertitur dñs/preda tunc capitur:z a ptauo studio suo desinit qui vincitur ad salutem. Addidit Affligam illos:nec poterūt stare. Affligit quippe diuersis calamitatibus: in sua pertinacia stare nō possunt:quando vires nequitie in suis ausibus perdiderunt. Tunc sit illud qd̄ sequitur: Cadent subtus pedes meos. ¶Aut sub pedibus cadit dominia:aduersum illum vltra non patitur:cuius iam ruitione vallatur. Sed erectus tunc redditur: quando illi fuerit humili satisfactiōe subiectus. [Et precinxisti me
virtute ad bellum supplantasti insurgētes in me subtꝰ me]. Hoc iam de spiritibus immundis dicitur: qui et per contradictiones iudeorum iniqua certamina commouerunt. Precinctus est enim virtute:quando patiēte fortitudine/iniquorum aduersa superauit. Ipsi tamen qui contra eum insana conspiratione tumuerunt
eius sunt iudicio sine dubitatione subdendi:vt cum suo instigatore pereant/qui auctor suo credere noluerūt.
[¶Et † inimicorum meorū dedisti michi dorsum:z odiē
Alt. inimicos meos. tes me disperdidisti]. Duplicia legis sacramenta versus iste complexus est. Primum est q̄ dorsum conuersionem eorum significat/qui ex resistentibus eius nomini:in salutiferam victoriam fugati emerserunt subito christiani: vt Paulus apostolus de persecutore seuissimo: post domini increpationem apparuit repente discipulus. Secundum est q̄ odientes se disperdēdos esse denunciat/qui in perfidie sue obstinatione manserunt: sicut de iudeis animaduertendum est: qui impia
voce dixerunt. Sanguis eius super nos:et super filios Matth. 27
nostros. [Clamauerunt nec erat qui saluos faceret:
ad dominum nec exaudiuit eos]. Clamores dicit irritos quos impij in illa iudicatione missuri sunt: sicut in euangelio de damnandis ait: Jbi erit fletus et stri- Matth. 13.
dor dentium. Clamores enim illi saluum facere nequeunt: qui salutis auctorem hic temnendum esse decreuerunt. Nec erat qui saluos faceret:propter diabolum dicit quo immittente deliquerunt. Quis enim tales sacturus est saluos:cum instigator et princeps eorum sit primus ipse damnādus? Sed hi cum viderint spem suam in diabolo corruisse: clamabūt quidem ad dominum: sed non exaudiet eos: quoniam infructuosa illic agnoscitur penitudo: vbi tam est iusta damnatio. [¶Et comminuam eos vt puluerem ante faciem ventivt lutum platearum delebo eos]. Ubi est illa lingua grandiloqua: et ventosa superbia? Usq; ad puluerem se cōmunendos intelligant: qui domino ꝓuis mentibus contradicere moliūtur. Et ne putet se q̄uis detritum posse quiescere: addidit Ante faciem venti: vt quiescere non possint cum fuerint imminuti. Bene autem luto platearū cōparat peccatores: qd̄ fetidissimis

sordibus inquinatur:nec excipitur a conculcatione populi:vt semp eius fetor ireretur. Delebo eos/id est de medio tollam: qd̄ pertinet ad lutum platearum. Cum quoq; ipsam cōparationis intellige. Ait enim vt lutū platearum:qd̄ facile tollitur:quia mollissimum cōprobatur. [Eripies me de cōtradictionibus populi:constituesme in caput gentium. Populus quem non cognoui seruiuit michi.] Ereptus est plane de contradictionibus populi: quando explosis perfidis iudeis ad gentium fidē/deuotionemq; translatus est. Contradictiones vero illas dicit:quas et scelerata turba multipliciter ingerebat. Nam qd̄ ait Constitues me in caput gētium:signum dicit fidei christiane: quia in fronte gentium crucis habuerunt vexilla radiare. Populū quem non cognouisti/id est ad quem non venit:nouum rudēq; atq; antea non receptum. Seruiuit autem Credidit dicit:
quoniā quicunq; credit z seruit: qd̄ factum est a gentibus que non fuerant a christo carnaliter inquisite. Nā
Alt. Jn. Alt. obediuit. quid est qd̄ ille non cognoscat:qui renes hominū perscrutatur z corda?[† Ab auditu auris † obauditui michi. Filij alieni mentiti sunt michi]. Laus ista gentium/exprobratio est magna iudeorum:vt seruirent qui non viderunt:vt audirent quibus ex ore eius sacratissima minime verba sonuerunt: sicut scriptum est. Quibus non est nunciatum de eo videbunt: et qui non audierūt contemplabunt. Sed intellectus trahit/vt adij
Jsa. 52. ciamus. Hebraei autem qui viderunt z audierunt (sicut inferius dicit) totum contraria voluntate fecerūt. Qd̄
Jsa. 6. idem predicit Jsaias. Excecā cor populi huius:et aures eius aggraua:z oculos eius claude:ne forte videāt oculis suis: aut auribus suis audiant/vel corde suo intelligant:z conuertantur z sanem eos. Que figura dicitur Apostopasis/id est dictio cuius finis reticetur: vt
S. SIDE. aut terreatur/aut ad desiderū prouocetur auditor. Filij alieni:filij diaboli:quibus ipse in euangelio dicit. Vos
Joan. 8. ex patre diabolo estis. Mentiti sunt michi:quando dicebant. Magister scimus/quia a deo venisti:et in veri-
Matth. 22. ETY. tate viam dei doces. Mentiri enim est contra mentem loqui: et illud lingua promere: qd̄ vnumquēq; constat
Alt. inueterati sunt. in animo non habere. [Filij alieni † inueterauerunt:et claudicauerunt a semitis suis]. Bene dixit alienos filios claudicasse:quia filij domini rectis gressibus ambulare noscuntur. Nā claudicare proprie dicimus eos: qui vno pede sunt debiles. Qd̄ iudeis accidisse manifestum est:qui vetus testamentum carnaliter tenentes:
noui gratiam respuerunt. Et hinc factū est:vt vna parte debiles mentis suis gressibus claudicarent. Hoc
Jesi. 32. etiam in illa angelica concertatione patriarche iacob quidam asserunt prefigurari: quando tacto nervo/vno pede claudus effectus est. Nec illud vacat qd̄ addidit
suis:quia deserentes intellectum legis/suis superstitionibus agebantur:vt non recipientes promissum domini saluatorem:de lauandis manibus z calicibus insanas calumnias cōmouerent/reuera sordidi:sed non tali obseruatione mundādi. Potuerant enim propria fece purgari:si lauacrū sacri baptismatis expetissent.
[¶Aiuit dominus z benedictus deus meus:z exaltetur deus salutis mee]. Quarti ordinis iamua que superest
aperitur:vbi iterum ecclesia catholica loquitur toto orbe dilatata: que summatim et beneficia refert domini: et hymnum suaui delectatione profundit. Recte dicebat/viuit dominus:quem in suo corde iugi consideratione cernebat. Aiuit enim dixit:presens est firma credulitate conspectus. Benedictus autem dicitur deus:
cum ei laus celeberrima deuotione mentis offertur:sicut z alibi legitur. Benedictus qui venit in nomine do- Matth. 21.
mini ¶Osanna in excelsis. Intelligitur etiam proprie benedictus: q̄ ipse omnia propicius benedicat: sicut et viuit dominus: q̄ ipse viuificet. Hec autē et his similia(sicut sepe diximus) tropicis allusionibus probātur edici. Exaltetur vero posuit/toto orbe credat. Nā
quemadmodū aliter exaltari poterat:qui proprie vocatur altissimus? [Deꝰ qui das vindictas michi:et † subdidisti populos sub me]. In isto mundo preconialiter Alt. subdis.
vindicatur ecclesia: quando blasphemi et infideles ad vere religionis penetralia perducuntur:vt qui ante contumaces exiterunt/fiant illi proficua deuotione subiecti. Ecce vere vindicta pia/salutaris pena/vltio gloriosa. Ipsi enim ecclesie subduntur:qui liberi probantur a vicijs. Nam qui ab ipsa deuiant/mox laqueum morte captiuitatis incurrunt. [Liberator meus de † gentibꝰ Alt. inimicis
tracundis. Ab insurgentibus in me exaltabis me:a viro iniquo eripies me]. Addidit liberatoꝛi laudem duꝝ meis.
dicit tracundis. Minus est enim periculū liberare ab inimicis tepidis: sed multo gloriosius a feruida malignitate succensis. Sequit decora diuersitas:vt quanto altius in iram surrexerunt inimici:tanto amplius exaltaretur illa que pertulit. Jniquum virum/scismaticū designat: qui peruersi dogmatis grassatur iniquitate.
Propterea cōfitebor tibi in † populis domine:et psal- Alt. in natio
mū dicam † tibi inter gentes]. Propterea propter illa nibus.
que superius dicta sunt: confitebor tibi/id est laudem Alt. noi tus
te per populos christianos:quotum vtiq; lingua ecclesie vox est. Psalmus autem (sicut dictum est) opus significat actuale: vnde per opera fidelium deo dicit gratias offerendas: quas plus diuinitas noscitur exaudire q̄s voces. Inter gētes designat vniuersitatem: quoniam erat ecclesia gentium numerositate dilatanda.
[Magnificās † salutare regis ipsius:et faciens misert Alt. salutes
cordiam christo suo. Dauid z semini eius vsq; in seculum]. Exponit qualem psalmum superius dixerit: qui magnificet filium ipsius toto orbe terrarum. Christus ante dicebatur omnis unctus in regē:sicut et de Saule dictum est. Cur ausus fuisti inferre manum in chri- 2. Reg. 1.
stum domini? In dauid ergo fecit misericordiam:quia eum vt titulus dixit:de persequentium ferocitate liberauit. Et semini eius/dominum significat saluatorem: qui fm carnem ab ipsius generatione descendit. Dicit ergo tunc misericordiam factam semini eius: quando post triduum resurrexit a mortuis: ascendit in celos: sedet ad dexteram patris. Usq; in seculuꝫ accipitur in eternum:sicut in superiore psalmo dictum est usq; in finem. Hec enim verba idipsum significant:q̄uis ꝓpter gratiam nouitatis variata esse videantur.

Conclusio.

¶Quam mirabili contextione verborū huius psalmi drama decursum est:qd̄ variatione personarum semper efficitur:dū vicarius sibi sermo alterutra permutatione succedit. Sed intelligamus quanta sit huius chori gloriosa societas:vt z ipse quoq; dominus simul dignatus fuerit salutaria verba miscere:pro quibus non asperatus est humilitatem incarnationis assumere. Nam z numerus ipse:magna legis sacramenta concludit. Denarius ꝓtinet ad decalogum veteris testamenti:septēnarius ad septiformem spiritus gratiam:qui in vnam societatem deducti/efficiunt decem et septem:sic precipua mysteria sancte legis psalmi istius numero continentur.

¶Explicit expositio in psalmum.17.

In finem psalmus Dauid. xviij.

Celi enarrāt gloriā dei: z opera manuū eius annunciat firmamentū. Dies diei eructat verbum: et nox nocti indicat scientiā. Non sunt loq̄le neq; sermones: quoz non audiantur voces eorū. In omnē terrā exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eoz. In sole posuit tabernaculum suū: et ipse tanq̄ sponsus procedēs de thalamo suo. Exultauit vt gygas ad currendam viam: a summo celo egressio eius. Et occursus eius vsq; ad summū eius: nec est qui se abscondat a calore eius. Lex domini immaculata conuertēs animas: testimoniū domini fidele sapientiā prestās paruulis. Justicie domini recte letificantes corda: preceptum domini lucidum illuminans oculos. Timoz domini sanctus permanens in seculum seculi: iudicia domini vera iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum et lapidem precios̄um multum: et dulciora super mel z fauum. Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa. Delicta quis itelligit: ab occultis meis mūda me: z ab alienis parce seruo tuo. Si mei nō fuerint dominati tūc immaculatus ero: et emundaboz a delicto maximo. Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine adiutoz meus: et redemptoz meus.

Inscriptio ista frequenter expolita est: psalmi dicta referens ad dñm christum: de cuius primo aduētu pphera dicturus est: vnde suscepit inimicus occasum: z humanum genus singulare presidiū. Per hunc enim tyrannus ille relegatus ingemuit: et absolut⁹ est homo potius: qui mortiferis vinculis tenebatur obnoxius. Memento vero quia de eadem re hic primus est psalmus. Sequūtur autem alij quattuoz: id est. 29. 84. 96. et. 97.

Divisio.

Et totum psalmū prophete verba sunt. Prima narratio eius laudat dñi predicatores. Ipse quoq; de eius incarnatione: speciosissimis comparationibus verba subiungens. Secunda: laudat precepta noui et veteris testamenti. Tertia: ab occultis vicijs purgari se a domino deprecatur: vt eum sibi dignum faciat esse psalmistā: per que intelligimus illos solos reuerā domini laudes canere: qui ab eius nesciunt predicationibus discrepare.

Expositio.

Celi enarrant gloriam dei: z opera manuum eius annunciat firmamentum. ¶Quātus et ad litteram possit intelligi: celos enarrasse gloriam dei: cum magos ad Bethleem venientes dux stella precesserit: que stans sup cunabula eius: ostendit domini saluatoris aduentum: tamē hoc melius ad apl̄os cōuertimus et ꝓpheras: q̄ de aduētu ipsius differendo: orbē terrarū sanctis admonitionibus impleuerūt: in quibus deus tanq̄ in celis habitauit qui cuncta late cōplectitur: non ex parte sed tota eos plenitudine sue maiestatis ingrediens. Pars enim in deo non est: sed vbiq; totus z plenus est. Impio quippe dicit Tu qui es: qui enarras gloriam meam? Sequitur Et opera manuū eius: id est ipse homo qui manibus eius factus est. Sed hoc ad laudem dicitur prophetarum: vt cum sint opera eius: annūciare mereātur creatoris sui reuerēda mysteria. Addidit Annunciat firmamentum: predicationes. i. incarnationis eius: per quā fidei nostre solicitas mēcussa proue nit. Et nota q: hic dicitur: homo dei manibus factus. Item legit Et aridam manus eius finxerūt. Sed hoc humane operationis allusio est: que sine manibus aliquid fabricare nō preualet. Ceterū deus volūtatis sue creauit imperio: sicut legit Ipse dixit z facta sunt: ipse mandauit z creata sunt. [Dies diei eructat verbum: et nox nocti indicat scientiā]. Dies diei eructuabat verbum: quando dñs loquebat apostolis. Ipse enim diuina claritate irradians: corde purissimis verba celestis luminis intimabat. Eructuabat enim verbum: cum de imis penetralibus sermones in sanctoz noticiā producebat. Nox autem nocti indicauit scientiam: quando iudas christum iudeis prodidit ac tradidit occidendum. Indicare enim primet ad proditionē. Tale enim inter se fecerant constitutū: vt illum tenerent quem fuisset sceleratissimus osculatus. O nefandissimum proditorem: z iuste a beatoz societate discretū. Per osculum causam fecit venire interitus: per quod humani generis declaratur affectus. Nam qd̄ diem diei cōparauit: et noctem nocti: argumentum est qd̄ dicit a pari: sicut et in. 41. psalmo dicturus est. Abyssus abyssum inuocat: in voce catharactarū tuarū. [Nō sunt loquele neq; sermones: quoz non audiātur voces eoz]. Negando nullos esse sermones neq; loquelas quos a postoli rettulissent: illud videl predicere qd̄ linguis erant omnū gentium diuina inspiratiōe locuturi. Sermones quippe ipsoz z loquele: per orbem terrarū predicationis libertate sonuerunt. Sermones pertinent ad cōmunes narrationes: loquele ad publicas suasiones: qd̄ vtriusq; apostolos fecisse certissimū est. [In omnē terrā exiuit sonus eorum: z in fines orbis terre verba eoz. In sole posuit tabernaculū suum]. Terram hic hominē debemus accipere: qui z audire possit z credere. Sonus vero miraculoz fama est: que pro ipsa natiuitate per gentes singulas excellenti opinione currebat. Fines autē terre sunt reges: qui quasi termini agrorum sua regna custodiunt: vt non solū ad humiles: verumetiā ad principes gentium euangelij verba peruenisse declarētur. Sequit de incarnato verbo: pphete sancta predicatio: vt hoc qd̄ alios gessisse laudauit: ipse quoq; fecisse videretur. Ab apostolis quippe trāsit ad personam domini. ¶Que figura dicit Exallagen: id est pmutatio. In sole: in manifestatione mundi dicit. Tabernaculum: id est inhabitaculum corporis sui. ¶Quod ideo arbitror dictum in sole positum: vt qui oculum cordis habet purissimum: sacramenti illius claritatem z ferre possit et cernere. ¶Qui vero heretica prauitate cōfusus est: incarnationis eius fulgore percussus erroris sui lippitudine sanctū lumen dñi non preualeat intueri. [Et ipse tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gygas ad currendā viam]. Et ipse christus dominū dicit: qui tanq̄ spōsus ecclesie suę processit de thalamo suo id est de vtero virginali. Magna similitudine sacramētum eius incarnationis exposuit. O b hoc enim de intacto vtero processit dispositione mirabili: vt mundū deitatis reconcilians: ecclesiam sibi sponsi charitate sociaret. ¶Quapropter merito de virgine natus est: q̄ virgini erat sancta copulatione iungēdus. Congrue nāq; sponsus a spondendo dicitur christus: qui totiēs promissus est per prophetas. Et bene christus noster gyganti comparatur: quia humana natura potentie sue magnitudine superans omnia mūdi vicia: cum suo truculentissimo auctore prostrauit. Dicendo enim Ad currendam viam: seruauit qd̄ in primo psalmo dixit. Et in via peccatorum non stetit. Hec via cursum eius vite significat: quam dominus egit homo nat⁹: hoc est quia natus est: creuit: docuit: passus est: resurrexit: ascendit in celos: sedet ad dexteram patris. Merito ergo dixit: viā cucurrit: cuius in nulla mūdi ambitiōe potuit act⁹ hesitare. Hec per allegoricas similitudines decēter expressa sunt: que aliud dicentes: aliud intelligi suadent. [A summo celo egressio eius. Et occursus eius vsq; ad summū eius: nec est qui se abscondat a calore eius] Si diligentius intueamur: totius hic maiestas trinitatis ostenditur. A summo celo pater significatur. Egressio eius: natiuitas filij: non temporalis: sed eterna patri que est ante omne principium: quippe cum ipsum filium constet esse principium. Occursus eius ꝑm hominem dicitur: quia post assumptionem carnis in vtraq; natura christus permanens: ad sedem maiestatis paterne occurrit. Usq; ad summum eius: iterum ꝑm deitatem qua patri filius semper equalis est. Nam cum venit a summo: in nullo minor fuit: cum rediit ad summū: deus homo equalis patri in deitatis substātia sicut venerat pseverat: cui nichil humana detraxit humilitas. Nam qd̄ ait Nec est qui se abscondat a calore eius: spiritum sanctum videtur significare: quem post ascēsionem discipulis misit. In actibus enim apostoloū legitur ignem apparuisse: qui supra vnumquenq; eoū insidens: gentium variis linguis eos faciebat effari. Ipse ergo calor est a quo nemo possit abscondi: qui deitatis sue potētia vniuscuiusq; corda cognoscit. Ita hoc vno versiculo: sancte trinitatis ingentia sacramenta declarantur. Et intuere: quēadmodum licet de tribus personis dicatur: consubstantialem tamen seruauit vnitatē. Sic enim loquitur dicendo Eius tanq̄ de vno: q: sancta trinitas vnus est deus: sicut legitur Audi israel: dominus deus tuus: dñs vnus est. [Lex dñi † irreprehensibilis convertens animas]. Quentum est ad scdam narrationē: vbi per sex versus singule res diuersa laude definiuntur. Hec septima est species definitionis: quā greci Latamethaphoram: latini per translationē dicunt: cum rem aliquam sub breui preconio que sit ostendimus. Nunc ad singula veniamus. Lex enim illa quam per Moysen dedit: irreprehensibilis est: q: pfecta veritate constitit: que per dominū saluatorē non reprehēsa: sed potius probata impleta. Ait enim in euāgelio. Non veni legē soluere: sed implere. Et ne esset nobis rigoris eius perniciosa desperatio: adiunxit Convertens animas. Illius enim districtiōis metus errantē corrigit: z ad christi gratiā facit currere: cum spem in suis ceperint meritis non habere. [Testimoniū dñi fidele sapientiā prestans paruulis]. Hic de patre dicit: qm̄ oia testimonia que dedit populo israelitico fidelia vtiq; fuerunt: quia plenissima veritate recognita sunt: z sapientiam paruulis prestiterunt: non vtiq; supbis: nec tumida se elatione tactātibus: sed paruulis. Paruuli autem sunt humiles z innocentes: sicut Apl̄s monet. Nolite pueri effici sensibus: sed malicia paruuli estote. Testimonium quoq; dat filius: sicut ad Timotheū ait Apl̄s. Precipio tibi coram deo qui viuificat omnia: z christo Jesu q̄ testimoniū reddidit sub pontio pilato. Idem de spiritu sancto dicit Apostolus. Nā z ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro. Unides in illa sancta trinitate: q̄ nichil scriptura diuina velit minus magnifice sentiri: vt nec ipsa nomina pariat esse diuisa. [Justicie dñi recte letificantes corda]. Reuera recte: q: non aliter cognoscitur fecisse q̄ docuit: q: illoruū iusticia recta nō est: q̄bus aliud est in ore: aliud in opere. Letificātes corda: subaudi iustoz: qui de iudicio dei letificantur: q: nouunt se misericordie dñi premia consecuturos: sicut dicit Apostolus. De reliquo reposita est michi corona iusticie: quam reddet michi dñs in illa die iustus iudex. [Preceptum domini lucidum illuminans oculos]. Reuera lucidū: q: sincere purum et immaculatū: quale a patre luminum prodire decet. Hoc illuminat oculos: non istos carnales: quos z pecora nobiscū possunt habere cōmunes: sed illos vtiq; interiores qui diuino munere spiritualiter clarificantur. [Timoz dñi sanctus permanens in seculum seculi]. Videamus quid sibi velit ista definitio. Deū timere non trepida cōfusio: sed imperturbata cōstantia est: cuius status nulla tpali conuersione mutatur: sed in idipsum sinceritate bone conscientie pseverat. Nam humana formido cum tempore cōmutat: z non est sancta: q: non pōt esse pficua. Timoz aūt dei nichil perturbationis habet. Nā licet recte auctorem suum timeat: scit vere supplicātibus misericordē esse qui iudicat. In omni ergo sanctitate versatur: qui suum iudicem z timere cognoscit et amare. Mixta enim cū pauore dilectio timoz est dñi: qui vsu seculari reuerētia nuncupat. [Judicia domini vera iustificata in semetipsa]. Judicia dei dicit (vt arbitror) mandata que in veteri testamēto z nouo scripta sunt: quia reuera ex iudicio sunt plata. Illud enim iudiciū singulari numero dicitur: vbi boni malīq; diuiduntur. Nam qd̄ sequitur Desiderabilia: phibet ad illud tempus future iudicationis aptari: q: legitur Ue illis q̄ cōcupiscunt diem dñi. Hec autem iudicia vtriusq; testamenti que dicta sunt veritate immutabili pseverant: et tantum in illis est bonum: vt cum a pijs mentibus recipiuntur veraces faciant z beatos. Hoc autem dant qd̄ habēt: quia necesse est vt iustificatione plenum sit qd̄ iustos facit. Peracta est pposite laudis senaria diuersitate conclusio. Predicando legem dñi: testimonium dñi: iudicia dei: qui numerus in arithmetica disciplina noscitur esse perfectus. Singulis enim versibus quasi quibusdam calamis compactis: opa dñi laudis studio probātur esse cantata: vt doceret pfectionem atq; consonantiam eoz que sub tali calculo noscunt esse predicata. O ingentium rerum stupenda pfunditas. ¶Quis aut sufficienter distinguere: aut pdicare potuisset opera dñi: nisi spiritu sancto probarenk edici? Solus enim prevalet digne de se dicere: q̄ etiam se potest nosse plenissime. [Desiderabilia super aurum et lapidē preciosum multum: z dulciora sup mel z fauum]. Desiderabilia sunt iudicia dñi (sicut dictum est) mandata noui z veteris testamenti: sup aurum q̄ humana cupiditas affectat ardentissime possidere: propter qd̄ frequenter despicit etiam salutes animarum. Sed quia hoc tante res parum est: Addidit Lapidem preciosum multū: qui in paruissimo margarito plurimum valet: et exiguo, me-

ELy. Deuto. 6. Alʾ ima culata. DEF. Watth. 5. Act. 2. SCHE. 1. Cozin. 14 1. Timo. 6. Roma. 8. 2. Timo. 4 Arithmeti. Amos. 5.

tauli pondere ingentem superat pecunie quantitatem. Sed quoniã inueniri poterant continentes: qui cupiditatem noxiam laudabili parcitate calcarent: addidit etiam sapores precipua suauitate iocundos: Mel ⁊ fauum. Unde homo nullus excipitur: quis cõtinẽs esse videat: quia propter vetus testamentum superat mel: propter nouum vincit fauum. Ista enim faucibus tantũ saptunt: illa mentibus absolute dulcescunt. Quod schema grece dicitur Auxesis: latine augmentũ: patium enim ad superiora concrescit. [† Nam et seruus tuus custodit ea: in † custodiendis illis retributio multa]. Cum dicit seruus tuus: iustum significat et deuoti: custodiet ea/ dulcedine. s. illa pellectus: quia nequis simis mẽtibus iudicia domini semper amara sunt. Et inspice qõ dictum est: custodiet ea: vt nõ solum ad tempus earum rerum suscipi videatur affectus: sed vsq; in vltimum vite spacium in tali deuotione versetur. Post obedientiam premia subsequũtur: id est retributio multa. Tanta enim diuine clementie dona sunt: que nequeunt comprehendi. Sic enim de his Apostolus dicit. Quod nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec ĩ cor hominis ascendit/ que preparauit deus diligentib⁹ se. Merito ergo dicta sunt multa: quia comprehendi non poterant vniuersa. [Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me domine]. Ecce ianua tertie narrationis aperitur: in qua ꝓpheta deprecatur: vt omnia eius peccata mundentur: quatenus eloquia eius in conspectu domini reddantur accepta. Sed cum trib⁹ modis humanis erroribus excedatur: cogitatione: dicto ⁊ facto: immensum illud delictorum mare sub breuitate constrictum: duobus fontibus emanare testatur. Occultum est (quod originale dicitur) in quo concipimur: nascimur: ⁊ secreta voluntate peccamus/ id est cũ rem proximi concupiscimus: cum nos de aduersarijs desideramus vlcisci: cum ceteris prestantiores effici volumus: cum cibos appetimus dulciores: et his similia q̃ ita pullulant atq; surrepunt: vt ante effectum rei multa celata videantur. Qui hec alicui manifesta reddantur: monente Salomone. Non eas post concupiscentias tuas. Illud tamen debemus aduertere: quoniam multa peccata sunt que omnimodis ignoramus: quorum nec origines possumus: nec surreptiones agnoscere. Unde subaudiendum est. Delicta omnia quis intelligit: Nam cũ dicturus sit in quinquagesimo psalmo. Delictum meum contra me est semper. Et alibi. Delictum meum cognitum tibi feci: quomodo non potest intelligi q̃ peccans cogitur confiteri? Sed si adiecerit omnia: tunc hec questio probatur excluſa. [Et ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dominati/ tunc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo]. Positum est superiore versu occultum: qõ originale diximus: nunc dicendum est quid sit alienũ. Alienum est quod malis hominibus/ siue diabolo suadente committitur: sed fit proprium: quia consensus plectibilis adhibetur. Ex illa enim traduce mortalium massa corrupta ab hoste spirituali: sine diuina gratia velociter subuertitur: quia in primo homine per inobedientiam violata monstratur. Nam q̃ facile est antiquo insidiatori fectis vetita suadere: qui potuit liberos atq; incorruptos sua calliditate decipere? Quapropter ab originali peccato (vnde vsq; ad seculi finem viuens nullus excipitur) ꝓpheta mundari se petit: quasi adhuc carnalibus vicijs non omnino purgatus. Sed cum dicit Seruo tuo: iam se ostẽdit legi domínice iure famulari. Dominantur autem errores/ cum in eis fallaci voluntate presumitur: tunc vero imperium perdunt/ quãdo ab ipsis homines per dei gratiam subtrahuntur. Iure ergo propheta immaculatum se confidit fieri: cũ eum iam contigerit ab eorũ dominatione liberari. Maximum vero delictum est superbia/ qua ⁊ diabolus cecidit: ⁊ hominẽ traxit. Quantum enim in malo magna sit hinc datur intelligi: que ex angelo diabolum fecit: q̃ homini mortem intulit et concessa beatitudine vacuauit: omnium malorum mater/ scelerum fons/ vena nequitie. Scriptum est enim. Initium peccati omnis superbia: quam tamen dominus veniens sua humilitate deiecit. [Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: ⁊ meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine adiutor meus: et redemptor meus]. Dicit quando eloquia oris eius domino placere prevaleant: videlicet si a vicijs que superius dixit reddatur alienus: propter illud qõ dicitur peccatori. Quare tu enarras iustitias meas. Que est autem meditatio cordis: que potest ad dominum peruenire? Spes/ charitas/ et fides/ que vtiq; digna sunt deo. Illa enim merentur in conspectu eius ascendere: que ipse cognoscitur approbare. Adiutorem vero suum dicit in bonis: redemptorez a malis: vt nemo suis meritis applicet: quod celesti largitate susceperit.

Ecclesiasticus 10.

Psalmus 49.

Conclusio.

¶ Quã mirabili ordine totum psalmũ gloriosissimus propheta cantauit.

Laudauit domini predicatores. Ipse quoq; aduentũ sacratissime incarnationis edocuit: magnalia eius varia definitionum qualitate commendans. Reuersusq; in memoriam fragilitatis sue a delictis se petijt debere mundari: vt tantoꝝ sacramentoꝝ relator dignus existeret: qui docuit scripturas domini a purissima conscientia debere narrari. Numerus quoq; presens: virtutem psalmi declarare sentitur. Nam sicut in euangelio octauodecimo anno curuata mulier iubente christo a sua infirmitate saluata est: ita se in hoc psalmo petijt peccatis propijs propheta liberari: per hunc calculum significans tempus aptissimum: in quo ⁊ iste domini salutifera beneficia mereretur.

¶ Explicit expositio in psalmum. 18.

¶ In finem psalmus Dauid. xix.

Exaudiat te dominus in die tribulationis: protegat te nomẽ dei iacob. Mittat tibi auxilium de sancto: ⁊ de syon tueatur te. Memor sit omis sacrificij tui: ⁊ holocaustũ tuũ pingue fiat. Tribuat tibi ſm cor tuũ: ⁊ omne cõsilium tuum cõfirmet. Letabimur in salutari tuo: ⁊ in nomine dei nr̃i magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui qm̃ saluum fecit dñs christum suum. Exaudiet illum de celo sancto suo: in potentatibus salus dextere eius. Hi in curribus et hi in equis: nos autẽ in nomine dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt ⁊ ceciderunt: nos autem surreximus ⁊ erecti sumus. Domine saluum fac regem: et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

Quam q̃ tituli ꝟba nota sunt: de textu psalmi aliquid disseram⁹: vt gratius possit accipi: qñ breuiter eius intrõitio probat agnosci. Futuroꝝ igitur illuminatione ꝓpheta cõpletus: per optatũ modũ euentre prospera sancte deprecat ecclie: que illi p aduentũ dñi certissime nouerat esse vẽtura: Et nimia charitate cõpletus: illi optat ꝓspera: cuius se mẽbra esse nouerat. Talia siquidẽ desideria beati semper appetunt: vt bona sua ibi posita iudicent: vbi benemeritoꝝ vota congaudent.

Diuisio.

Primo ingressu propheta deprecat sancte ecclesie bona succedere: vt diuersa mundi tribulatione fatigata: christum dñm exaudita suscipiat. Scõo deprecatur: vt omne consiliũ eius rectũ q̃ fidem dño oipotentie sue pierate confirmet: promittẽs fidelem populum non magnificandum potestate mũdana: sed diuina potentia.

Expositio.

Exaudiat te dñs in die tribulationis: protegat te nomẽ dei iacob]. Per figuram Prolepsin: que latine dicit preoccupatio: ꝓpheta studio magne charitatis accensus: optat ecclesie catholice prouenire: que longo post tempore fieri posse cernebat. Audiri cognoscimur: qñ oĩmodis aliquid obtinemus. Dicendo ꝟo: in die tribulationis/ tempus grauissime afflictionis ostendit/ quo magno desiderio dñm deprecamur. Non enim extremis labijs: sed mundo corde tunc petimus que nobis tribui postulamus. Perscrutandũ est quoq; quare patriarche Jacob nomen videtur annexum: illi enim matris fratri Surripiẽs: totius benedictionis gratiã consecutus: vt et ipse illi cum reliquo populo subderetur. Que similitudo benedictionis: christiano populo cõgruenter aptatur: qui gentem subsequens iudeoꝝ eam deuote mentis religione superauit: vt gratie munere primus donãte dño redderet. Nam cũ dicit. Protegat te nomẽ dei iacob: huiusmodi similitudinẽ a dño vult intelligi: ⁊ nouo populo concedendã: quam ille in prefiguratione sanctus patriarcha precepit. [Mittat tibi auxilium de sancto: ⁊ de syon tueatur te]. Optando mittatio ostẽdit a patre filiũ missum. Sed hoc verbũ charitatis est non subiectionis: sicut ⁊ ipse in euangelio de spiritu sancto dicit. Expedit vobis vt ego vadã. Si enim ego non abiero: paraclitus non veniet ad vos: si aũt abiero mittam eũ ad vos. Syon enĩ sicut sepe diximus: mons est significans speculationẽ: que cõuenit diuinitati: quontã illi oĩa non vt nobis ex euentu nota sunt: sed ex gloriosa sue dispositionis arcano. [Memor sit oĩs sacrificij tui: ⁊ holocaustum tuum pingue fiat]. Sacrificium sancte ecclesie: non hostia pecudum: sed iste ritus accipiẽdus est qui nũc agitur corporis ⁊ sanguinis immolatione solẽni: quem venturũ preuidebat non quẽ pretermittendum esse cognouerat. Sequitur Et holocaustum tuũ pingue fiat. Holocausti nomine in illa prioris sacrificij similitudine perseuerat. Holocaustum enĩ totum dicebatur incensum: que nunc referenda sunt ad cõmunionis nostre sanctissimã puritatem. Holocaustũ enĩ per se combustũ et aridũ est: sed pingue fit atq; iocundum: qñ a gratia diuinitatis assumit. [Tribuat tibi † dñs ſm cor tuũ: et omne cõsilium tuũ confirmet]. Post dia psalma positum: venit ad ingressum scõm: adhuc optãs ecclesie bona: quã sciebat constanter in orthodoxa religione mãsuram. Dicit enĩ Tribuat tibi dominus ſm cor tuum. i. ſm intellectum quem habes de domino saluatore: vt eum credas vnũ ex trinitate passum carne: ⁊ pro mundi liberatione in crucis patibulo pependisse/ ipsum resurrexisse/ ipsum sedere ad dexteram patris/ ipsum ad iudicandum esse venturum. Addidit quoq; Et omne consilium tuũ cõfirmet: scz vt mundi istius illecebras contemplata domini promissione despicias: ⁊ pericula presentis seculi nõ pauescas: dum future resurrectionis premia leta semper expectas. Hoc est enĩ cõsilium sancte matris ecclie: patrẽ ⁊ filiũ ⁊ spiritũ sanctũ vnum credere deũ: a quo creata sunt oĩa: ⁊ disponunt vniuersa. Hec bene confirmari propheta deprecat in populo fideli: p que nouit eum ad eterna premia esse vẽturũ. [Letabimur in salutari tuo: ⁊ in nõie dei nr̃i magnificabimur. Impleat dñs omnes petitiones tuas]. Cum vir sanctissimus spũalia bona optaret ecclesie: vt se vnum ex eius corpore esse monstraret: suam quoq; personã decenter admiscuit. Nam in salutari ecclesie: qõ est dñs Christus: letaturum se esse declarauit: ⁊ in ipsius nomine se magnificandum esse testatur: qi ex Christo christiani fuerant nũcupandi. Magnificari est enim magnũ fieri quippe cũ ex vocabulo celestis regis nomen est impositum seruienti. Sequit Impleat dñs oẽs petitiones tuas. Fit iterũ ad ecclesiam grata conuersio: vt ex tam frequẽti voto ꝓbaretur nimie beniuolentie magnitudo. [Nunc cognoui qm̃ saluũ fecit dñs Christũ suũ]. Hec iam vsq; ad finẽ psalmi ex persona loquitur sua. Que figura dicitur Apostrophe. i. conuersio: quotiẽs ad diuersas personas credit verba cõuertimus. Dicẽdo nũc cognoui/ magnã virtutẽ ꝓphetationis ostẽdit: vt in ꝑsenti se diceret cognouisse/ qõ post multa secula potuit approbari. Saluũ fecit pater xp̃m filiũ resurrectione gloriosa: qñ etiã ascẽdit in celis. [Exaudiet illũ de celo sancto suo: in potẽtatibus salus dextere eius]. Exaudiuit filium pater ab incarnatione suscepta: post resurrectionem videlz: qñ spiritum sanctũ de celo misit apostolis: quẽ in terris mittẽdum promiserat. Et vt ipsum quoq; in deitate sua oipotentẽ esse monstrar: ⁊: sequitur. In potentatibus salus dextere eius. Salus igit quã ipse condidit: potentatus nostri esse dinoscit: qñ illa salus/ nec morbis afficit/ nec doloribus sauciatur: sed potentes nos efficit cum in sua pertinacitate custodit. Sensus ergo talis est. Exaudiet filiũ pater de celo sancto suo: qui in dextera eius est salus: habens ex propria deitate: qõ petere videt ex carne. [Hi in curribus ⁊ hi in equis: nos autẽ in nõie dñi dei nostri † magnificabimur]. Fidei sue sinceritate cõfidens: que munieribus erat dñi cõtributa: ꝓpheta leratur despicies illos qui põposis curribus effecti: in tẽporali potius dignitate ꝓsumũt. Duo enĩ apud antiquos erãt genera trĩũ phoꝝ. Unũ matus in curribus: qõ laureatũ dicebatur. Aliud minus in equis: qõ optio nũcupabat. Sed ista secularibus relinquẽs: in nõie dñi se magnificatũ esse cõfirmat. Non enĩ currus aut equus magnificant: cũcti in hoc mũdo extollere videant honoribus: sed nomen dñi qõ ad premia eterna ꝓducit. Que figura grece dicit Synchysis: latine cõparatio: dum cõparatione quadã iustioꝝ caulam nostram: q̃ aduersarij demonstramus. [Ipsi obligati sunt ⁊ ceciderunt: nos aũt surreximus ⁊ erecti sumus]. Potẽter aperuit fructũ precedentiũ rerũ. Nam humanis honoribus ꝓsumẽtes: laqueati prauis desideriis suis in mortis foueã corruerunt. Et quis dicturus erat ceciderũt/ premisit obligati: qõ necesse est illis cõtingere qui se videntur neruosio erroribus obligare. Resurgere enim duobus

Al. fruoc bimus.

modis dicitur christianus: qñ a viciorum morte in hoc mūdo per gratiā liberatus in diuinis iustificationib⁹
Prouer.24. per seuerat: sicut sapientissim⁹ Salomon dicit Septies cadit iustus & resurgit. Dicitur & generalis illa resurrectio in qua iusti eterna premia consequētur. Sed hic vtrāq; cōuenire manifestū est: vbi ideo posuit erecti sumus: qz in qualibet resurrectione fideles ab humilitate cōsurgunt; & ad diuina premia subleuant. Q̄d argu-
T.Op. mentū in topicis dicit a rebus ipsis: qñ et aduersarios corruisse dicimus: et nos erectos esse testamur. [Dñe saluū fac regē: & exaudi nos in die qua inuocauerimus te]. Futurorū desiderio ppheta pellectus: illa petit iterum fieri que nouerat esse vētura. Dicit patri: saluū fac regem. i. christus dñs resurgat a mortuis: ascendat in celos: interpellet pro nobis: ne diutius nostra vacillet oratio: sed ipso aduocato presumamus orare: qui nos patri docuit supplicare: ne nos mortis laqueus possit astringere. Veniq; hoc sequit. Exaudi nos in die qua inuocauerimus te: quod tūc humano generi prouenit: quando resurrectione domini firme credidit / letanter asperit. Conclusio.

¶ Docuit nos ppheta sanctissimus: quali pietate debeamus xpo dño seruire: optat illi bona que nouerat esse vētura: qz bene credētiū mos
Matth.6. est illa orare: q̄ desideramus emergere. Sic & in dñica oratione premonemur. Adueniat regnū tuū: qd etiā si non optemus aduenit. Sed deuotū non vult desinere: que ventura credit optare. Quapropter affligamur in eius passione: gaudeamus in eius resurrectione. Sic enī ipsius possumus dici si eius dispensationibus mereamur aptari. Presentis aūt sacramenta sub vna summa nequaq; potuimus inuenire: sed forte nobis poterunt diuisa cōstare. Duodenarius itaq; calculus: ad apostolos est videlz applicādus. Septēnarius vo significat hebdomadam: que ad primā illā pertinet sine dubitatione culturam. Hec in vnum sociata: vtriusq; legis sacramēta cōcludunt. Sic & istius psalmi ad patrem dicta precatio: noui & veteris testamenti continet reuerenda mysteria.

¶ Explicit expositio in psalmum. 19.

¶ In finem psalmus Dauid. xx.

Domine in virtute tua letabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehemēter. Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius nō fraudasti eum. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Vitam petijt a te & tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum et in seculum seculi. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum. Quoniam dabis eū in benedictionem in seculum seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Quoniā rex sperat in domino: & in misericordia altissimi non cōmouebitur. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderūt. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos / et deuorabit eos ignis. Fructum eorum de terra perdes: et semē eorum a filijs hominum. Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia que nō potuerunt stabilire. Quoniā pones eos dorsum: in reliquijs tuis preparabis vultū eorū Exaltare domine in virtute tua: cantabim⁹ et psallemus virtutes tuas.

Deo titulus hic. 19. psalmo par est: qm̄ & iste quidem de dño saluatore: sed sub aliqua diuersitate dicturus est. Superior nāq; cōtinet oratione pphete: & cōfidentiā qua liberādus est a cladibus huius seculi populus christianus. Hunc quidē panegyricus de incarnatione ipsius dñi: & postea deitatis eius facta narrank: vt oēs intelligāt eundē esse Marie semp virginis filiū: qd patris verbū. Duas enī naturas in christo dño saluatore credimus deitatis & humanitatis: que in vnā personam per infinita secula incōmutabiliter perseuerant. Quod ideo frequēter repetendū est: qz vitaliter & auditur semper & creditur. Diuisio.

In prima narratione psalmi huius verba pphete sunt ad deū patrē de incarnatiōe dñica. Scda diuersas virtutes eius gloriāq; describit: declarans a parte qua passus est: ad quā summā rerū apicēq; ipso largiēte quenirret. Tertia idem ppheta cōuertit ad dñm xp̄m: vbi more desiderātium optat illa in iudicio eius fieri: que nouit esse vētura. Expositio.

Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuū exultabit vehementer]. Domine prophetа ad patrem dicit in virtute tua. i. in omni potētia manifestatis tue: in qua & filius regnat: sicut ipe dicit Om̄ia Joan.17. nia patris mea sunt: & omnia mea patris sunt. Letabitur rex: gaudet Jesus christus. De quo in alio psalmo legitur Deus iudicium tuum da regi: & iusticiam tuā Psal.71. filio regis. Et in titulo passionis scriptum est Rex iu- Matth.27. deorum. Sequitur Et super salutare tuum exultabit vehementer: id est in eo q̄ per eum saluasti homines: filius tuus qui saluator est exultabit. Addidit quoq; vehementer: vt quanta est copia in beneficio: tanta sit et gaudij magnitudo. [Desiderium † anime eius tri- At cordis buisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eū]. Enumerat prophetа christo domino sm̄ carnem: q̄s ingentia / q̄s gloriosa collata sint. Desiderium eius anime fuit: sicut in euangelio dicit Desiderio desideraui Luce.22. māducare vobiscum hoc pascha. Quod schema dicitur Tātologia: id est eiusdem sermonis iteratio: sicut SCHE. est Benedicens benedicam te: & Multiplicans multiplicabo semen tuum. Sed ille solus est qui desiderio desiderauit mori: quando se pro omnium salute offerebat occidi: vt pretiosus sanguis eius mundū redimeret: ne diabolus eum adhuc iniqua presumptione vastaret. Voluntas vo labiorum fuit: qñ spiritibus imperabat immūdis: lāguores diuersos sermonis sui sanabat imperio: predicationes quoq; suas deuotis mentibus inserebat. Constat enī in nullo voluntatē ei⁹ fuisse fraudatā: qñ oia que fieri iussit ipleta sunt: sicut scriptū Psal.134. est Oia que voluit dñs fecit in celo et in terra. [Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso].

Post dia psalmatis silentium: venit ad scm̄ modum vbi incarnationis eius potentiā: mirabili fulgore describit. Dicendo enim qm̄ preuenisti: significat humanitatem anticipante diuinitatis gratia semper omari: quia nullus illi quicq; primus offert qd̄ bonum est: nisi hoc celesti munere cōcedatur. Erubescat pelagianus hoc proprijs hominis dicere: qd̄ immaculata verbi incarnatio euidēter legitur accepisse. Benedictio dulcedinis fuit: qñ dictū est Hic est filius meus dilectus: in Matth.3. SCHE. quo michi bene cōplacui. Posuisti Metaphorice dicitur: ab his qui post labores maximos p̄mio digno coronank. Quod totum pertinet ad naturā humanitatis que a diuinitate quod non habebat accepit. In capite p̄o idem dictū debemus aduertere: quantū ad substātiam attinet corporalē. Ceterum deitas nō habet mēbra: que vbiq; tota atq; perfecta est. Corona enim non improbe circūeuntium discipulor⁹ videtur significare conuentū: qz ipsum docentē desiderantiū apostolorū circuitus ambiebat. Hec erat corona capitis: hoc regale diadema: qd̄ no ornaret impositū: sed de xpo dño potius ornaretur. In hac enī corona & totius mūdi circulum merito poterim⁹ aduertere. In quo generalis SCHE. significat eccl̄ia. Quod schema dicit Caracterismos id est informatio vel descriptio: que siue rem absentē: siue presentem personā spiritualibus oculis subministrat. Hoc & in laude & in vituperatione fieri solet. [Ultam petijt † & tribuisti ei: longitudine dierum † in seculum seculi]. Vitam: resurrectionem significat: quā ille petijt: dicendo Pater clarifica filium tuū. Longitu- Alia te. Aller. Joan.17. dinē dierū in seculum secult. i. indefectam perēnitatem que nullo fine concluditur. Sed memento q̄ et hec et his similia: ab illa dicantur parte qua passus est. [Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorē impones super eum]. In capite versus sententiam posuit: quā subter exponit. Sancte siquidem incarnationi magna est gloria in salutari. i. in verbo patrio. Sed istam gloriam non poterat humanus sensus attingere: nisi eā in subsequētibus mirabili expositione declarare. Hoc schema dicit Epherxegesis: latine SCHE. explanatio. Nam gloria & magnū decus: xpo videtur significare iudicij: vbi in deitate sua altissimus apparebit: habēs gloriā de iudicio: decorem de maiestate. [Q̄m̄ dabis eum in benedictione in seculū seculi: letificabis eum in gaudio cū vultu tuo]. Gradatim descendit ad illā gloriā declarandā: quā xpo dño sm̄ carnem a patre clarificatus accepit. Dicit eum dādum esse in benedictione que nullo possit fine concludi. Verū hec verba pia examinatione pensanda sunt: vt tāte rei nobis elucere possit arcanū. Multis locis iam diximus suscipiēdū esse pro parte membror⁹: quod ipsi dño saluatori nō potest cōuenire: sicut & patres nostri similia loca exposuisse declarant. Qua propter letificabis eū in gaudio cum vultu tuo: suscipiendū est de vnoquoq; fidelium: de quibus & alter psalmus dicturus est Et habitabūt recti cum vultu tuo. Letificari enim de vultu Psal.139. dñi: alterius cognoscit esse persone: qd̄ de xpo intelligi catholica nō permittit eccl̄ia. Que sic vnita verbo cognoscitur: vt vna sine dubio intelligatur esse persona. [Q̄m̄ rex sperauit in dño: & i misericordia altissimi nō cōmouebitur]. Dicit causam quare tm̄ munus accepe rit: qz rex iste qui in passione sua tribus linguis legebatur a scriptur: sm̄ hoīem sperauit in dño: vt agnoscam⁹ nūll supplicter postulādo: ad eius nō posse nos misericordiā peruenire. Sequit etiā eternitatis huius causa probabilis: qz nescit⁹ patris misericordia submoueri: qui sperare in eius gloria perseuerat: sicut Salomon dicit Quis speraūit in dño: et confusus est? Et in alto Eccl.2. psalmo dicit Protector est oim̄ sperantiū in se. Posito Psal.17. igit in primo psalmo categorico syllogismo: & i septimo hypothetico: restat nūc vt enthymema demōstrare debeamus. Enthymema qd̄ latine interpretat mentis cōceptio: syllogismus est: cōstans ex vna ppositione & cōclusione: quē dialectici dicunt rhetoricū syllogismū: qz eo frequēter vtuntur oratores pro cōpendio suo. Iste taliter explicat Dis sperās in dño: exultabit Syl. et letabit in misericordia ei⁹. Ego igit exultabo & letabor in misericordia ei⁹. Ista est tertia species syllogismor⁹: per quos dialectici subtilissimis disputationib⁹ que ꝓbare nituntk ostendūt. Hec moueat quod in istis partibus nō sunt eadē verba: que dialectici ad instruēdos rudes longo post tpe formauerūt. In predicationibus enī sacris: argumentū quidē ipm̄ ponit: sed sub libertate verborū. Modo reliqua videam⁹. [Inueniat manus tua oībus inimicis tuis: dextera tua inueniat oēs qui te oderūt]. Venit ad tertiam diuisionē: in qua optat dñm xp̄m facere: qd̄ eum nouerat esse gesturum. Dicit enī Inueniatur manus tua. i. operatio tua reperiatur. Afflictos cōuertas inimicos qui a tuis regulis mūdi delectatione dissentiunt. De quibus ait apostolus Q̄m̄ si cū adhuc inimici essem⁹ recōciliati sumus Roma.5. deo per mortē filij eius: multo magis recōciliati saluerimus. Sed isti tādiu dicuntur inimici: donec diaboli suasionibus inducunk. Ceterum qñ ad xp̄m dñm redeunt: & serui & filij vocantur & amici. Sequit Dextera tua inueniat oēs qui te oderunt. Hinc illud iudicij tē pus aduertitur: qñ dextera patris. i. dño saluatori iudicaturus est mūdum: & qui eum oderunt pene perpetut tate dānandi sunt. [Pones eos vt clibanum ignis: in Dēf. tēpore vultus tui]. Clibanus est coquendis panibus enei vasculi deducta rotunditas: que sub vārib⁹ flāmis ardet intrinsecus. In qua similitudine merito peccatores ponuntur: qui in futuro iudicio: & meroie animi & penali excruciatione torquendi sunt: quia contra regulas dñi obstinata mente vixerūt. Tempus vo vultus domini dies iudicij: quando filius hominis videbitur ab omnibus: sed soli eum iusti etiam diuinitatis sue contēplatione respicient. Memēto autem q̄ superius in laude dñi christi Caracterismon schema po- SCHE. fuerit: per qd̄ honorem eius & gloriā diuersa qualitate gratiarū describit. Nunc per eādem figurā inimicos ipsius dicit variis supplicijs affligēdos: vt quātū ille mirabilis: tātum isti redderentur horribiles. [Dñs in ira sua conturbabit eos: & deuorabit eos ignis]. Iudicij pulcherrima narratione describitur. Illos enī peccatores: qui se pro actuum suorum malignitate discrutiant: ira dñi dicit esse turbandos: quādo audient Ite in ignē eternū. Et istā sententiā cōsequent: vt ppe- Matth.25. tua flāma deuorentur. Nam iussionem dñi nulla mora subsequit: sed mox vt discernit impietū est. Iste tamē ignis sic absumit vt seruet: sic seruat vt cruciet: habiturq; miseris vita mortalis & pena seruatrix. [Fructū eorum de terra perdes: & semen eorū a filijs hominū]. Fructus eorū fuerat in terra viuentium: si filio dei credidissent. Sed quia mandatis eius contumaci spiritu restiterunt: merito fructū illum beatitudinis perdiderunt. Semen eorum. i. vota vel facta peccantiū. Bene autem dicūtur semina: vnde nascitur vnicuiq; retributio digna gestorum. A filijs hoīm: efficies alienos: id est a sanctis: quos in hereditatem eternam tue misericordie largitate missurus eo. [Quoniā declinauerunt

in te mala: cogitauerūt consilia: que non potuerūt stabilire. Declinare dicimus mala supra alios pendētia in alio loco iniquitatis causas ledere. Vō in passione dñi constat effectum. Nam cum putarent iudei imperium Romanū sibi fore perniciosum/ si regem saluatorem dñm suscepissent: in ipsum ausi sunt mala declinare: que sibi credebant Romanis vlciscēdus euenire.

Joan.11. Cogitauerunt enī consiliū dicendo: Expedit vnū pro oībus mori: quod non potuerunt stabilire. i. ad votum suum perducere. Nam nesciēres vera dixerunt: oportuit vnū pro oībus mori. Verum quidem dictum: sed malo voto prolatū est: t ideo de tali facto subituri sunt penam: qr non habuērūt sinceram conscientiā. Quod

SCHE. schema dicitur Amphibologia. i. dictio ambigua: dubiam faciens pendere sentētiam. Consilium est enim

DEF. aliquid/ aut faciēdi/ aut non faciendi ratio deliberata.

Adorsum [Quoniam pones eos † deorsum: in reliquijs tuis preparabis vultum eoꝝ]. Positi sunt deorsum iudei: quādo vicio suo terrena sapientes non meruerunt celestia contueri: sed vultus eorum. i. mala intētio ipsorum: ad reliquias domini: hoc est ad passionem aptata est: vt cum illi se inferre crederent dispendium mortis: salus fieret absolute generalis. [Exaltare domine in virtute tua: cantabimus t psallemus virtutes tuas]. Exaltare dicitur. i. resurrectione magnificare. Tunc enim ab humilitate suscepta exaltatus cognoscitur: quādo in gloria sua resurrexisse probatus est. In virtute tua:

Joan.10. id est in deitate verbi: per quā dixisti Potestatem habeo ponendi animam meam: t potestatem habeo iterum sumendi eam. Cantare ꝓ est verba domini ore

DEF. proferre. Psallere autem mandata diuina bonis operationibus constanter implere. Hec enim duo sunt: que a nobis omnimodis expetuntur: vt laudes domini fideliter ore cantemus: t opere nostro ipsius mandata faciamus. Conclusio.

Ostensa nobis est imago celestis regis: mira bili descriptione veritatis: vt quē iudei non meruerunt presentē cognoscere auditu auris:

DOC. mundus eum crederet aduenisse. Meminerimus autē quod ꝓ iste tertius est ex his quos de duabus naturis euidentius locutos esse collegimus. Hanc tamen regulam noueris in omnibus custodirā: vt in eis psalmis: t due nature t vna persona esse declaretur: quatenus salutari breuissimoꝝ compendio: et illi destruantur qui duos filios esse mentiuntur: t illi qui vnam naturam in christo dño callida peruersitate cōfingunt.

Dicite qui vos putatis sapientissimos viros: quid est

1. Corin. 15. illud qđ ad Corinthios scribēs: ait Apostolus Tunc et ipse filius subiectus erit ei: qui sibi subiecit omnia: vt sit deus omnia in omnibus? Nam si ex deitate t humanitate vna natura facta esset vt creditis: qualis rogo substantia in eternū patri potest esse subiecta? Restat vt nos arrianos error absorbeat. Necesse est enim confiteri vos: qr verbum patri potest esse subiectum. Quāuis aliqui patres christi membris hoc aptādum esse putauerint. Quocirca patū tibi forsasse visum est: quod Eutices errore tenebaris obnoxius: nisi te et arriana calamitas iuncto fasce deprimeret? Auctores suos errores singuli damnauerūt: de te autem quid fa ciant: quem duplex culpa condemnat? Vox vt ad cōfictum veneris: statim Nestorianum vocas orthodoxum. Habemus contra te iudicia tua: hoc aliys ꝓ crimine dicis: quod tu tibi psuasisse cognoscaris. Extat hic denarij numeri duplicata societas: vt sicut hec pa ritas vnam summā designat: ita psalmus iste vtriusq; legis vnum dominum proclamet auctorem. Est enim in istis decadibus virtus eximia: et quotiens se geminant: totiens ingentium rerum sacramenta declarant.

Explicit expositio in psalmum. 20.

In finem ꝓ susceptione matutina psalmus Dauid. xxi.

Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti/ longe a salute mea verba delictorum meorū. Deus meus clamabo per diem t non exaudies: t nocte t non ad insipientiā michi. Tu autem in sancto habitas: laus israel. In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt t liberasti eos. Ad te clamauerūt t salui facti sunt: in te sperauerūt et non sunt confusi. Ego autē sum vermis t non homo: opprobrium hominum t abiectio plebis. Omnes videntes me deriserūt me: locuti sunt labijs et mouerunt caput. Sperauit in domino eripiat eum: saluum faciat eum/ quoniam vult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab vberibus matris mee/ in te proiectus sum ex vtero. De ventre matris mee deus meus es tu: ne discesseris a me. Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est qui adiuuet. Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiens t rugiens. Sicut aqua effusus sum: et dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meū tanq̄ cera liquescens: in medio ventris mei. Aruit tanq̄ testa virtus mea: et lingua mea adhesit faucibus meis/ t in pulueren mortis deduxisti me. Quoniam circundederunt me canes multi: concilium malignantiū obsedit me. Foderunt manus meas et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerunt t inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea/ et super vestem meam miserunt sortem. Tu autem domine ne elōgaueris auxilium tuū a me: ad defensionem meam conspice. Erue a framea deus animam meam: et de manu canis vnicam meam. Salua me ex ore leonis: et a cornibus vnicornium humilitatem meam. Narrabo nomē tuū fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Qui timetis dominum laudate eum: vniuersum semen iacob glorificate eum. Timeat eum omne semen israel: quoniam non sprezit neq̄ despexit deprecationem pauperis. Nec auerrit faciem suam a me: et cum clamarem ad eum exaudiuit me. Apud te laus mea in ecclesia

magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum. Edent pauperes t saturabūtur t laudabunt dñm qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculum seculi. Reminiscentur et conuertentur ad dominum: vniuersi fines terre. Et adorabunt in conspectu eius: vniuerse familie gentium. Quoniam domini est regnum: t ipse dominabitur gentium. Manducauerunt t adorauerunt omnes pingues terre: in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram. Et anima mea illi viuet: t semen meū seruiet ipsi. Annunciabitur domino generatio ventura: et annunciabunt celi iusticiā eius/ populo qui nascetur quem fecit dominus.

Joan.20. Phil.2. ETy. Sic in finem/ siue psalmus/ siue Dauid quid significet: frequēter expositum est. Restat vt ꝓ susceptione matutina: quod adhuc nouū esse cognoscitur explanare debeamus. Susceptio matutina est tempus resurrectionis: sicut dicitur in euāgelio Una sabbatorum valde diluculo: venit Maria ad monumentum t̄c. Susceptio enim fuit: quando dñs christus mortale corpus veteris hominis conditione deposita in magnam gloriam clarificatus assumpsit Cui omne genu flectitur: celestiū terrestrium t infernorum. Matutinum autē dictū est: quasi mane primitiuū: quod tēpus innumeris locis ad resurrectionem dñi cōstat aptatū. Sed cum in hoc psalmo multa de sua passione constet esse locuturū: videamus cur eius titulus solā resurrectionem cōmemoratione voluerit. Sepe enī significatur per id quod sequit: illud scilz qđ precessit: vt cum dicimus mane factum: intelligamus noctem quoq̄ precessisse. Similiter cum dicimus manumissum: intelligamus seruū fuisse: et his similia. Que figura dicitur Synecdoche: cū per id qđ

SCIE. sequit possumus intelligere qđ precedit. Unde dubiū non est cōmemorationem factā resurrectionis: indicare nichilominus t bearissimā passionē. Nunc aūt que sit virtus t claritas psalmi: absolute datur intelligi: qđ eum matutine lucis nomine prenotauit: qm passionē dñi christi quam narrat: saluti generis humani cōstat esse concessam.

Diuisio.

Per totū quidem psalmū loquit dñs xp̄s: sed primo capite derelictum se clamat a patre: vt dispensatā scilz susceperit passionem: posterioribus humilitatē suā: hoim abiectione cōmendans. Scdo loco passionem dñi sacram diuersis cōparationibus ꝓpetrauit: deprecans vt a sententibus inimicis suis: diuina protectione liberetur. Tertio cōmonet dñm laudare christianos: qr in resurrectione sua catholicā reperit ecclesiā: vt audito tanto miraculo in saluberrima fidei constantia permanerent: ne passionē tm̄ prophetata: imbecilla se hoim corda turbarēt. Que psalmū Paulo sollicitius audiamus. Est enī ingētiū rerum admiratione plenissimus: vt quid in hac vita contenendum: et quid in alia esset sperādū: capitis ipsius cōmonitionibus nosceremus. Nam cum multi psalmorum breuiter de domini passione meminerint: nemo tamen eam tanta proprietate descripsit: vt non tam prophetia q̄ historia esse videatur.

Expositio.

Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorum meorum]. Dño christus ora preuidēs atq̄ dispensans: cui futura cuncta presentia sunt: quasi iam vicina passione permotus exclamat Deus deus meus. Hec tā verba accipiē da sunt ab humanitatis ipsius natura. Naturam autē DEF. dico esse virturem vigoremq̄ substantie. Nam t repetitio ipsa affectū necessarie oratorionis ostendit: vt illū geminato nomine charissimus filius inuocaret: que sibi non mundanā salutem: sed claritatem eterne maiestatis nouerat vtiq̄ prestaturū. Deus sermo grecus est: INTER. qui latine interpretat timor. Ꝓ qua re (vt arbitror) maiores nostri deum a timore appellandū esse voluerunt. Unde quidā ait gentilū poetarū Primo in orbe deos fecit timor. Nam cū dicit Respice in me: celerrimum sibi resurrectionis prouentre deprecat auxilū. Sequit Quare me dereliquisti? Istud quare: nōn ulla afferre cognoscit questionem: vt ille sapiētie magister substantialis et enarrator patris: ita sit vicina carnis sue morte turbatus: vt quasi nescius interroget patrē: quare ab eo fuerit derelict⁹. Sed hec t his similia ad humanitatem respicūt exprimēdam. Ceterum nec in ipsa passione absens illi credenda est fuisse diuinitas: cum dicat Apostolus Si cognouissent: nūq̄ dñm glo 1. Corin. 2. rie crucifixissent. Sed passus est impassibilis per passibilem quā suscepit humanitatem: t immortalis mortuus est: t qui nunq̄ mouit resurrexit. De quo loco pater Cyrillus: ita pulchre locutus est. Gratia ꝓ dei ꝓ olbus gustauit mortem: tradens ei proprium corpus: Cuius naturaliter ipse vita sit t resurrectio mortuorū. Similiter et beatus Ambrosius. Idem patiebatur et non patiebatur: mouebatur t non mouebatur/ sepeliebatur t non sepeliebatur/ resurrexit et non resurrexit. Sic t hominem dicimus hodieq̄ pati/ mori/ sepeliri/ cum tñ aia eius nullo fine claudatur. Quapropter derelictū se sub interrogatione testat: qr reuera manibus impioꝝ tradi non poterat: nisi manifestatio eius potētia talia fieri permisisset: sicut in euangelio dictū est Non Joan.19. haberes in me potestatē: nisi tibi data fuisset desuper. Clamat etiā que patitur humana suscepto: blasphemas voces t impias murmurationes abiciens. Dicit eni longe a se fieri verba que delicta parturiūt. Salus eni erat sancte anime: sermones delinquentiū non habere: sed virtute patiētie libēs sustineret: quod diuina dispensatione pateretur: sicut ipse in euangelio dicit Pater si fieri pōt: transeat a me calix iste. Et subiungit Matth.26. Verūtamen nō sicut ego volo: sed sicut tu. Dicit etiā a mēbris suis: verba delictoꝝ meoꝝ. Ille ergo qui peccata nō habuit nostra delicta sua dicit esse peccata: sicut t in alio psalmo ipse dicturus est Deus tu scis insipientiā meā: t delicta mea a te nō sunt abscōdita. Au- Psal.68. diamus ergo vocē mēbroꝝ ex ore capitis: t intelligamus ex nostra ꝑsona merito fuisse locutū: qui se hostiā obtulit ꝓ salute cunctorū. Unde apls dicit Eum qui 2. Corin.5. non nouerat peccatū: ꝓ nobis peccatū fecit. Nā t in ipsa lege peccata appellabant: que ꝓ ꝑtis offerebātur. [Deus meus clamabo p diē: nec exaudies: t nocte et nō ad insipientiā michi]. Per diē clamabat humanitas verbi: quā nō circūdabant tenebre pctoꝝ: nec tñ constat auditam: cui nulla prepedire videbat offensio. Audiat hoc querulū genus humanum qđ petitiones suas desiderat sine dilatione cōpleri. Petit sicut dictū est hūanitas verbi: que merebat audiri. Quā tñ ideo non cōstat auditā: vt et⁹ sacro sanguine ꝓfusa mūdi

Universidad de Navarra Biblioteca

crimina iuuarentur. Hoc etiã z'alijs docetur exẽplis. 2.Corin.12. paulus petit:vt ab eo carnis stimulus tolleretur: nec Job.2. ẽ auditur a dño. Diabolus precatur: vt Job sanctum virum seuissima calamitate percelleret: et constat ei mox fuisse concessum. Sed apostolo votũ suũ implere negabatur ad gloriã: diabolo ẽo dabat ad penã. Sic non audire frequenter expeditũ nis nos desiderata dilata contristent. Addidit quoq; clamasse se nocte. i. in tribulatione: cum etiam peccatores soleãt frequenter audiri. Subiunxit Et non ad insipientiam michi: subaudiẽdum reputabis. Duo sunt enĩ genera petitionũ. Quando petimus honores/diuitias/inimicorum vindictam: z cetera huiuscemodi insipienter petimus: q; mundana desideramus. Quando autem postulamus: DOB. vt a periculis liberemur: vt vita nobis cõcedatur eterna: non stulte petimus: sed conuenienter oramus. Petebat ergo mediator dei z hominũ christus: non insipienter: sed prudẽter: z tñ non cõstat auditum: q; mundi redẽptio sic erat dño dispensante ventura. [Tu autem in sancto habitas: laus israel]. Postq̃ se dixerat auditũ non fuisse me quis putaret deum patrẽ propriũ filiũ non amare: q; eum dissimulauit audire: de quo ipse testatus est ibi dicẽs est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui: adiecit magne dilectionis indiciũ: dicendo Tu aũt in sancto habitas: laus israel. Jn sctõ habitas: incarnationem suã declarauit: sicut et in alio Matth.3. Psal.26. loco dicit Custodi animam meã: quoniã sanctus sum. Laus israel. Per modũ definitiuũ dicitur quid sit pater. i. Laus israel. Deum quippe videntiũ ipse reuera DEF. laus est: qui sanctis omnia gloriosa cõcedit. Et est tertia diffinitionis species: que grece proles: latine qualitativa dicitur. Hec dicendo quid quale sit: hoc vnde agitur quid sit euidenter ostendit. [Jn te sperauerunt patres nostri: sperauerunt et liberasti eos]. Ne duriciam quisq̃ putaret patris (sicut dictum est) quod se filius nõ profiteat auditũ tangũtur et ipso breuiter illa que gesta sunt. Eripuit enĩ populũ israel de terra egypti: eruit tres pueros de camino: liberauit Danielẽ de lacu Leonũ: z alia seu que fiũt: seu que legunt innumera. Sed cum hec tãta supplicantibus sue prestiterit: Roma.8. sine prestet: tñ filio proprio nõ pepercit: sed pro nobis oibus tradidit illum: vt implerentur videlz scripture z salus mundi ipsius passione prouenireret. Patres autẽ suos: quod christus dominus dicit: ex illa parte debet intelligi qua z fratres suos apostolos vocauit: sicut in Joan.20. euangelio post resurrectionem suã dixit Vade ad fratres meos z dices ad eos Ascendo ad patrem meum et patrẽ vestrũ. [Ad te clamauerunt z salui facti sunt: in te sperauerunt z non sunt cõfusi]. Certissima est sententia que demonstrat effectum. Necesse est enĩ vt ad vtilitatem suã audiat qui clamat ad dñm. Quanti enĩ martyres ab infidelibus non credebantur audiri: dum eos corporalis pena consumeret? Sed illi potentius auditi sunt: qui coronã martyrij percipere meruerunt. Dño ergo iussos suos semper exaudit: sed quemadmodum illis expedire cognoscit. Hec vacat quod speSCIPE. rauerunt frequenter iterauit. Figura est enĩ: que grece dicitur Epybasis: latine iteratio: quotiens per singula comata ad decorẽ marimum verba geminantur. Non sunt cõfusi: vtiq; quos veturos cõstat ad premiũ. Nõ enĩ cõfundit: qui bonũ desiderium suũ adipisci posse mõstratur. [Ego aũt sum vermis z non homo: opprobrium hominum/z abiectio plebis]. Hoc per figurã dicitur SCIPE. Tapinosin: que latine humiliatio nũcupatur: quotiẽs magnitudo mirabilis rebus humillimis comparatur: sicut apostolus ait Jnfirma mũdi hujus elegit: vt confundat fortia. Vermis: mimia quidem videt abiectione tenibilis: sed magna cõtinet sacramenta mysterij. Nã sicĩ abstq; concubitu/repit humilis/mouet sine sonitu. Que si cõsideres: non imerito dñm xpm vermẽ appellatum esse cognosces. Vermis ergo q; mortalis: q; de carne sine permixtione humani seminis natus est: q; vie ipsius silentiose z humiles extiterũt. Comparat se eni creator humillimis creaturis suis: me quidẽ estimantes abiectũ: quod ipso nosck auctore formatum: sicut scriptum est Fecit deus omnia valde bona. Sic z ipse Dauid doctorẽ secutus: minutissimo se pulici coequat. Ipsa enim virtus est religionis: vt quanto se plus vnusquisq; exemplo creatoris humiliat: tãto amplius exaltetur ad gloriã. Non homo. i. nõ peccator: quod in illo esse nõ potuit. Homo ergo dicik quantũ pertinet ad humanam naturã. Jdẽ nõ hõ appellatur: q; qs est propriũ hois peccata non habuit. Nam z diabolus in euangelio dictus est hõ: vt est illud Jnimicus homo Matth.13. supersemnauit zizania. Unde hoc nomen esse constat omonymon. Opprobrium autẽ hominũ fuit: quando DOB. eum sputis innumeris cõpluebant z alapis sacrilegis verberabant. Abiectio plebis fuit: quãdo põtius Pilatus dedit turbis potestatẽ quem vellent sibi dimitti. Illi Barrabam eligẽtes: christum dñm potius abiecerunt. [Omnes † qui videbãt me: † aspernabant me locuti sunt labijs z mouerũt caput]. Omnes de malis tñ suscipiendũ est. Nam si misceas fideles: nõ potest stare sententia. Que figura grece dicit Synecdoche: latine a toto partẽ Aspernabant ergo iudei dñm saluatorem: qñ dicebant Alios saluos fecit: seipsum nõ potest saluũ facere zc. Proprie aũt posuit labijs eos fuisse locutos. Tales enĩ ore non corde fabulant: quibus non puenit firma deliberatione sententia. Quid tñ isti labijs loquebant? Si filius dei est: descẽdat de cruce. Jstud enĩ animo discrepante videbant tñ labia personare. Nam vt per iracundiam: non per rationẽ proBefi.1. bares dictũ: adiecit mouerunt caput: quod minantes 1.Reg.26. facitũ: non iudicantes. [Sperauit in dño eripiat eum saluũ faciat eum/qm̃ vult eũ]. Hoc per figuram dictũ est a iudeis: que grece dicit Fronia: latine irrisio: aliud Matth.27. p̃ conak ostẽdens. Verba siquidẽ ista specialiter euangelij sunt. Dicebant enĩ iudei quãdo pendebat in cruce Sperauit in dño: liberet nũc si vult eum. O celestis integritas: nonne videmur hic euangelium recensere p̃ psalmum: quando tanta veritate completa sunt: vt non futura: sed transacta esse videantur? Merito: ne quid aut excusabile perfidis: aut fidelibus relinquere tur ambiguum. [Quoniam tu es qui † abstraxisti me Alt.extraxisti. de ventre: spes mea ab uberibus matris mee]. De vẽtre vtiq; virginali: qui iam tunc ab originalis peccati vicio sequestratus tanq̃ sponsus pcessit de thalamo. Jnde se dicit abstractũ: vnde humanitas tendebatur obnoxia. Siue illud accipiẽdum est: quoniã de vtero matris iure se a domino dicebat abstractum: vt ostenderet natiuitatem illam dominica virtute perfectam: ne incredibilis videret virginis partus: dum esset domini operatiõe completus. Et vt declaret perfectam humanitatem quam assumere atq; monstrare dignatus est: ab initio vite sue spem suã dicit in domino posuisse. Jterum hic quoq; incomprehẽsibilis sanctitas et singularis ostenditur magnitudo. Nam cui alij datum est diuinitatẽ agnoscere: quem adhuc potuerant vbera materna lactare? Jncipiens ergo etas dicebat ad qs alioqñ vix poterat peruenire maturitas. [Jn te

Alt.plect⁹. † lactatus sum ex vtero. De ventre matris mee: deus meus es tu.]. Ut hõ iste locutus est. Nã cũ se dicit lacratũ in dño: ostẽdit ab humana iniquitate fuisse discretũ. Quod aũt sequit Ex vtero matris: ad errorẽ pertinet synagoge: vnde eũ perfidia iudeoꝝ constat expulsum. Ceterũ sine deo nõ fuit nec ipsa cõceptio. Nã sicut hõ in iniquitatibus cõcipit: sic in ipsa incarnationis origine dñi xpi diuina substãtia humanitate iuncta atq; adunata declarat. Sicut z ab angelo marie semp Luce.1. virgini pphetatũ est Spũs sanctus supueniet in te: z virtus altissimi obũbrabit tibi: ppterea q̃ nascẽt ex te sanctũ vocabit filius dei. [Ne discesseris a me. Qm̃ tribulatio prima est: z nõ est qui adiuuet]. Metu mortis z ista plata sunt: q; dicturus erat Pater si fieri potest: trãseat a me calix iste. Tribulationẽ ẽo dicit mortis cogitationẽ: que longe post seculis immebat. Quã ideo denũciat primam: vt assumptio vere carnis tristiciã ostẽderet passionis. Siue q; illi initiũ nõ est omne quod venturum: sicut ppheta dicit Qm̃ mille annt Psal.89. ante oculos tuos sicut dies hesterna q̃ preterijt. Siue tribulationẽ dicit proximã: q; erat in sua carne passurus. Nam quicũq; dãna facultatũ/orbitates filioꝝ/ amissiones bonoꝝ/vel alia huiuscemodi sustinet: longinqua sibi mala cognoscik sustinere. Cum ẽo in carne sua quis patik: tunc illi prima tribulatio copulak. Qd aũt dicit Et non est qui adiuuet: puritas perẽtis z virtus diuinitatis ostendik: q; si deus nõ adiuuet: nullus est qui eripiat periclitantẽ. Consideremus ergo si debemus aliqñ ab ipso diuidi: qui nullius nisi ipsius tm̃ possumus miseratione saluari. [Circũdederũt me vituli multi: tauri pingues obsederũt me]. Oratione decursa: quã in passionibus suis semp premittit (sicut eũ fecisse tpe traditionis euangelistarũ dicta testãtur) ne se fidelitũ vota precipitare forsitan incõsulte presumerent: venit ad secundã partem: vbi per allegoricas cõparationes crucifixionis sue reuelat arcanũ. Et nota q; futura pro preteritis ponit: vt durissima corda iuSCIPE. deorum quasi peracta veritate cõtueret. Que figura dicik Prolepsis: latine preoccupatio: qñ refertur aliquid per tps preteritũ: qd adhuc credik esse venturũ. Totum factũ est ne periret incredulus: sed ipe sibi extitit reus qui se totiẽs cõtẽpsit admonitus. Uituli multi populi sunt: videlz iudeoꝝ qui ignorato dei iugo inconsiderata pcacitate lasciuiũt: simul petulantes z fatui: qui gressus suos nulla moderatiõe distinguũt: sed vagi z penduli ad iniqua cõsilia quibuscũq; salubribus eferũtur. Tauros pingues principes iudeoꝝ designat: qui inuicẽ tauri malicia superbiaq; suam erectis cervicibus inflauerũt: z innocẽtis sanguinem truculẽtis cornibus effuderũt. Apte ẽo addidit pingues. Tunc eni ipsum aial nimis reddit inquietum: qñ pinguedine multa refertũ est: z de mãsueto feroꝝ efficit: cũ presumptione luxuriãtis corporis aiatur. Quod si adhuc altius auctoritatis verba pensemus: circũdederunt: põt trahi ad eos qui illũ cum gladijs z fustib⁹ ambierunt. Obsederunt aũt ad illos qui sepulchrũ eius custodiEty. runt: ne a discipulis occulte raperet. Obsidio enĩ dicta est quasi hostium infestio. i. hostilis circũdatio. [Aperuerunt † in me os suum: sicut leo rapiens z rugiẽs]. Alt.Super SCIPE. Metaphora introducta est a consuetudine ferarũque aude os aperiũt qñ aliquid deglutire contẽdunt. Jn me aũt dixit cõtra me: cũ detestabili adunatione dicebant Crucifige crucifige. Os suũ. Reuera suũ qd non Luce.23. illis sapiẽtia aperuit: sed cogitatio scelerata reseruauit. DOB. Audiant vtrũq; pelagiani qñ iudei nequiciam locuti sunt: ipsi os suum aperuerunt. Jn bono autem legitur Dñe labia mea aperies: z os meũ annũciabit laudem Psal.50. tuam. Qd aũt dixit: sicut leo rapiẽs z rugiẽs. Rapies pertinet ad insanissimã seditionẽ: qñ eum rapiũ traxerunt ad tribunal presidis audiendũ. Rugiens ad blasphemas voces quibus clamauerũt Crucifige crucifige. Quod vtrũq; feris merito cõparatũ est: qñ insant populi consiliũ rationabile perdiderũt. [Sicut aqua effusus sum: z dispersa sunt oia ossa mea]. Cõparatio ista non minimum cõtinet sacramentũ. Dispersa sunt ossa eius. i. firmi ac fideles apostoli: qñ dixit eis Ecce Matth.10. ego mitto vos velut agnos in medio lupoꝝ: tunc illi sicut aqua effusi sunt. Aqua enĩ qñ funditur z rigat et abluit: sic illi ob dẽ terrarũ diuino imbre satiãtes: peccatoꝝ sordibus abluerunt. [Factum est cor meum tanq̃ cera liquescẽs in medio ventris mei]. Cor suũ volũtatem suã dicit: que in scripturis diuinis clausa tegebat: sed impleta passione eis veritas de aductu eius promissa reuelata est. Bene aũt legis mysteria cõparata sunt cere: que tunc splẽdorem redditi qñ in vsum luminis caloze liquefacta dissoluitur. Uentre ẽo suum: dicit ecclesiam catholicã: vbi recta verba predicantium veniente temporis plenitudine patuerunt. Jnde est z illud: q; velũ templi in passione dñi cõstat scissum. Reuelata sunt enim tali facto illa que tegebantur occulta. [† Exaruit velut testa virtus mea: z lingua mea ad- Alt.Aruit hesit faucibus meis: z in puluerẽ mortis † deduxerũt tanq̃. me]. Virtutem xpi teste nõ potemus incongrue cõpa Alt. deduxi ratam: q; sicut illa fornace duruit: z fortior redditur sit. igne decocta: sic passione dñi virtus eius solidata est: que prius quasi lutea videbat incredulis. Lingua ẽo suã significat predicatores apostolos: qui adheserunt faucibus xpi dñi eius mãdata custodierũt. Ille enĩ in faucibus dñicis manet: qui se diuino adiutorio in ipsa predicatiõe custodit. Sed quomodo se dicit in puluerem deductũ: cuius caro non potuit corruptionẽ? Sed hoc ad votũ intelligendũ est immanitũ iudeoꝝ: qui se putabant xpo morte dedisse cõmunẽ iã qua crederet vsq; in puluerẽ fuisse deductus. Siue magis a mẽbris suis. i. ab ecclesia dicat se vsq; ad puluerẽ fuisse perductum. Soris ista humane cõditioni videbãt esse cõmunis. [Qm̃ circũdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me]. Hoc mirabili ppietate passionis sue sacramẽta describit. Canũ igitur natura talis est: vt nouis hospibus nullatenus acquiescat: sed importunis atq; assiduis latratibus arceat: quos noticia domestice conuersationis ignorat. Pio ergo fidei iustissime cõparant: qui nouã doctrinã dñi minime recipientes: cõtra eum ferocissimis vocibus oblatrabant. Doctrina ẽo nona est: sicut euangelista dicit. Manda- Joan.13. tum nouũ do vobis: vt vos inuicẽ diligatis. Qd etiam Jsa.65. Jsaias ppheta testat. Uetera trãsierũt ecce facta sunt noua oia. Patenter aũt describit actus ille iudaicus. Fuit enĩ concilium malignantium: quando cogitabant Jesum dñm dolo tenere mortiq; tradere. Malignan- Ety. tium quippe dicit: maligna cogitantiũ. Et merito se latetur obsessum: qi in ipso erat ciuitas hierusalẽ: quam hostes fidei christiane in eodem obsidere videbãtur. [Foderunt manus meas z pedes meos]. Sed anteq̃ ad passionis ipsius veniamus exordiũ: perscrutãdum est / cur talem elegerit sibi mortem qui dicit: Potestatem habeo ponendi animam meam: z potestatem habeo iterum sumendi eam? Primum q; crucis ipsa positio talis est: vt pars eius superior celum experat: inferior terras non deserat: fixa infernoꝝ ima contingat: z Joan.10. DOB.

velut quibusdã brachijs extensis latitudo eius totius partes appetat mũdi: iacẽs ꝯo quattuor cardines orbis designat. Sic in paruo posita: cũcta videt esse cõplera. De cruce dñi dico: que de penali malo pctõm facta est beata redẽptio. Postea tribuẽs salutis bonũ: que prudẽ dabat intertũ: patibulũ salutare mors indicãs vitã/humilitas diuinã proclamans summitatẽ: vt christũ in celo/xp̃m in terra/xp̃m per totũ orbem/xp̃m quoq; ad inferna per figuram crucis esse cognoscas. Quod si aut ferro trucidatus / aut ignib⁹ fuisser absumptus/aut lapidibus oppressus/aut fluctib⁹ demersus/ aut alia qualibet morte preuẽtus/ quo signo rogo diabolus pelleretur? Quo vexillo frons christianoꝝ tuta mansisset? Qua figura corporis z aie firmarek infirmitas? Nulla mors tante maiestati melius conuenire potuit: nisi que nobis perfecte salutis indicia dereliquit. Preuisum est etiã ad credulitatẽ nostrã: vt altius cõfigerek/viderek a multis/crederek a plurimis. Et ne deũ quispiã dubitaret: in cuius passione tot z tãta miracula cõuenissent: p vniuersum mundũ tenebre facte sunt: terra tremuit: petre scisse sunt: vt orbis passum euidenter suũ testaretur auctorẽ. Sic istã crucifixionẽ: totum mirabile habere debuit: que templiũ pij redẽptionis excepit. Qua propter merito a christo electa est crux: in qua z singulariter occũberet: et cõmuni sorte moreretur. Et cũius passionis dñice ad litterã simplex hic videak esse narratio: nã aliquid nobis z sobaliter sentiendũ actus iste significat. Manus xpi iudei violauerũt: qñ eius miracula nullatenus credere maluerũt. Manus enĩ significãt operationes: quas in diuersoꝝ languoribus medicus celestis exercuit: vt eoꝝ obstinata duricia signoꝝ virtutibus molliret. Pedes quoq; foderunt: dum eius aplos per quos fides christiana in gentibus ambulauit lacerandos esse putauerunt. Sic future cause in ista dñi crucifixione predicte sunt. Foderunt autem non transitorie debemus accipere: quia terra tunc varios fetus germinat qñ holm studio cognoscitur exarata. Quod cõtigit in corpore dñi salua-
DOG. toris. Illud enĩ clauis affixum: lancea perforatum fructum nobis intulit sine fine mã surũ. Qua propter iam non pertimescim⁹ dicere/ deũ carne passum/deũ mortuum pro salute cunctoꝝ. Unde pater Augustinus mirabiliter z solito more declamauit: dicens. Res vetusta erat: vt homo moreret. Quod ne semper valeret in hoie: res noua facta est vt deus moreret: sicut z Aplus
1.Corin.1. ait. Nos aũt predicamus christũ: z hunc crucifixũ. Et ne filiũ virginis (vt quidã demẽtiũ putãt) aliũ fortasse sentires: adiecit. Christum vtiqꝫ dei virtutem: z dei sapientiã: q; quod stultũ est dei: sapientius est hoibus: et quod infirmum est dei: fortius est hoibus. Quid enim tam stultũ/tam infirmũ videtur incredulis/ꝯ cum audiunt deũ dei filiũ crucifixum pariter z sepultũ? Sed placuit deo per stulticiã predicationis salvos facere credẽtes. Incarnatio siquidẽ dñi miseri cordie ipsius est mirabilis altitudo/inestimabile donũ/incõprehensibile mysterium: vnde aut rectis mẽtibus puenit salus/ aut peruersis sensibus generak interitus. [Dinumera-
Alt. inspexerunt. uerunt oĩa ossa mea. Ipsi ꝯo cõsiderauerunt z † conspexerunt me]. Forma crucis mira ꝓpietate depicta est: vt omne corpus in ea sic dicak extensum: quatenus eius ossa humanis oculis numerabilia viderentur: vt quod caro superducta celauerat: inimia tensione corporis appareret. Sed videamus vtrum pena dicenda sit an tribunal dãnationis an disceptatio: vbi quasi in regali solio constitutus: increpãtem reliquit reum: confitentem reddidit protinus absolutũ. Quo facto ille humani generis miserator eximius: quid sanctis suis prestaturus esset: in latronis subita confessione monstrauit. Dinumerata sunt etiam ossa eius. i. Apostoli: siue reliqui christiani: qñ persecutione facta truculentiũ iudeorumine in malorem numerũ conualescerent querebantur extingui. Sequitur etiam incredulitatis eorum detestabilis obstinatio: vt non aliquid transitorie aut casualiter fecisse videantur: sed dicit eos considerasse et conspexisse: z eorum lapideum/ tot miraculis non fuisse mollitũ. Petre scisse sunt: terra tremuit: sol amis- Matth.27.
ctu se tenebrosoꝫ ne tantum scelus videret abscondit: z prohdolor iniquitas in ipsorum oculis defixa in sacrilegio suo mansit immobilis. [Diuiserunt sibi vestimẽta mea: z super vestẽ meam miserũt sortem]. Quãuis tota passio dñi magna sacramẽta contineat: tñ hic nescio qd maius parturik arcanum: qp alis vestimẽta sua dicit esse diuidẽda: aliã vestem ad sorẽ nichilominus perducẽdam. Vestimenta illa que diuisa sunt: scripturas significãt prophetarũ vel reliquarũ celestiũ lectionũ: quas heretici prava interpretatione diuidẽtes. Pilati militibus scelerata se diuisione coniũgunt. Tunica ꝯo illa que venit ad sortẽ: que eius sanctitatẽ corporis ambiebat: quã dicit euangelista desuper fuisse contextam per totũ: catholica ꝓbatur eccla: que nullatenus humano discerpẽda dat arbitrio: sed integra atq; inuiolabilis quasi ex sorte vnicuiq; diuina semper largitate prestat. Ipsa est cõtexta desuper: quã nemo diuidit: nemo dirũpit: sed ꝑpetua stabilitate firmissima: in vnitatis sue robore perseuerat. De qua ipsa veritas
Matth.16. dicit Tu es Petrus z super hanc petrã edificabo ecclesiam meam: z porte inferi non preualebũt aduersus eã. Quod factũ z euangelista testat: dicẽs. Postq; cru- Matth.27
cifixerunt eũ: diuiserunt vestimẽta eius sorẽ mittentes. Uerũ ista sors in scripturis diuinis tam septius cõmemorak: vt magnũ nescio quid diuini iudicij gestare videatur arcanũ. Scriptum est enĩ in leuitico: vnã sortem dño dari z vnam apopẽpeo. i. transmissoi. Item
DOG. Moyses quibusdã tribubus trans iordanẽ terrã sortẽ diuisit. Iesus quoq; filius naue: terram repromissionis filijs israel sorte missa distribuit. Sors quoq; Jo- Jone.1.
nam perdidit latentẽ. Et in Salomone legit. Contradictiones cohibet sors: z inter potẽtes dirimit. In nouo quoq; testamento. i. in actibus apostolorũ: sors Ma- Act.1.
thiam designauit apostolũ. Paulus etiam ipse apostolus scribens ad Ephesios: sorte se dicit vocatũ sm ꝓ- Ephe.1.
positũ eius: qui oĩa operak sm consiliũ voluntatis sue. Necnon ad collocenses scribẽs dicit. Gratias inquit Col.1.
agẽtes deo patri: qui idoneos nos fecit in parte sortis sanctoꝝ in lumine. Sed cũ multa legank tam in veteri qꝫ in nouo testamento sortibus fuisse diuisa: nemo ausus est negare per eam diuinitus esse monstratũ: quod mens deuota petitione supplici postulauit. [Tu autẽ dñe ne † lõge facias auxiliũ tuũ a me: ad defensionem Alt. Elõga-
meã † aspice. Hic iam resurrectionẽ celerrimã depre- uerit.
cak: vt perfidoꝝ mala crudelitas superuenieñ rali gloria destruak. Auxiliũ enĩ ipsam significat resurrectionẽ que vtiqꝫ lõge facta nõ est: qñ triduana puenit. Sequit. Ad defensionẽ meam aspice. Sed quẽ sit ista defensio: cõsequẽter exponit. [† Eripe a framea † aiam Alt. Erue.
meã: z de manu canis vnicam meam]. Liberari se postulauit a morte quã subiturus erat: collato scil; resurrectionis auxilio. Framea enĩ synonymũ est nomẽ: significans siue hastam/siue gladiũ/siue quelibet arma per que voluit futurum crucis extrium competenter

aduertit: q; per ipsam motis plerũqꝫ succedit. Sed primo dixit Eripe aiam meã: modo petit liberari ecclesiã que est illi vnica/id est catholica: vt intelligatur doctrinas nouas et cõcilabula perditoꝝ vnitatis vocabulo repulisse: hereticos hic canib⁹ comparãs: qui domestica quadã feritate atrociter mãsuet: cũ de penetralib⁹ nris exeũt ecclesiã dei mordere ac lacerare festinãt. Et vt scias canes talibus holibus aptissime cõparatos: de manu canis dixit: qõ vtiqꝫ homo nõ canis habz. Siue (vt quidã volunt) manu canis significat prãte mundi istius: que ecclesiam dei lacerare mordaci ac subdola semp iniqtate festinat. Canes autẽ non in malo tm: sed
Alt. salua. etiã in bono ponit/frequẽtia exempla testant. [† Libera me de ore leonis: z a cornibus † vnicornioꝝ humilitatem meã]. De ore leonis: de potestate diaboli dicit: qui bene cõparak feris: qñ humanis semp delectak ex
Alt. vnicornium. rijs. Sed ne forte aliquibus scrupulus inde nascatur: quare frequenter vna res z optimis ꝓtis aptatur et pessimis? Dicendũ est qꝫ ad similes partes debeat applicari. Unãquãq; rem diuersas certũ est habere qualitates: vt leo de quo nunc sermo est: habet fortitudinẽ
DOG. propter quã beluaꝝ rex appellak. Habet z truculentã feuitiam: ꝓpter qõ ferox dicit. Qua propter fortitudo
Apoc.5. eiꝰ z ptãs christo merito cõparak: vt est illud. Uicit leo de tribu iuda. Ferocia vero ipsius: diabolo cõpetenter
1.Pe.5. adiungit: sicut petrus aplꝰ dicit. Sobrij estote z vigilate: q; aduersarius vester diabolus sicut leo rugiẽs circuit/querẽs quẽ deuoret. Ita fit vt vnum animal consideratis eius qualitatibus: rebus a se discrepãtibus ra-
IDI tionabiliter cõparek. Qñ genus locutionis: scripture diuine fortitã propriũ non inerito dixerimus. Sic z reliquas cõparationes huiusmodi: presentis expositionis ratio cõprehendit. A cornibus/id est a superbis de summitatũ suarũ potestate ferientiũ. Sed inspice qõ addidit vnicornioꝝ/id est se singulariter erigentiũ qui nimia elatione surgẽtes/cõfortes ferre nõ possunt: dñi solt faciendũ putãt quodcũqꝫ libuerit. Talia enim animalia que vno cornu armantur: multo fortiora sunt ab his quibus duplicia tribuuntur: que greci monoceron appellãt. Ab illa enim vnicornioꝝ superbia non ferenda humilitatẽ suam: que destituta opprimi facile possit erpi postulauit. [Narrabo nomen tuum fratribus meis in medio ecclesie laudabo te]. Post sacram passionem dicit gloriam diuinitatis toto orbe vulgandã. Narra-
ETy. bo enim dicit/id est narrare facio. Fratres autẽ dicunt: qui diligunt z diligũtur. Nã qui pati venerat pro salute cunctoꝝ: quem eoꝝ non diceret fratrem? De quo loco
Hebre.2. patenter ait aplꝰ. Decebat enim eum ꝓpter quẽ omnia z per quẽ oĩa: qui multos filios in gloriam adduxerat/auctorẽ salutis eoꝝ per passionẽ cõsummari. Qui enim sanctificat z qui sanctificak/ab vno oẽs. Propter quã causam nõ cõfundit fratres eos vocare dicẽs: Nũciabo nomẽ tuũ fratribus meis. Sic ait et in euãgelio
Matth.28. post resurrectionem: Dicite fratribus meis. Et alibi.
Matth.12. Qui fecerit voluntatẽ ꝑris mei qui in celis est: hic meus pater z mater z frater est. In medio ꝯo ecclie laudat dñm: q̃ se pia cõuersatione tractauerit. Ipsius eñ preconiũ est mortis sanctitas custodita: qñ nichil valet aliq̃d boni caro facere: nisi cui diuina misericordia ꝓbitatẽ noscitur prestitisse. In medio aũt dicit palam: z in cõuersatione multoꝝ: vbi recte mẽtis opatio reliquis fidelibus prestat exemplũ. [Qui timetis dñm laudate
Alt. glorificate. eum: vniuersum semẽ iacob † magnificate eũ]. Paulo latius dñi passione narrata: ne corda fidelitũ longa tristicia turbarẽtur: venit ad tertiã partẽ: vbi deuotos alloquitur vt dñi dispensatione recognita laudent eum z preconia ipsius generali exultatione celebrẽt: qñ per eius passionẽ prouenit salus fidelitũ z vita iustoꝝ. Nunc intendamus qã suauis in timore dñi declaratur affectus. Timor humanus non laudẽ parturit: sed vituperationẽ. Dei autẽ timor: q; iustus z rectus est: laudẽ generat/amorem tribuit/ardorẽ charitatis inflammat. Laudate ergo dicit qui timetis dominũ/id est qui reuerentiã habetis nominis eius: q; eum non meretur predicare: nisi qui cognoscitur z timere. Uniuersum in
parte bonoꝝ accipe: q; illos tm maunlt intelligi: qui fidei iacob deuotionicꝫ consentiunt: superantes per religionis affectũ veteris hois primã nattuitatẽ. [Timeat eum omne semẽ israel]. Semen israel nõ vnius nationis populus significak: sed cunctarũ gentiũ cognoscitur plenitudo: vnde ꝑstat ecctiam colligendã. Et q; superius dixerat: laudate q̃ timetis dñm nunc ad quos timor ptinere possit edicitur: ad israelitas vtiqꝫ/id est videntes dñm: q; nescunt timere deũ: qui heretica prauitate cecati sunt/vel idolis scelerata mẽte deseruiunt.
Alt. deprecationẽ. [Quoniã non spreuit: necꝫ despexit † precẽ pauperũ]. Qñ solent facere mũdi istius honore gloriantes/spernere paupes/despicere supplicantes/ causamqꝫ de habitus qualitate metiri: vt si tit vestibus nitidus verax putetur: si amictu sordidus mẽdacissimus habeatur. Sed apud deũ longe diuersum est: qui de veste nõ iudicat/qui opulentiã nõ honorat: sed ille ꝑces fidelis pauperũ exaudit/z adiunat egenos. Illi ꝑciosus est: qui tñ fuerit sanctitate ditissimus. [† Nec auertit fa-
Alt. nec. ciem suã a me: et cum clamarẽ ad eum exaudiuit me]. Intelligamus hunc versum: z deo gras inẽptum possimus deuota mente referamus. Nã cũ diceret generaliter agẽdas esse gras: q; pauper diuinitas exaudire dignak: se intulit dñs christus dicẽdo: Nec auertit faciẽ suam a me. Sic ergo causam omniũ suã fecit: sic peccata mundi corporis sui sanctitate deleuit: vt dum ad se infirmitatẽ humanã trahit: diabolus amitteret qõ tenebat. Quid autẽ clamauit? Quid se dicit auditum? Utiqꝫ vt mors nostra eius exitio finirek: vt peccatũ veteris hois redimerek precio sertissime passiõis. [Apud
Alt. in conspectu tuũ. te laus mea in ecclesia magna: vota mea dño reddam † corã timentibus eũ]. Apud te significat de te: in ecclesia magna catholica scilz que vniuerso terrarũ orbe diffusa est. Magna enĩ z amplitudine recte dicit z honore. Uota vero mauult intelligi sacramẽta corporis z sanguinis sui que illis presentibus redduntur: q; ei sancto timore subiecti sunt. Mentiꝫ vide qd sequit. [Edẽt pauperes et saturabuntur]. Hec sunt vota que supius dixit. Et considera: quia pauperes tñ posuit/qui mundi istius illecebras contẽptu ditissimo refpuerũt: nõ diuites qui secult huius felicitate referti sunt: sed pauperes/id est regnũ dei esurientes. Ideo enĩm addidit Et saturabuntur. Saturari enim non poterant nisi quos talis possidebat esuries. [Et laudabũt dñm qui requirunt eum: † viuit cor eoꝝ in seculum seculi]. Permãsit
Alt. viuunt corda. in superioribus dictis. Nã cum saturati pauperes fuerint: laudabunt dominũ. Pauperes dñm laudant: diuites semetipsos exaltant. Isti thesauraria terrena cõgerunt: illi celesti vbertate ditescunt. Facultas disparsed conscientia dissimilis. Isti denicꝫ locupletes sunt de mũdo: illi de deo. Qñ dissimilia vota sortiti sunt. Pauperes possident quod nunqꝫ perdent/diuites tenẽt qõ non solum mortui: sed etiam viui frequenter amittunt. Sequitur Uiuit cor eorum in seculum seculi. Uiuit cor id est spes eorum immobilis vegetatur. Illud enĩ ve-

Universidad de Sevilla Biblioteca

rcsiter viuere dicimus: quod in diuinitatis gratia persecerat. [Reminiscentur et conuertentur ad dominū vniuerse fines terre]. Reminisci proprie illos dicim⁹ quos post obliuionis iniuriam ad memorie constat redisse medicinam. Sed hoc de paganis quomodo posit intelligi qui nulla sacramenta fidei ante conuersionem suam vllatenus susceperunt? Sed et eos bene dicimus reminisci: quia omnis homo deum sibi confitetur auctorem. Sed quando deus omnipotens esse fideliter agnoscitur recte dicitur ab eis reminisci: vt ad illum veraciter redeant/quem prius peruersa voluntate neglexerant. Sequitur Conuertentur vniuersi fines terre. Prophetia est vniuersalis ecclesie: quam nunc constat toto orbe diffusam. [Et adorabunt in cōspectu eius: † omnes patrie gentium]. Ne quis putaret dubium quomodo esset ab vniuersis gentibus adorādus interposuit in conspectu eius: vbi nullus adorat nisi qui de sincera fide presumpserit. Conspectus enim illius non est: nisi supra fidelissimos et beatos. Dicendo Omnes patrie gentium: nichil excepit qui cuncta concluſit: vt per indigenas suos et ipse quoq; patrie credā tur esse deuote. [Quoniam domini est regnum: et ipse dominabitur gentium]. Intendamus quid iste versus prc posteratus ostendat intelligi. Deus dominabitur gentium: quoniā domini est regnum: quia non sunt gēntium regna: sed domini q̄ potestate sua z mutat reges et continet. Et necesse est ipsum debere vbiq; coli quē rerum dominum constat intelligi. De quo loco pater Augustinus in libro ad Honoratum presbyterum: more suo mirabiliter dixit. Ille irrisus: ille crucifixus: ille derelictus: hoc regnum acquirit et tradit in fine deo et patri: non vtiq; vt ipse amittat: sed vt q̄s in fide seminauit/cum venit minor patre: hoc perducat in speciem in qua equalis non recessit a patre. Probata est his dictis vniuersalis ecclesia. Desinant homines donatistarū vanitate confundi. Non potest prevalere plus fraus diabolica/q̄ religio christiana? Necessarium est enim iuēto loco: hereticorum confutare nequitias: quoniā dum illos (domino prestante) destruimus: catholice fidei sensum firmamus. [Manducauerunt et adorauerunt omnes † diuites terre]. Quid est hoc q̄ superius de corpore dñi pauperes dicit esse saturatos: hic autem diuites terre tm̄ manducasse z adorasse confirmat? Scilicet vt intelligas non humiles: sed superbos qui non habent in mansuetudine spem: sed in diuitijs presumptionem. Nam licet eadem predicationum sacramenta susceperint: tamen par non est in vtriq; deuotio. Illi enim vsq; ad saturitatem comedunt/id est vsq; ad perfectionē: isti sic manducant vt non magnis desideriis expleantur. Aliud est enim mediocriter aliquid velle percipere: et aliud toto mentis ardore perquirere. Et ideo hi non dicuntur pauperes christi: sed diuites terre. [In conspectu eius † procident vniuersi qui descendunt in terram. Et anima mea ipsi viuet]. Quia superius dixerat: diuites terre esse tepidos christianos: nunc dicit qui ante deum procidant/id est cadant: qui in terrenas concupiscentias carnis fragilitate descendunt: et hominibus apparere non possunt. Bene autem dictum est/descendunt: quia omne peccatum pars probatur inferior. Nam dum conuentus ecclesie omnes indiscrete suscipiat: ipsius conspectu noti sunt qui se meritorum qualitate discernunt. Animā vero suam dicit deo viuere: quoniā hunc mundum immaculata conuersatione transiuit. [Et semen meū seruiet ipsi. Annunciabitur domino generatio ventura].

Alr. vniuerse familie.

Alr. pigueo

Alr. cadent omnes.

Semē opera dicit que tempore incarnationis sue manifesta fecit in terris: vt populos instrueret/secreta religionis aperiret/predicatores apostolos istitueret: qui religionem sanctam sincera fide predicarent. Annunciabitur domino dicit: ab angelis (vt quidam volunt) qui preces humanas ad dominū referre memorantur. Scriptum est enim in libro Thobie. Ego obtuli memoriam orationis vestre ante dominum. Sed figuraliter dicitur Annūciabitur domino: scienti quippe z ois prenidēti. Scriptum est enim Scit enim pater vester: Matth.6. sit dominus: quid vobis necessarium sit priusq̄ petatis ab eo. Annunciēt ergo angeli domino/pio ministerio: non pio instructione. Generationem venturam dicit: que ex aqua z spiritu sancto erat dño largiente p creanda. Et vt ostenderet eam iustā: dicit dño esse ventura. Generatio enim malor: sibi videtur venire nō domino. [Annūciabunt celi iusticiā eius: populo qui nascetur quem fecit dominus]. Id est euangeliste predicabunt filium dei. Ipse enim est iusticia patris. Illi ergo populo predicāda est iusticia: q̄ creditur⁹ est deo: qui peccator⁹ morte derelicta venit ad vitā: qui sic beneficio dei ex fide nascitur: vt in eternum viuere mereatur. Qua propter nimis apte dictum est: christianū populum dñm fecisse. Creauit enim quando illum de vētre matris eduxit. Sed tunc eum a peccatis liberū fecit q̄s christianū per aquā regenerationis instituit. Animo vero condendū est: q̄s iste z alij psalmi qui de passione dñi loquuntur: in spe christianorum maxime terminantur: vt hac dispositione mirabili cognoscamus salutem credentibus tali mysterio contributam.

Conclusio.

¶ Iste psalmus est/quem nobis paschali munere solenniter decātare ecclesia: vt salutariter instruamur in humanis rebus etiam beatos temporaliter ex aliqua parte a dño derelinqui: cum tñ eos ad bona eterna tuitionis sue virtute perducat. Hunc feliciter flentes audiamus: per quē sic possimus reficiri: si defixo animo in eodem mereamur affligi. O dura corda iudeor⁹: o insensate mentes nunq̄ omo credentiū: nōne hic solus psalmus ad passionē credendā sufficere debuisset/quā sic euidēter de se veritas predicauit? Et ne aliqua corde durissimis excusatio relinqueretur: sequūtur inter aliquos de hac re psalmi: euidenti et manifestissima prophetatione conscripti: id est 34.54.68. et centesimusoctauus: vt nulli esse deberet ambiguum q̄ tantis preconibus cognoscit fuisse vulgatū. Cōtinet aūt psentis psalmi numerus z alia rerū facta celestiū. Nā cum ppha daniel trib⁹ hebdomadibus orationē suā dño iugiter immolasset: vt que essent israelitico populo futura cognosceret/ā geli voce rūsus est: ad primas pces se fuisse trāmissum: q̄ diabolica relictatiōe tardatū: vicesimo p̄mo die ad eū potuisse descēdere: vt votis ei⁹ satisfacere potuisset. Qua propter et hic psalm⁹ nō imerito tali calculo noscit collocat⁹: q̄ diaboli puersitate destructa/medicinalis passionis dona reserauit. Cuius bñficio humanū genus ab eterna morte liberatum: ad perpetue salutis dona perueniat.

¶ Explicit expositio in psalmum. ¶

¶ Psalmus Dauid. xxij.

Dominus regit me et nichil michi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: animam meam cō-

uertit. Deduxit me super semitas iusticie: propter nomen suum. Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala quoniam tu mecum es. Virga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mēsam: aduersus eos qui tribulāt me. Impinguasti i oleo caput meū: et calix meus inebrians q̄ preclarus est. Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee. Et vt inhabitem in domo domini: in longitudine dierum.

Apte pretermittitur: vbi nouī nichil est q̄ requiratur. Hoc tñ cōmonendū est: vt nomina tituli huius ad spiritualem (sicut prefati sumus) intelligentiā perducere debeamus. Loquit enim per totum psalmū psona dñi veritate deposita: regeneratus ex aqua et spiritu sancto fidelissimus christianus grās agens: q̄n de aridritate peccati ad locū pascue: z ad aquā refectionis domino sit largiēte perductus. Et notandum q̄ vt antea decalogū legis acceptū ita hic decem beneficijs se gaudet esse ditatū. Q̄s non singulis versibus vr: sed p comata succincte narratur. Diuisio.

Dauus quidē psalmus est: sed multis nosc̄itur partibus cōtineri. Aut diuisionē in personis non habet: sed in rebus. Idcoq̄ nos nō diuisiones vt in alijs psalmis: sed ceteras numeri per singulas qua sq̄ ptes fortitan competenter affirmamus. Expositio.

Dominus regit me: et nichil michi deerit]. Vir ille sanctissimus qui per gratiā baptismatis innouatus: pauperem se dñi abiecta seculi pompa nosc̄ebat/in conscientie cubili letus exultat/et a dño se ptegi: iocunditate dulcissima profitetur. Dicit enim regit se a dño vbi est defensio fortis z magna securitas: vbi nemo metuit inimicum: vbi iam nullus sua imbecillitate turbat. Addendo autē Nichil michi deerit: diuitias suas pauper ille nosc̄ebat: cum sibi a dño substantiā spiritualem crederet nichilominus cōferendā. Sed audiam⁹ in subsequētibus: q̄n sit diues ista paupertas que tātis bonis replet: quāta cōtineri regū thesaurarta non merentur. Que figura dicit Synatrismos: latine congregatio: quo tiens multa in vnum colliguntur: et velut pondere facto/audientiū animis offeruntur. Hoc schema siue in laudibus: siue in vituperationibus inter oratores violentissimum haberi solet. [In loco pascue: ibi me collocauit]. Primam partem munerum fidelis iste quē dixi mus gratāter exponit: q̄d tñ ad vniuersalem christi ecclesiam merito cognoscimus pertinere. Asserit se ergo in locis pascue cōstituti/non vsi caro corpusq; sagi netur: sed vsi aia celesti pabulo refecta/spūalis letitie nitore pingueſcat. Illa enim dei sunt pascua/que non ventris digestionib⁹ dilabuntur: vbi iterū iportuna non succedit esuries: sed aia cum semel cepit esse saturata: in idipm celesti munere psenerat. Locus autē iste qui dicit pabulor: diuina lectio est. Nā sicut pecudū corporibus pinguedine pstat ager depastus: ita z sermo diuinus animā nouit fideliter saginare meditatus. De his pascuis saturatus eructauit ille qui dixit deo. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel et fauum oris meo: z his similia. [Super aquā refectiōis educauit me]. Sedz munus sue pfectionis ostēdit: dona diuina cōparans amenitatibus huius seculi: quibus multum humana gaudere solet infirmitas. Sed cōsideremus per istas cōparationes: q̄d magis velit intelligi. Aqua refectionis/est baptismi lauacrū: quo aia sterilis ariditate peccati ad bonos fructus inferendos diuinis muneribus irrigat. Et bene addidit Educauit: id est paulatim nutriuit/quasi paruulos z renatos: sicut Petrus ap̄s dicit. Tanq̄ modo geniti infantes rationabiles et sine dolo lac cōcupiscite vt in eo crescatis in salutē. 1.pe.2. [Animā meā cōuertit]. Ad gratiā tertiā venit: vbi animā suam diuino bñficio asserit esse cōuersam. Sed cōuersam dicit: q̄ post baptismū de peccatrice facta est iusta: de feculēta mūdissima: de ꝓtracta sine ruga: sicut ap̄s dicit. Vt exhiberet sibi ipse gloriosam ecclesiam: Ephe.5. nō habentē maculā/aut rugam/aut aliq̄d huiusmodi. Merito ergo aiam suā gloriat ad christū esse ꝓuersam: que diu sub diabolo ꝓbabat esse captiua. Sed tunc est salubris ista cōfessio: si non iterū incēttuis vicijs in peccata relabamur. Iterū istā ꝓfessionē vide q̄d sequitur. [Deduxit me super semitas iusticie: propter nomē suū]. Quartū beneficiū memorat: q̄d est sollicitius indagandū. Nam cum iusticie semitas ambulare supbe sit: cur sanctus vir illuc se gaudet esse perductū: q̄d dominicis regulis videbat esse ꝓtrariū? Sed hic sup taliter accipiendū est: quēadmodū si dicat positus est super populū corrigendū: quos debeat iusticie semitas edocere: sicut z alius ppheta dicit. Sup excelsa statuit me: vt vincā in claritate ipsius. Q̄s autē alt⁹ ꝓpter nomen suū/famulus christi gaudebat se ad illam scientiā gueniſſe: vt posset dñi iussa vulgare. Semite eñ iusticie/sunt duo precepta salutaria: in quibus lex et ꝓphetalis sermo cōcludit. Diliges dñm deum tuum ex toto Deuto.6. corde tuo: et ex tota anima tua: et proximū tuum sicut teipsum. Merito ergo sup semitas iusticie deductū se esse gaudebat: qui animi ꝓtemplatione ꝓfecerat. Addidit ꝓpter nomē suū: vt nemo diceret meritis suis collatum: q̄d diuina gra ꝓbabat esse cōcessum. [Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis/non timebo mala: q̄n tu mecum es]. Quinta succedit gra: qua reuera constat vniuersis firmissimo catholico cōtributā. Dicit eñ: Et si inter hereticos z scismaticos ambulem qui recte vmbre mortis esse dicunt: q̄n exitij figuram portār cū ad iferna ꝓcuntur: nō timebo eor⁹ prauas insultationes: q̄a tu ꝑsentie tue me tuitione defendis: sicut scriptū est in ꝓphera. Nō te deserā/non te derelinquā. Josue.1. In isto quippe mūdo: ecclia iter iniquos ambulat donec iudicij dies bonorum malorūq; sequestrator⁹ aduenerit: sicut ꝓpheta dicit. Spūs inquit vultus nr̄i christus dñs sub cuius velamēto viuimus inter gētes. Sine vmbra mortis/absolute diabolus est: q̄ obscure nobis laqueos ponit: vt p nebulas ipsius deceptī: in eterne mortis precipitia corruamus. Sed hec nō timētur a vero fideli: z si in ipor medio diuina misericordia fretus ambulare presumpserit. Cur enim vir iustus illos timeat qui sanctos timēt: z inuicta illis voluntate deseruiunt? [Virga tua z baculus tuus: ipsa me consolata sunt]. Jam sexta largitate letat. Virga enim pertinet ad iusticiam et fortitudinem domini saluatoris: sicut in psalmo dicit. Virga equitatis virga regni tui. Ba- Psa.44.
culus ad adiutorium humanum respicit/quo z pes ipse caute defigitur: et totum corpus nisu desuper incūbentium sustinetur. Hoc vsi sunt patriarche. Dicit enim Gen.32.
Iacob: In baculo meo transiui Iordanem istum. Item Exod.12.
in Exodo ait dominus filijs israel. Renes vestros ac-

cingetis tenētes baculos in manibus: et comedetis festinantes. Qđ multis locis reperies in auctoritate diuina. Iste ergo duabus rebus fideles se asserit consolatum. Una est districtio que cōterit victosos: altera gubernatio que sustinet fideles christianos. Ipsa vero dum ponit numero plurali: virgā z baculum significat que superius dixit. Sed videamus quēadmodum vtrāq; nos cōsolari poterūt: cum res oino diuerse sint. Baculū quippe non est dubiū ꝓsolare: qui ad opem ferendam humane imbecillitati semp assumit. De virga quid dicemus que percutit/affligit/et vicia nostra iudiciaria seueritate castigat? Consolatur plane et ipsa fideles: quādo eos ad viam dei adhibita emendatione perducit. Nā recte cōsolari dicimus omne qđ adiuuat: et ad tempus nos pro sua districtione cōtristat. Unde
Hebre.12. dicit apls ad hebreos. Oīs omnis disciplina ad ꝑsens non gaudij videt esse: sed tristicie. in posterū aute multum fructū affert. [Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me]. Septime gratulationis numerus adhibet: cum dicit Parasti in conspectu/id est prede stinasti altare sanctū: qđ cūcta videt ecclesia: qđ circūdat populus christianus. Mēsa eīn a mēse
ETy. dicta est: qr codē die cōmuni ritu gentiū exercebantur. Ecclesie ꝑo mensa est beata cōcatio/epulatio felix/saturitas fidei/esca celestis. Uerū istā mensam aduersus eos paratā esse manifestū est: qui in aliqua peruersitate demersi/ecclesiā dei suo grauiter errore cōtristant.
1.Corin.11. De ꝗbus apls dicit. Qui māducat indigne: iudiciū sibi māducat z bibit/non diudicās corpus dñi: datū scilicet ad remissionē peccatoꝝ: et vitā ꝑpetuā possidendā. Memēto aūt qr mēsa z in bono z in malo ponitur:
1.Corin.10. sicut dicit apls. Nō potestis cōicare mēse dñi: z mense demoniorū. [Impinguasti in oleo caput meū]. Et ctaua ponit munificētia. Caput fidelium christus est dño qui recte dicit impinguatus in oleo: qñ nulla siccitate peccatoris exaruit. Caput ergo suū in oleo asserit impinguarū: videlz vñ cetera mēbra letarent. Sed qđ est hoc qđ species ipsa benedictionis sancte frequēter adhibet: vnxit ꝓpheras/cōsecrauit reges? Non imeritor qr arbor ipsa pacis etiā prestabat indiciū: qđ eius specialiter munus nosciť esse diuinū: liquor arboreus/pinguedo letificās/magnarū gra dignitatū: cuius folia in viriditatis sue pulchritudine perseuerant. Hec etiam Noe per columbā nunciauit terris redditā sospitatē/
ꝑs.44. vr merito tante benedictionis capax esse videatur: que fructus sui magno decore simul et vtilitate perfruitur. De ipso enim et alius psalmus dicit. Propterea vnxit
Salvr me9 te deus deus tuus oleo exultatiōis pre cōsortib9 tuis.
Al. ꝑclar9. [Et † poculū tuū inebrians: qđ † preclarū est]. Nonū munus est sanguinis dñi: qđ sic inebriat vt mentem sanet a delictis ꝓhibens/non ad peccata ꝓducens. Hec vinolētia sobrios reddit: hec plenitudo malis euacuat Et qui illo poculo non fuerit repletus: eterna redditur egestate tenuis. Inuentur etiam et in malo positum: vt Ysaias ait. Et accepi de manu tua calicē ruine: poculum ire et indignationis mee. Addidit qđ preclarū est:
Joan.4. vtiq; cū talia conferat: vt ad celoꝝ regna perducat. De quo poculo in euangelio dī. Qui biberit ex aqua quā ego do/non sitiet vnq̄: sed fiet in eo fons aque salientis in vitam eternā. [Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee]. Decima pars promisse donationis impleta est: vbi ad cumulum se leticie desideriū magnitudo satiauit. Nam cum misericordia domini semper precedat: hic dicit Subsequetur me. Subsquitur vtiq; ad iusticiam: sed precedit ad gratiam conferendam. Nam si solam sequerer: nemō donata perciperet. Si tm precederet/nullus poterat collata seruare. Gratuitores sunt enim insidie quas a tergo diabolus parat: et nisi domini misericordia subsequat: facillime fragilitas humana decipitur. Tunc enim quādo se aliquis vicium transisse credit: incauta magis ignoratione decipitur. Unde nimis necessarium est: vt semp nos et gratia dñi precedat: et misericordia subsequat. [Et vt inhabitem in domo dñi: in longitudine dierum]. Finis iste pendet de superioribus dictis. Ideo enim illa professus est sibi esse cōcessa: vt ad habitandum in domo eius glorie peruenirem. Ipsa est enim bonorū omnium completiua perfectio: sicut in alio psalmo dicit.
ꝑs.83. Beati qui habitant in domo tua: in secula seculorū laudabunt te. Domus quippe domini/futuram significat Ierusalē: que in longitudine dierum sine ambiguitate consistit. Ipsa est enim beatitudo ꝑpetua: z sine fine leticia. Memento autem qđ in priore versu psalmi huius: idem (dñs regit me z nichil michi deerit) breuiter dixit: qđ in subsequentibus latius enumerauit. Que figura dicit Epitrochasmos/id est dicti rotatio: cū succincte ea que sunt effusius dicenda pstringit. In hoc
SCIPE. autē versu finali/id est Ut inhabitē in domo dñi: in longitudine dierum. Epiphonem/id est acclamatio nobilissima nimis figura posita est: q̄ post narratas res breuiter cum acclamatione prorumpit: post omnia desinēs in exaggeratissimā summitatē. Sic psalmi istius principia/media z finis: decora diuersorum schematū luce radiantur.

Conclusio.

¶ Mente reponamus qđ celesti illa fistula decem virtutib9 compacta cecinerit: q̄ dulce melos anime salutari delectatione cantauerit: vt in hac festiuitate mysteri: non voluptas auriū: sed salubritas acq̄sita cognoscat alarum. Numerus quoq; psalmi huius significat pfectionem sapiētie. Siquidē .22. libros esse cognoscimus veteris testamēti: ꝑm litteras hebreoꝝ quas ad plenitudinē diuine scientie cōprehendendā cōstat humano generi tributas. Quapropter diuersis modis psalmo isti superna nosciuntur conuenire mysteria.

¶ Explicit expositio in psalmum .22.

¶ Psalmus Dauid prima sabbati. xxiij.

Domini est terra z plenitudo eius: orbis terraꝝ et vniuersi qui habitāt in eo. Quia ipse sup maria fundauit eū: z sup flumia ꝑparauit eū: Quis ascēdet in montē dñi: aut qs stabit in loco sancto eius? Innocēs manib9 et mundo corde: qui nō accepit in vano animā suā/nec iurauit in dolo ꝓximo suo. Hic accipiet bñdictionē a dño: et misericordiā a deo salutari suo. Hec est generatio querentiū eū: querentium faciē dei iacob. Attollite portas ꝓncipes vestras: z eleuamini porte eternales: z introibit rex glie. Quis est iste rex glorie? dñs fortis z potēs: dñs potēs in ꝓlio. Attollite portas ꝓncipes vestras z eleuamini porte eternales: z introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie? dñs virtutū ipse est rex glie.

Velum presentis tituli/tuāte dño alacriter subleuem9: vt nobis penetralia psalmi clarius innotescāt. Prima sabbati significat diem dominicū que prima est post sabbatū: quo die dñs resurrexit a mortuis. Qui propter excellentiā tanti miraculi/ꝓprie dñi nuncupatur: siue qr in eo mundū cōdidit. Eo siqdem die isti seculo resurgēdo dñs subuenisse cognoscit: qñ cum z fecisse declarat. Sed qr totus psalmus post resurrectionē canitur: ideo et titulus iste ꝓmissus est: vt corda fidelium cōgruo moneret indicio. Diuisio.

Post resurrectionē dñi ꝓpheta letior effectus/humanum genus alloquit: qđ varia superstitione laborabat: Prima parte desiniens dñi vniuersum orbē esse terrarū: vt sicut se nullus ab ei9 imperio ꝓbaret exceptū: ita nec a fide crederet alienū. Secundo loco determinans quibus virtutib9 ꝑditi sint in eius ecclesia constituti. Tertio dementissimos superstitiosos alloquit: vt vero dño famulātes a noxia sibi puersitate discedant. Expositio.

Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarū z vniuersi q̄ habitāt in ea]. Quāquis terrā z in bono z in malo poni sepe nouerimus: hic tm ecclesiā debem9 aduerte re/q̄ dño specialiter pura mente famulak. Nā Ixoia ab ipso sint cognita: tm illud ipius esse ꝓprie dicimus: qđ ei9 veneranť auctorē. Et ecclia nō imerito fructifera bonoꝝ terra suscipit: qr nutriuit z cōtinet populū christi. Seqtur Et plenitudo eius: id est multitudo sancta/qua replet eccl'ia. Sz ne terrā quā superius dixi coangustatā putares aliquā fortasse regionē: nūc dicit orbis terraꝝ: hoc est vniuersalē ecclesiam: que totius mūdi ambitu cōtinet. Intēde vero qđ dicit: q̄ habitāt in ea/id est nō qui cōueniūt z recedunt: sed qui fixa mētis stabilitate perdurāt. Habitare enim manere
ETy. dicim9 qđ errantiū nō est: qđ mutabilitati nō cōuenit. Sed ille solus ecclam habitat qui vsq; ad obitū suum in fide rectissima pseuerat: sicut et alius psalm9 dicit.
ꝑs.22. Et inhabitē in domo dñi: oibus diēb9 vite mee. [† Ipe
Al.quia. sup maria fundauit eā: z sup flumina ꝑparauit eam] Quid est sup maria fundare: nisi supra vicioꝝ hui9 seculi tremulos fluct9 ecclesiā firmissima credulitate solidare: vt anchora fidei fundata/ꝓcellas cuiuslibet periculi non paueśat? Unde z apls dicit. Quā sicut anchorā habemus aie tutā atq; firmā. Simili modo: z sup
Hebre.6. flumia dicit esse ꝑparatā: qñ ad volūtates turbulentas psecutoꝝ aptatā cōstat ecclesiā: vt ei ꝓtinus voluntates nocere nō valeāt: q̄ huius ꝓtra eā insana mentium ꝑcipitatione consurgāt. [Quis ascendet in montē dñi: aut qs stabit in loco sancto eius?] Postq̄ docuit dicit
SCIPE. ter vniuersa dñi esse que cōdidit: nūc ꝑ interrogationē secundā ingredit partē: respondēs quales esse debeāt: qui se ipsius desiderāt nūcupari. Que figura dī Exetasmos/id est exq̄sitio: cū res cōplures diuisas: cū interrogatione exquirētes/singulis que cōueniunt applicamus. Premittit ergo interrogatiōes: vt apta responsio subsequat. Quis ascēdet? Quia dicturus erat montē/id est iusticiā: ceteraſq; ꝓtutes ad quas magno nisu tēdimus: qñ peccatis obuiantibus impedimur. Sed postq̄ dixit: quis ascendet/nunc dicit stabit: quia multo utilius est in sancto loco stare: q̄ ad eius fastigium peruenire. [Innocēs manibus z mūdo corde: qui non accepit in vano animā suā]. Ista est expectata responsio. Innocēs manibus z mundo corde. i. cuius opatio neminem ledit: sed quantū potest adiuuare contendit. Et ne putares posse sufficere Innocēs manibus: addidit Et mundo corde: qr frequēter disponimus ledere: sed iuuamus nolentes: z iterū bona volumus: sed ab eo rum operatione cessamus. Ideoq; nō dicit illic ascēde re: nisi in quo vtraq; potuerit inueniri. In vano Xoa accipit animā suā: qui putat desiderāda que sunt/vel trā sitoria/vel caduca. Ille aute in vano nō accipit/qui se nouit ad diuinitatis intelligentiā fuisse ꝓcreatū/ad iegem dñi custodiendā/ad cogitationes vite eterne: z ꝗd quid pōt supernā gram promereri. [Nec iurauit in dolo ꝓximo suo]. Dicēdo in dolo: videt sacramēta permisisse simplicia. Scriptum est enim Iuraut dño et non ꝑs.109.
pentebit eum. Legimus etiā patriarchas iurasse sanctissimos. Et quare dicit in euāgelio. Nō iurabitis neq; Matth.5.
per celū: neq; per terram z c. Ueraciter iurare in veteri testamento prohibitū quidē non est. Sed qr humano generi: de infirmitate mētis frequenter nascitur causa periurij. In nouo testamēto vtilius dicit esse omnimodis non iurandū: sicut z alia similia que non contraria: sed cognoscimus cautiora. In euangelio quippe ipse
Ibidem. dñs ait. Dictum est antiquis. Oculum pro oculo. Ego autē dico vobis: non resistere malo. Per dolū itaq; iurat quisquis aliter facturus est q̄ ꝓmittit: credens periturum non esse decepisse nequiter credentis errorem. [Hic accipiet benedictionem a dño: et misericordiā a deo salutari suo]. Premisit pias obseruationes: nūc dicit z premia. Accipiet benedictionē: nō a quolibet alio sed ab ipso dño. Ipse beneuolendicit qui iudicaturus est: ipse absoluit qui incōmutabiliter dānare potuisset. Merito ergo beneficij per magnitudinē voluit concedentis agnosci. Qđ argumentum inter oratores dicitur a ꝑsona. Sequitur Misericordia: vt illa beneditio non p
merita: sed per indulgētiam domini venisse videatur. Nullus quippe hominū est: qui sibi misereri nō egeat. Donantur delicta vt veniat corona: sicut dari non pōt libertas/nisi prius seruitus fuerit absoluta. Salutaris ergo noster est dominus christus: a quo z beatitudo tribuitur z peccata laxantur. Nec moueat qđ superius dixit: hic accipiet benedictionem a dño: et postea subiunxit Et misericordiam a deo salutari suo: dum in ordine rerum primo parcat peccatis nostris: z postea benedictionis ipsius munera subsequātur. Ihoc enim frequēter inuenis esse variatum: vt primo misericordia ponat: vt est illud. Deus misereatur nobis: et benedicat nos. ꝑs.66.
Iterumq; conuertit: Illuminet vultū suum sup nos: z Ibidem.
misereatur nobis. Que figura dicitur Anastrophe/id SCIPE.
est peruersio: quādo prominus ordine conuerso sententiam. [Hec est generatio querentium dominū: querentium faciē dei iacob]. Que singulariter superius dixerat: Quis ascēdet in montē dñi: ne putares hoc ad christum dñm solūmodo esse referendū: nunc z generatiōi christiane hoc cognoscitur applicare. Nā cum dicit: hec est: significat/talis est illa generatio que dominum requirit/id est que sacri baptismatis fonte renascitur: et fidem suā pia operatione cōmendat. Sequit Querentium faciem dei iacob. Quid est hoc quod z ipsum verbum repetit: et aliud subiunxit in fine? Primo dixerat generaliter querētium dominū: qui se non ambiunt ꝓponi: sed suo ordine suoq; fine contenti sunt: vt vel minimam partem in christi regno mereantur accipere. Sed quia sunt et alij nimio fidei calore feruentes: q̄ operum bonitate nonnullis ꝓponi se volunt: addidit Dei iacob: vt hoc in illis factat: qđ in iacob fecisse declaratur: qui posteriusnatus/primatum fratris semo-

Al. attollite. Al. principes vestras

[†Tollite portas † principis vestri]. Venit ad tertiam partem: vbi prophęta christiana religione declarata: cum magna exultatione imperat diuersis errantibus: quatenus prioribus clausūris cōgrua fide patefactis: ꝺm regem dominū in suis pectoribꝰ admittere mereantur. Auferre enim precipit portas mortis: que a principe diabolo posite comprobantur. Que ideo porte sunt appellate: quia per ipsas transeunt homines sua fctā pōtātes: ⁊ res victuales studiosissime deferentes. [Et eleuamini porte eternales: ⁊ introibit rex glie]. Cōtra portas mortis decēter eleuatas/portas dicit eternales: vt istas caducas ostēderet/illas sine fine mānras. Nā adam diabolo faciēte legē compendo reparauit. Eleuate sunt eē porte eternales/id est baptismatis gra/chrismatis honor/predicatiōis salus: ceteraq; que christo dño veniente concessa sunt. Merito autem appellate sunt porte eternales: per quas rex glorie dignatus est introire. [Quis est iste rex glorie: dñs fortis et potens: dñs potēs in plio]. Interrogat ꝓpheta ad conuincendā perfidiam iudeoꝝ. Quis est iste rex glorie? Respondet per tertiā speciem diffinitiōis: que grece dicitur peotes: latine qualitatiua: dñs fortis ⁊ potēs dominus potens in prelio. Qꝫ si discutias: soli christo probabit conuenire. Gloriosi enim possunt ⁊ terrarum principes dici: rex glorie nemo pōt nisi solus altissimꝰ inueniri. Illuic igitur interrogationi (sicut iam dictum est) subiuncta responsio est: vbi bene singulis verbis aggiutur iudaici populi nefanda presumptio. Fortis eē cōtra illud dicit: qꝫ eum cum gladijs ⁊ fustibus tenendum esse putauerūt. Potens/quem illi quasi impotentē pontio pilato tradiderunt. Additū est quoq; potēs in prelio: ne illi in cōcertatione sua aliquid preualuisse crederētur. Denīq; cum ad eum tenendū venissent/audierunt. Ego sum: et omnes (testante Joāne euangelista) retrorsum protinus corruerūt. Sic dñs saluator: p virtutes suas nobis euidenter edictus est: a cui proprio vocabulo panderetur. [†Tollite portas † principis vestri: et eleuamini porte eternales: ⁊ introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie: dominus virtutum ipse est rex glorie]. Hic etiam schema pulcherrimum factum estqꝫ apud grecos dicitur Anadiplosis: apud latinos cōgeminatio dictionis: que fit/aut in versu/aut in repetitione verborum. Et qñ eadem reuoluta sunt: ex positio superior ⁊ hic abunde sufficiat. Nam vt iudeos confunderet/magnificentiā dñi superius singillatim vt cō petebat exposuit: nunc autem breuiter culmen totius laudis et veritatis adiecit: iam non solum fortē non potentē/non in prelio magnū: sed dñm ipsarum dicit esse virtutum. Rex autem est glorie: qui facit se glorificantes vtiq; gloriosos: sicut per Ysaiā dicit. Glorificātes me ego glorificabo. Qui vnicuiq; potestatē/virtutem ceteraq; dona tribuit vt vult. Gloria enim ꝺ celebre preconium: ⁊ frequentata laudatio. Sunt quidē dona te domino: ⁊ angeli gloriosi/potestates/thꝛoni/dominationes/⁊ alie potentissime creature: Sed nullus est rex glorie: nisi qui ipsas cōdidit: ⁊ cōtinet summitates. Stupenda laus: miranda cōclusio. Nec potuit ab alio quicq; dignū dici: nisi ab ipso qui solus suam preualet enarrare potentiā. Cognoscite magistri secularium literarum hinc schemata: hinc diuersi generis argumēta: hinc diffinitiones: hinc disciplinarū omniū ꝓfluxisse doctrinas: qñ in his litteris posita cognoscitis: que ante scholas vestras longe prius dicta fuisse sentitis.

Joan. 18.

Conclusio.

¶ Totus hic psalmus ad moralem ptinet disciplinā. Cōmonet enim vt supstitionibus derelictis: vero ⁊ pio dño fideliter seruiat. Quid enim iustius q̄ eum deserere qui nos in adaz fecit esse mortales? Quid beatius: q̄ illum sequi qui humanū genus infictam morte fecit euadere? Sed presta dñe: vt qui portas misericordie tue laua cro sancte regenerationis intrauimus: nullis inde peccatis impellentibus exeamus. Numerus autē huius psalmi ad. 23. litteras latinorum fortasse ptineat/que eloquentie propite dicta concludunt: vt apud hebreos viginti due: apud latinos vnde nunc sermo est. 23. apud grecos. 24. habeā tur: tamen in vnaquaq; lingua comprehendenda competens adhibetur quantitas/litterarum: sic et in isto psalmi calculo redolet beata perfectio.

¶ Explicit expositio in psalmum. 23.

¶ In finem psalmus Dauid. xxiiij.

AD te domine leuaui animaz meam: deus meus in te cōfido nō erubescam. Neq; irrideāt me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te non confundēt̄ur. Cōfundantur oēs iniqua agētes: superuacue. Vias tuas dñe demonstra michi: ⁊ semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua ⁊ doce me: qꝫ tu es saluator meꝰ: ⁊ te sustinui tota die. Reminiscere miserationum tuarum domine: et miserecordiarum tuarum que a seculo sunt. Delicta iuuētutis mee et ignorātias meas: ne memineris. Scōm miserecordiam tuam memēto mei tu: propter bonitatē tuam domine. Dulcis et rectus dominus: ꝓpter hoc legem dabit delinquentibus in via. Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Vniuerse vie domini misericordia ⁊ veritas: requirentibus testamentum eius ⁊ testimonia eius. Propter nomen tuum domine ꝓpiciaberis peccato meo: multum est enim. Quis est homo qui timet dominum: legē statuit ei in via quā elegit. Anima eius in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terram. Firmamentum est dominus timentibus eum: et testamentū ipsius vt manifestetur illis. Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me ⁊ miserere mei: qꝫ vnicus et pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me. Vide humilitatē meam ⁊ laborem meum: et dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos quoniā multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me. Custodi animam meam et erue me: non erubescā quoniā sperauī in te. Innocētes et recti

adheserunt michi: quia sustinui te. Libera deus israel: ex oibus tribulationibus suis.

Joan. 1. Hiere. 1. Job. 2.

QUoniā tituli verba tam nota sunt: ⁊ psalmꝰ iste hebreoꝝ primus alphabeto deest: de eius magis virtute dicendum est. Per totum igitur libum: duo istoriū genera sunt psalmoꝝ. Unum qō integrū alphabetum continere monstratur: vt est centesimus/decimus: cēteri nusquam decimus: et. 118. qui tustos (vt puto) indicant laudes domini ipso largiente perfecta meritorum deuotione cātare: vt fuit nathanael: de quo dñs dicit in euāgelio. Ecce vere israelita in quo dolus non est. Et hieremias ꝓpheta: de quo idem dñs ait. De ventre matris tue vocauit te: et in vulua sanctificauit te. Job quoq; similiter: domini voce laudatus est. Att enim Hunquid considerasti seruū meū Job: q̄ non sit et simlius in terra: vir iustus ⁊ simplex et rectus/timens deum/ac recēdēs a malo? Et ceteri q̄ tñ ipsi deo soli sunt noti. Sed cum ad eos peruentū fuerit/euidentius explanabitur. Aliud genus est: qō subtractis quibuscā litteris: ostendit tales in ecclesia psallere: quibus nō adeo omnium bonoꝝ operū arridet integritas: vt est presens psalmꝰ 33. 36. et. 144. de quibus suo loco latius distinctiusq; dicet. Nunc autē nouerimus hunc sextam ⁊ nonādecimā litteras non habere: reliquas vero in textu psalterij minio pingendas esse iudicauit: ne qua legētiꝭ confusa naceret obscuritas. Hec autem alphabeti littere: que verba significēt: Hieronymi patris breuiter labore collecte sunt: qō tñ scripturis diuinis non cognoscit insuetum. Nam et Hieremias captiuitatem hierusalem quadruplici alphabeti lamentatione deflenit: docens litterarū sacramēta etiā rerū nobis celestium indicare mysteria. Diuisio.

SCDE.

TOto psalmo p figurā Ethopopeiā: mirabili supplicatione deprecat ecclesia: ne aī conspectum dñi cōtemptibilis appareat inimicis. Primo mēbro deposcit: vt instituta dñi viasq; eiꝰ cognoscat. Que sectio continet supra memorati alphabeti litteras quinq;. Secūdo membro beneficia eius postulat: que sanctis patribus a seculo cōdonauit. Hoc etiā cōtinet sequentes litteras sex. Tertio loco dicit/custodientes precepta dñi eterna premia ꝓmereri: ꝓtestans se in eadē voluntate iugiter permanere: vbi reliquas habet litteras nouē. Sic totus psalmus memoratarū litterarū cōscriptione depictus est. Expositio.

Aleph. Beth. ETy.

ATe dñe leuaui aiam meā: deꝰ meꝰ in te cōfido non erubescā. Neq; irrideant me inimici mei]. Leuare: dicimꝰ sursum erigere. Ergo de terrena conuersatione vicijsq; carnalibus ad deū dicit ecclesia leuasse aiam suā: ad cōtemplationē scilz celestium rerū qua semp dñm pius animus intuet: qui facile humana despicit/qui diuina cōsperxerit. Erubescere est autē repētina animi ꝓturbatione ꝓfundi: subitoq; aliud respicere q̄ credebatur euenire. Petit ergo ne minor efficiatur in conspectu eius: que de ipsius pietate cōfisa est. Prudēt ꝺo intimici/qñ iustoꝝ cōfidentiā non vidēt esse cōpletā: ⁊ si aliter cedat q̄ securū esse ꝓdicebāt. Sperat ergo mater ecclesia: vt ꝓmissa sua prestet

DEF.

Bimel. Al. oēs inimici qui agētes supuacue.

dñs quatenus aduersarij eius: vnde eam irridere possint non habeant. Ridere enim plerūq; benigni arridere autem semper aduersarij est. [Etenim vniuersi qui sustinēt te: non cōfundent. Confundātur † iniqui facientes vana]. Expectare/est sub malorum patiētia deum viriliter sustinere: vt ille veniens in iudicio suo reddat/ qō deuoti animus expetebat. Sic ⁊ alius psalmꝰ dicit Expecta dñm viriliter age: ⁊ confortetur cor tuum ⁊ sustine dñm. Et respice: qꝫ per figuram Anadiplosin que latine dicit congeminatio dictionis: sermonē geminat ad decorē. In superiore quidē psalmo: in versibus factū est. hic autē in solis verbis est posita. Addidit Cōfundātur: ipsum verbū qō ꝓ fidelibꝰ in fine positum est: in parte iniquoꝝ fecit inimici. Sed illic optat ne veniat: hic petitur vt emergat. Faciētes vana/id est que a dño probātur aliena. Uanū enim dicimus: infructuosum atq; vacuū. [Vias tuas dñe † notas fac michi et semitas tuas edoce me]. Inter vias ⁊ semitas: nō parua distātia est. Vias enim dicimus: quas cōeantium generaliter licētia peruagat: que dicte sunt a vehēdo. Semite vero sunt que angusto calle dirigūtur: nec vulgo note sunt: sed occultis tramitibus ambulant. Dicta est enim semita quasi semi via. Qua propter vias dicamus ad vite ordinem ptinere: in quo ambulat ⁊ doctorū cōuersatio: ⁊ simplicij multitudo. Semitas autē legis intelligentiā debemꝰ accipere: que ⁊ paucis note ⁊ difficultate sut probant anguste. Sequit enim Edoce me. Qui sermo nō ad callem: sed ad legē magis noscit pertinere. [Dirige me in veritate tua et doce me: qꝫ tu es deus † salutaris meꝰ: ⁊ te sustinui tota die]. Singulis sermonibus: superiores sensus hic ꝓsus amplectit. Dirige me: ad vitā ptinet/doce ad sciam. Seqt Quia tu es deus salutaris meus: ⁊ te sustinui tota die: ꝓfecte breuiterq; nos imbuit. Que sicdē res sunt: que bonos efficiūt christianos. Prima: vt deū nobis salutarē credamus. Secūa: vt sub totius vite patiētia retributionē ipsius expectare debeamus. Tota die: ac si diceret: ob die scilz nō interpolato tpe: sed cōtinua vite significatione plarū. [Reminiscere miserationū tuarum dñe: et miserecordiarū tuarū que a seculo sunt]. Uenit ad secundū mēbrū pissima humilitate sua petens: quatenꝰ ꝺm cōsuetudinē eius misericordiā dñi consequat. Humano vsu ille dicit reminisci: qui nunq; potest aliquid oblitus fuerit. Nā qui sibi desiderat subueniri: largitore beneficij putat oblitum qñ aliqua fuerit dilatione tardatus. Subiunxit Et miserecordie tue que a seculo sunt. In his verbis preclara nimis et regularis nobis eluc cere videt sententia: qꝫ nullus suis meritis ad eiꝰ gratiā venit. Dicendo enī Miserecordie tue que a seculo sunt/ semp dñm miserecordiarū approbat largitorē: qui non ante merita hominū suscepit: ⁊ ꝓius sua dona concedit. Qēs quidē hereseos detestabili cogitatione reperte sunt. Pelagiani ꝺo malū qō sit ꝓnciosum: hinc dat itelligi qō tāta cognoscit assiduitate redargui. A seculo dicit/cū ceperit esse seculū: qñ administrari ceptꝰ est mundus. Seculū est enī mundi ordo decurrēs: qui ad futura tendens ꝓterita deserit. Hec aliq; in hebdomadis similitudine: septēnis annis determinādā esse putauerūt. Alij enī secula dicta eē volueruī: qꝫ in se iugiter revoluāt tpa. Et ne distinctiōes ꝓboꝝ ꝓtermittere videamur: miserationes attinēt ad operationes pias: misericordie vero ptinēt ad clementē naturā. Uñ rogat: vt vtrarūq; rerū suaꝝ memor sit dñs. [Delicta iuuētutis et † ignorātie mee: ne memineris. Scōm † magnā miserecordiā tuā: † memor esto mei deue]. Delictum quidā volūt leuꝰ esse q̄ petrā: dictūq; ab eo qꝫ via linquat eqtatis: nō tñ in summa criminū prauitate versek. Delictū est enī auidꝰ cibū sumere: ea chino incōpeten ter resolutioclosis verbis operā dare ⁊ cetera huiusce-

DEF. ꝺs. Al. saluator. Ihe. Al. ignoratias meas. Al. memēto mei tu. ETy.

modi que grauissima non videtur esse peccata: sed tñ cõstat esse prohibita. Iuuentutẽ vero nõ tñ floridam etatẽ posuit: sed precipitationis audaciã: que in illa etate facillima est: dũ calor animi modestiã cõuersationis excedit. Nã multi iuuenes mox grauitate maturi fiũt: econtra qdã senes leuitatis crimine maculant. Ignorantie autẽ dixit: qr multa facimus que mala esse nescimus. damusq; plerũq; ignari consilium: qs̃ ledat alterũ. Damus velut pro remedio egroto cibos: que vehemẽter affligũt. Ipsam quoq; legẽ frequenter offendimus ignorãtes: quã nõ licet ignorari dũ eam voluerit diuinitas a generalitate cognosci semp̃q; retineri. Alij autẽ dicunt delicta ignorãtie etiã ad paruulos ptinere cũ licet inualido sensu sopiti sint: tñ originali peccato probãtur obnoxii. Petit ergo vt delicta ignorãtie ad vindictã reseruare nõ velit: sed tanq; excedãt illimita ad iudicii non patiãt adduci. Ideoq; precat ecclesia: ne delicta meminerit: sed potius memor sit eius pĩe magnã miserecordiã suã. [Propter bonitatẽ tuam dñe]. Dicẽdo ꝓpter bonitatẽ tuã dñe fecit intelligi: nõ propter meritũ meũ. Unde nulli fas est aliq̃n presumere misi quẽ graviter contingit errare. Que figura dicit Emphasis: id est exaggeratio: sed hinc illa ei⁹ species est: que significat id qd nõ dicit. Mouetur ergo illius bonitas veraciter predicat: de quo scriptũ est. Nemo bonus nisi solus de⁹. [Dulcis & rectus dñs: ꝓpter hoc legem † statuet delinquentibus in via]. Dulcis est dñs: qr dum cunctos bñficijs preuenit: conuersionẽ tñ delinquẽtis expectat. Pluit eñ sup̃ iustos & iniustos: vitam tribuẽs his qui merebant extingui. Merito ergo dulcis dicit: a quo suauia dona prestant: sicut & alĩ⁹ps. dicit. Gustate et videte: qm̃ suauis est dñs. Dulcis eñ dictus est: ad similitudinẽ dulcium escarũ: quibus maxime delectat humanitas. Rectus est: qm̃ post frequentes increpationes: & longissimas expectatiões oblisit malis: humiliat supbos & impios: vt tandem aliq̃s sapiãt: & se errasse peniteãt. Dũ autẽ legem statuit: vtiq; dulcedinis & rectitudis fuit: qm̃ noluit errare quos maluit legis ꝓmulgatiõe corrigere. Sed ne ꝯ hãc districtionẽ crederet ex asperitate venisse: cõstituũ late legis exponit: id est bonitatis & dulcedinis. In via: id est in presenti vita vbi lex ponit: in qua recte viuere cõmonemur. [Diriget † mites in iudicio docebit † mansuetos vias suas]. Id est animo placidos: ad promissam facit beatitudinẽ puenire. Directus quippe dicit: q̃ de curuo rectus efficit. Dicẽdo autẽ mites: excludit supbos et elatos: sicut in euãgelio dicit. Beati mites: quia ipi possidebunt terram. Mansuetos vtiq; non superbos: qui cõtra iugum suaue: & onus leue noxia sibi libertate recalcitrãt: sed illos docebit: qui sine murmuratione faciunt que iussa cognoscunt. Inter mansuetos enim et mites: hec videt esse distãtia. Mites sunt: qui nulla furoris accẽsione turbant: sed in lenitate animi iugiter perseuerant. Mansueti autẽ dicunt: quasi manu consueti: hoc est tolerãtes iniurias: non reddẽtes malũ pro malo. Vias suas dixit: sed que sint vie dñi subsequẽter exponit. [Uniuerse vie dñi misericordia et veritas: requirentibus testamentum eius & testimonia eius]. Dum sint incõprehensibiles vie dñi: aptissime eas sub breuitate colligit. Quis enim ops eius enarrare sufficeret: quãta potentia celestia terrenaq; moderetur? Sed cũ ille non potuissent enumerari: sufficienter comprehensum est: vniuerse vie domini misericordia et veritas. Misericordia: quia preuenit cũcta bonitate. Veritas: quia omnia sub integritate diiudicat. Sed ne hoc putares cõmuniter conferendũ: sequit quibus possint talia conuenire: scilz requirẽtibus testamentũ eius: & testimonia eius. Quando singulari numero dicitur testamentum: aut vetus significatur: aut nouum. Hic ergo testamentũ nouum debemus accipere: testimonia ꝓ precedentiũ dicta ꝓphetarum. Testes enim fuerũt sacrarũ promissionũ: quas dñs aduentus sui manifestatione compleuit. [Propter nomẽ tuum domine propitiaberis peccato meo: † copiosum est enim]. Hoc bene ad personam refert ecclesie: cuius congregationem ex diuersis peccatoribus constat euenisse. Propter nomen tuũ dñe: q̃ Jesus dicendus erat: qđ lingua nostra saluator interpretat. Nomen siquidẽ ipsum salutis intelligitur esse ꝓfessio. Sequitur Copiosum est enim: id est cui nõ possis parcere propter se: sed ꝓpter tui nois sanctitatem. Sed dũ copiosum dicit peccatũ: abundãtissimum esse monstrat: quoniã cursu tẽporis semp̃ augetur: & nisi fuerit diuina miseratione subuentũ: ẽ tum vita protenditur: tantum humana fragilitate peccat. Et memoria recondet: qđ ecclesia dicit ꝓ parte membrorũ: copiosa sua esse peccata: vt qui se predicant esse mundos (sicut catheriste) intelligant se portionẽ cum sancta ecclesia non habere. [Quis est homo qui timet dominũ: legem statuit ei in via quam elegit]. Venit ad tertium membrũ: specialiter demonstratura qui sit qui timeat dominũ: aut quali munere gratulẽtur. Sed more suo interrogationẽ premittit responsura que competunt: Legem statuit ei. Ipse est quem volebat exprimere. Dicit hominẽ accepisse legem: qui ideo noluit metum adijcere: ne posset sub ignorantie securitate peccare. In via quã elegit: id est sanctitate propositi. [Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius † hereditate possidebit terram]. Quia iustis hominibus exutis corpore: non statim perfecta beatitudo datur: que sanctis in resurrectione promittitur: animã tamẽ eius dicit in bonis posse remorari: quoniã et si adhuc ꝑmia illa suspensa sunt: que nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascendit: modo tñ futuri premij certissima spe delectatione pascũtur. Sequitur Et semẽ eius hereditate possidebit terram. Istud iam futurũ premium absolute significat: quando semen eius: id est opera bona in eterna securitate recipientur: & possessio eius nulla vlterius expulsione turbabitur. Qui eñ aliquid ex hereditate tenet: firmissima possessione gloriatur. [Firmamentum est dominus timẽtibus eum: & testamentum ipsius vt manifestetur illis]. In hoc vetsiculo diligenter credentium animos mentesq; roborauit. Primo: quia humana consuetudo mutabilis est: firmamentũ eius dñs dicit futurũ: vt de se dubitare non debeat: cum tali ꝓmissione solidat. Sed vide qđ dicit Timẽtibus eum. Ista eñ supbis & audacib⁹ nõ ꝓmittit. Et intuere quã vim habeãt verba disposita. Humanus timor diffidentiã tribuit: diuinus autẽ spei firmamẽta cõcedit. Scõm istud est amplectẽdũ nimitsq; necessariũ: vt lex eius ipius nobis munere declaret: sine quo nec intelligere qcq̃ boni possum⁹: nec pficere laudãda ꝓualem⁹. [Oculi mei semp̃ ad dñm: qm̃ ipse euellet de laqueo pedes meos]. Post antefata premia beatorum: nunc ꝓcreplationẽ suã fuisse dicit semper ad dominum. Pulcherrime aũt cognoscit hec fcrã diuersitas. Solet eñ q̃ ante pedes suos nõ ituek: in laqueos irruere: aut in foueaꝝ hiatus icidere. Hoc aũt mirabiliter & vere aciter dictũ est: qr si caute ambulemus: pedes q̃ nostros dirigam⁹: si ad dñm iugiter oculos eleuemus: qm̃ ille respectus ab omni nos offensione reddit alienos,

Phe. [Respice in me & miserere mei: qm̃ vnicus et pauper sum ego]. Egregia sibi cõparatione respõdet: qr superius dixit Oculi mei semp̃ ad dñm: nunc dicit Respice in me: quẽadmodũ ego ad te: et miserere mei. Nam qui ad illũ semper respicit: exigit vt eũ miseratus ipse respiciat. Addidit quoq; misericordie amplissimas causas: qm̃ vnicus plus amatur: pauperrimus plus doletur. Quod de persona christiani populi cõuenienter dicit eccl̃a qui vnicus est ei: qr solus veracis fidei sacramẽta custodit. Pauper qm̃ a mũdi illecebris segregatus: nulla seculi ambitione refertus est. [Tribulationes cordis mei † dilatate sunt: de necessitatibus meis † eripe me]. Dilatara est eccl̃e tribulatio: dum cogitationes suas per mũdi calamitates vbi est seminata distendit. Necesse est enim vt copioso fasce deprimat: qui ꝓ multis affligit. De necessitatibus enim dicit: quas persecutorũ atq; hereticorũ patiebat insidijs. Hi sunt enim qui necẽ inferre cupiunt christianis. Suas enim recte dicebat: quas studio charitatis assumpserat. [Vide humilitatẽ meam & laborẽ meum: et dimitte † omnia peccata mea]. Vide. i. propius respice: Humilitas est vt ecclesie: qm̃ indisciplinatos et prauos docendo sustinet: & tectos atq; latẽtes patitur diuino reseruare iudicio. Labor enim ipsius est: qr multis persecutionibus multaq; cõtentione fatigatur: & semper prauoꝝ obiectionibus lacessita: nulla hic optate pacis requie conquiescit. Merito ergo post tanta que patit remitti sibi peccata sua deprecat: qr pie tolerantie duriissimus labor clemẽtia iudicis semper expectat. [Respice inimicos meos qm̃ multiplicati sunt: & odio iniquo oderũt me]. Dicẽdo respice inimicos meos: pro ipsis orat vt redeãt: qr quos ille respicit sine dilatione cõuertit: sicut in euãgelio petrũ dñs respexit vt fleret. Addidit causam: qr perire non debeant: qm̃ multiplicati sunt. Pauci enim crederent forsitan contẽti. Multoꝝ ꝓ perditio: sine maximo dolore nõ poterat sustineri. Sequitur Quia odio iniquo oderũt me. Ecclesiã reuera iniquo odio oderãt: qr dũ pro ipsis orationẽ funderet: illi tñ eã psequi nulla intermissione cessabãt. Et ideo addit odio iniquo: qr esse videt & iustũ: sicut est illud ꝓperfecto odio oderã illos. [Custodi animã meam & eripe me: nõ † cõfundar qm̃ inuocaui te]. Fidẽ suã petit ecclesia rectissimam custodiri: vt seruata ab scismaticis: nulla queat puersitate cõfundi: sed sine macula & ruga spõso suo ornata: fidei virtutibus offerat. Subiũgitur causa ꝓbabilis: qua petitionẽ suã cõsequit: qm̃ inuocauit dñm. Reuera non meret erubescere: que spem suã cognoscit in tãta virtute posuisse. Ipsum enim elegit inuocare: qui nescit pie supplicãtes abijcere. [Innocentes & recti adheserũt michi: qm̃ sustinui te † dñe]. Innocentes quidã intelligũt paruulos sacro baptismate regeneratos: qui adhuc nullis mũdanis cõuersationibus polluunt: sed in ipsa sanctitate trãseunt quã suscipere meruerũt. Rectos aũt illos accipi volũt: qui iam matura etate cõuersi: diuino munere a peccatoꝝ sunt laqueis absoluti. Sed cũ dixerimus ecclesiam variis hoim moribus esse cõpletam: quomodo hic dicit tñ innocẽtes & recti adheserũt michi: quasi & illos nõ habeat permixtos qui im probis moribus polluũt? Sed cõsidera põdus verbi istius: vt innocẽtes & rectos adhesisse sibi dicat: tanq; illi fuerint sociati atq; cõglutinati: qđ ab vtraq; parte mox ꝓbitas videtur efficere. Reliqui autẽ cũ labore tolerati sint potius q̃ adheserũt. Sustinui ꝙ dicit: viriliter passa sum in hoc mũdo frequentes angustias: sed vna michi fuit consolatio: te dñm sustinere. Et inspice vim versus istius: qr innocẽtes & rectos ideo sibi adhesisse dicit: qm̃ sustinuit dñm. Alioquin si poterat tales amare remisi & ipsa de tãta videret firmitate presumere. [Redime † me deus israel: ex oĩb⁹ † angustijs meis]. Cum dicit Redime me: adiuentum dñi saluatoris expescit: cuius sanguine redẽpta de diabolica est captiuitate liberata. Deus israel id est deus te videntiũ: qr ipsos reuera gratos habet: quibus conspectũ sue contẽplationis indulget. Subiungendo enim ex omnibus angustijs meis: nullam in se maculã desiderat inuenire: qm̃ aliter christo nõ potest cõiungi sancta sponsa: nisi fuerit vt victum est sine macula & ruga. Conclusio.

Psal. 138. Sin. Al. erubescã qm̃ speraui in te.

Tau. Al. non hs.

Al. multiplicate.

Al. erue.

Rea. Al. vniuersa delicta.

Al. non hz. Al. tribulationib⁹ suis

¶ Audiamus quẽadmodũ adhuc in angustijs huius mũdi posita: per totũ psalmum ad liberatorẽ suũ clamet ecclesia: et desinamus tribulationes impatiẽter ferre: cum ipsam matrẽ constet ꝓ nobis grauissimas angustias sustinere. Portemus aduersa dño iuuãte viriliter: speremus de eius pietate cõstanter: qr si nos in sponse partibus permanemus: deo largitẽte cum ipsa simul ad eterna gaudia puenie⁹. Numerus iste etiã bto duodenus: mysteria nobis superna declarat: quod. 24. seniores indefessis vocibus: laudes dño suaui modulatione concelebrent: cõmonens vt ad similitudinem eorum et nos psalmũ istum frequentata deuotione cantemus.

¶ Explicit expositio in psalmum. 24.

¶ Psalmus Dauid. xxv.

Iudica me dñe: qm̃ ego in innocẽtia mea ingressus sum: et in dño sperans non infirmabor. Proba me dñe & tẽta me: ure renes meos & cor meũ. Quoniã misericordia tua ante oculos meos est: & cõplacui in veritate tua. Nõ sedi cũ concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus nõ introibo. Odiui ecclesiam malignantium: & cum impijs non sedebo. Lauabo inter innocentes manus meas: et circundabo altare tuum domine. Ut audiam vocem laudis: et enarrem vniuersa mirabilia tua. Dñe dilexi decorẽ domus tue: & locum habitationis glorie tue. Ne perdas cũ impijs deus animã meam: & cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus. Ego aũt in innocentia mea ingressus sũ: redime me & miserere mei. Pes enim meus steterit in directo: in ecclesijs benedicam te domine.

Cum psalmus significet in actib⁹ nostris cõuenientiam spiritualium rerum: Dauid autem manu fortis atq; desiderabilis: totus hic textus ad perfectum aptandus est christianũ: qui dño largiente diuersorum laude meritoꝝ in ecclesia eius constanti ajo perseuerans: diuinis se beneficijs cõsolat. Sed tñ cum talis hymnus dicitur: necesse est vt ad christum dñm intelligẽtie virtute referatur. Diuisio.

Sanctus iste quē dicimus: primo modo psalmi: innocentiā suā respici deprecat: q3 cū iniquis hoibus non habuit portionē. Secundo supplicat: ne hereticis aut scismaticis in iudicio dñi misceatur: quoniā domum eius se dilexisse testatus est. Expositio.

Al. ego. Iudica me dñe quoniam † in innocētia mea ingressus sum: ꝛ in domino sperans non infirmabor]. Periculosa quidem iudicij videtur esse petitio: sed sequestratio malo3: que fit in examine dñi: cognoscitur a bono merito cōpetenter optari. Qua propter non est hic detestabilis arrogantia meritorum: sed iusta petitio seruiētis vt sequestretur a pessimis: ne cum malis habeat portionem. Postulabat enī vir sanctus iudicia: q3 certus erat de eius misericordia: sicut dicit apostolus De cetero reposita est michi corona iusticie: quā reddet michi dñs in illa die iustus iudex. In innocentia ꝛo sua ingreditur: qui sicut inferius dicit sperat in dño: nec de suis quicq3 viribus: sed de diuina largitate presumit. Sequitur huius rei decora probatio: q3 in dño confidendo infirmatū se esse non asserit. Hec est enī innocētia quam superius dixit. i. in dñi virtute confidere: ne posset eū aliqua infirmitas peccato3 ingrauare. [Proba me dñe ꝛ tēta me: vre renes meos ꝛ cor meū]. Proba ꝛ tenta: non presumptiue dicit: sed hoc emundationis gratia fieri postulatur. Nam qñ ille perscrutatur ꝛ tentat: facit nos peccatū intelligere nostrum: ꝛ ad fructū penitentie peruenire. Alioquin: si nulla nos in hoc seculo aduersitate cōmoneat: sub neglecto relinquim⁹ ea pro quibus satisfacere deberemus. Ipse enī subsequenter exponit: cur se probari ꝛ tentari desideraret: vtiq3 vt vrerentur renes ꝛ cor eius: quatenus delectationes ꝛ cogitationes humane verbi dñi calore purgarentur. Qui more fornacū victorū sordes absumens: alias hoim ad emundationē perfectissimi decoris adducit. Perscrutādū est aūt cur hic petat se debere tentari: cum in euāgelica oratione sit positū Ne inducas nos in tentationē? Due sunt igit tentationes. Una dñi qua bonos tentat vt eos cōpetenter erudiat: sicut legit in Genesi Tentauit dñs Abraam. Uel illud quod dicit Moyses Tentat vos dñs deus vester. Altera ꝛo diaboli est que semper ducit ad mortē. De qua precamur: ne in eius partes cecis mētibus inducamur. Bene ergo ꝓpheta petit dicēs: proba me dñe ꝛ tenta me: in ista parte que dñi est: vt non in illam tentationem diabolicā inducereturis: vbi sequitur: sed libera nos a malo id est ab ipso diabolo. [Quā misericordia tua ante oculos meos est: et complacui in veritate tua]. Hoc erat: vnde tentationum pericula non timebat: q3 misericordiā eius non poterat obliuisci. Jugiter enī sibi subueniri facit: cui collatū beneficiū ante oculos semper assistit. Qua de re etiā dño cōplacuisse se dicit. Complacere est aūt: cum sanctis dñi eternā gratiā promereri.

2. Dim. 4.

DEꝰ.

In prima parte psalmi penitēs loquit peccatū suum euidenter agnoscens: penā sibi merito districtionis indicens: qm̄ noxia facinora credidit occulēda: vbi breuiter principiū et narratio cōtinet. In secūda parte sola correctio est. Nam cū se p̄pria confessione damnauerit: a dño sibi credidit esse parcendū. Tertia parte penitudinis bona cōmendans: etiam sanctos in hoc mundo asserit dño supplicare. In quo sibi merito testatur esse refugiū: vbi et penitētis istius verba finiuntur. Quarta: dominus Christus ad eius ꝓba respondens: sperantibus in se misericordiam pollicetur: ne supplicātis integritas negligi aliqua dissimulatione putaretur. Que quattuor partes interiectis diapsalmatibus diuiduntur: quas in diuisionibus sequi nostri constat esse propositi. Expositio.

Beati quoq; remisse sunt iniquitates: et quorū tecta sunt peccata]. Penitens iste propria facta cognoscēs: et ad exempla illius publicani: qui tunso pectore oculos nō leuabat ad celū: totis viribꝰ humiliato corde suspirans: nec inuocare maiestatē p̄sumpsit: sed beatos dicit eos quibꝰ remisse sunt iniquitates. Hic absolutionē desiderās peccatoꝝ: nec tamē audēs similia postulare. Merito ergo vocat eos beatos: qui hec ante meruerūt. Hec enim species octaue definitionis est: que grece dicitur ΑΚΤΑ ΑΦΑΙΡΕΣΙΡΤΟΥ ΕΥΘΥΤΟΥ: latine per priuantiā contrarij. Beato siquidē peccata contraria sunt. Et quoniā hic dicit remissa: cōpetenter sub hac formula definitionis beatū virū cōstat expressum. Inter iniquitates ꝓ o et peccata: sanctus Hieronym⁹ in hoc psalmo hanc differentiam facit: Iniquitates dicēs: que ante susceptā fidē: siue per ignorantiā: siue per scientiam cōmittuntur. Peccata ꝓ o hec esse definiens: que post cognitionē fidei vel gr̄iam baptismatis ꝓtrahunt. [Beatus vir cui nō

Al.spiritu imputabit dñs peccatu: nec est in † ore eius dolus]. Et hūc beatū eadē species definitionis amplectitur. Sed scire debemus Alios esse quibus peccata reputantur: vt Paulo dictū est: Saule Saule: q̄d me psequeris? Et adultere mulieri in euāgelio: Uade & amplius noli peccare. Alios aūt esse manifestū est: quibus peccata non reputat: vt Job. De quo dictum est: Nūquid considerasti seruū meū Job: q̄ non sit ei similis in terra: vir iustus et simplex et timens deū? Act.9. Joan.8. Job.2.

Et Nathanael? de quo ait: Ecce vir israelita in quo dolus non est. Quapropter illā partē votis suis elegit: in quo nulla sollicitudine mordeatur. Oēs tamē per gratiā diuine misericordie ad hec dona puenunt: sicut Joānes apl̄us dicit: Si dixerimus quia peccatū nō habemus: nosipsos seducimus: & veritas in nobis nō est. Sequit aūt: Cui nō imputabit dñs pctū: scilz in cuius ore dolus non est: Ut est qui nulla sibi remissione placuerit: et cū sit peccator: ipse se predicit esse sanctissimū: quo morbo maxime laborat humanitas: sed sua potius delicta cognoscēs: in humilitate satisfactionis iugiter p̄seuerat. Ipse enim dño placet: qui sibi displicet: quia dum nos culpamus veriloquium: cum nos volumus laudare mendacū est. Hactenus fuere principia: in quibus misericordiā boni iudicis p̄ humilitatē nimiaz desiderauit acquirere. Sed nos in parte ista diuisionē nō ponimus: quia diapsalmata sequimur: que silentio spirit⁹ sancti noscuntur esse diuisa: dū & illa seruare possumus: & ista minime preterimus. [Qm̄ tacui inueterauerunt oia ossa mea: dū clamarē tota die]. Peracto igit breuiter vt competebat exordio: nūc penitens iste ad narrationē compendiosissimā venit: quam bene quidā cor: quidā animā causarū esse dixerūt: qm̄ per ipsas agnoscit quicquid in negocioꝝ virib⁹ medullitus cōtinetur. Dicit enim: Qm̄ nō sum tibi p̄fessus delictū: omnis firmitas mea in infirmitate cōsenuit: more vulneris corporalis: q̄s si nō aperitur ad curā in putredinē seruatur occultū. Ossa enim (sicut sepe diximus) significāt animi firmitatē: que merito inueterasse dicunt: qm̄ vicus nō fuerat salutari medico publicatū. Sequit aūt: Dum clamarē tota die. Cū superius se dicat tacuisse: hic iterū se clamasse profitet. Sed tacuit diuinitati cui iugiter supplicare debuisset: clamauit qui p̄ spatia longi temporis de sua iustificatione locut⁹ est. Tacuit ergo q̄ loqui fas fuit: locutus est q̄ tacere debuisset. Sic factū est vtrūq; culpabile: q̄uis videat esse diuersum. Memēto aūt: q̄ tota virtus huius psalmi cōtra hoc execrabile humani generis vitiū probat opposita: ne quis dño putet absconditū: q̄s in p̄scientie sue penetralibus recōdit occultū. [Qm̄ die ac nocte grauata est sup̄ me manus tua]. Peccatori grauis manus est que flagellat: & ponderosa quevindicat. Die ac nocte cōtinū tēpus significat: vt merito sensa fuit grauis que a castigationis pondere nō recessit. Aliter enim feliciter non esset humiliatus: nisi eum manus diuinitatis imprimeret. Manus enim p̄ tropologiā operationē significat: q̄ hoīm vsus est manib⁹ operari. Diuinitas enim nō manib⁹ aliq̄d agit: sed volūtatis sue virtute oia disponit & pficit. [Cōuersus sum in erumna †: dum † p̄fringit † michi spina]. Hoc est q̄d superius dixit: Uulnerauit me. Erūnosus enim dicit valde ruinosus. Ruina q̄ppe appellata est: quasi repetens ima. Cōuersus ergo fuerat in erūna: qui ceciderat de superbia: vt qui ante clamauit per elationem: nunc cōfiteatur dño per humilitatē. Cui ideo

Al.mea Al.p̄figit Al.non hz ETY.

salutis spes rediit: qm̄ in suis operibus mortifera facta cognouit. Spina est enim: que totū corpus erigit atq; recōtinet. Hec p̄ superbia merito posita est: que p̄fracta nō deiecit ad interitū: sed erigit potius ad salutē. Hoc argumētū dicit a necessitate: quādo cause grauissime premittunt: vt ad p̄fessionē p̄ficuā conrectus animus adducat. [Delictū meū cognitū tibi feci & iniustitiā meā nō † operui]. Sicut superius dixerat vnde fuerat vulnerat⁹: ita nūc veniens ad secūdā partē: refert vnde curā dño largiēte p̄ceperit. Ingenuosa simplicitas: & mira tergiuersatorib⁹ cautio: puritas. Illi dicit delictū fuisse manifestatū: cui nichil occultū est: ad quē plus clamat causa q̄s lingua: qui et si ab hoīe nō audiat: certius oīa nouit q̄s ille qui facit. Sed hoc est cognitū facere: in cōfessione delicta perducere. Operire est autē vtile aliquid silentio tegere: aut cordis dissimulatione celare. Hoc faciunt stulti: qui putant deū ignorare posse q̄s agūt. Cōtra: Qui illū nouerūt res oēs habere manifestas: ad humilē p̄fessionē & penitētie vota descēdūt: ne iudicē patiant infensuz: qui p̄ pitiū habere poterāt aduocatū. Delictū p̄o quidā leue putauerūt esse peccatū: quasi negligentius derelictū. Iniustitiā aūt immane aliqd seuūq; cōmissuz. Sed hic puritas p̄fitētis ostēdit: vt nec illud passus sit celare: q̄s credebat forte veniale. [Dixi: † p̄nunciabo aduersum me † iniusticias meas dño: et tu remisisti impietatē † cordis mei]. Hic magna pietas diuinitatis ostendit: vt ad solā p̄missionē deuotionis subito peccata laxauerit: quādo sic iudicat pium votū: quēadmodū operationis effectū. Dixit enim in corde suo dño nō tacere que gesserat: & tanq̄ iam cūcta p̄derit: ita illi remissa sunt q̄ voluit confiteri: merito quādo aliquē sola voluntas aut absoluit: aut punit. Pronunciabo dicit: publice fatebor: vt alios ad imitationē trahat pia fidelisq; cōfessio. Sequitur de accusatiōe p̄pria salutare remediū: quādo pepercit iudex cum sibi nō parceret reus. Impietas autē cordis fuit: quia tacere decreuerat: vt illi se crederet celatū: qui anteq̄ fiāt oīa potest habere notissima. [Pro hac orabit ad te ois sanct⁹: in tēpore opportuno]. Peracto igitur principio: narratione vel satisfactione: venit ad p̄clusionē deprecationis sue: in qua sic cōmendat venie postulationē: vt eam etiā sanctis oibus dicat esse cōmunē: merito qm̄ q̄ nō est a peccatis alienus: in supplicationib⁹ debet esse permixtus. O medicina salutaris: p̄tra morbos omnū peccatoꝝ diuersa remedia p̄estant egrotis. Hoc vno antidoto si pura mente sumitur: delictoꝝ oīm venena vincunt. Addidit: In tempore opportuno: in ista scilicet mundi vita: vbi cōuerti fas est. Nā in inferno (sicut superius in sexto psalmo dictū est) nemo p̄ficue dño cōfitetur. [Uerūtamen in diluuio aquarū multarū: ad eum non approximabunt]. Cū superius sanctus iugiter orare testetur: nūc pietatē istā negat diuersis suppstitionib⁹ concedendā. Diluuium enim aquarū multarū: est error hominum pessimorū: qui variis p̄auitatibus fluctuantes: multiplices sibi doctrinas cōstituunt: quas a vero magistro nullatenus acceperūt. Que sententia maxime hereticos arguit: qui in diluuio peruersitatis sue tēpestuosas et naufragas excitāt questiones. Et hi ad eum nō approximabūt: qm̄ a vera religione discedūt. Que figura dicit Metaphora: id est trāslatio: cum mutatur nomen aut verbum ex eo loco vbi proprium est: in eum in quo aut proprium deest: aut translatū proprio melius est. [Tu † michi es refugiū

Al.abscondi.

DEF.

Al.p̄fitebor Al. iniustitiā meā. Al.peccati

SCHE.

Al.non hz

Trigesimusprimus

Fol.xlvi.

Al.meum Al.tribulatione Al.erue DEF.

† a † pressura que circūdedit me: exultatio mea † redime me a circūdantib⁹ me]. Refugiū est: ad q̄s cōfugitur vt pericula declinent. Sed iste non ad solitudines inuias: nō ad munita castroꝝ: nō ad hois auxilia cōuolauit: sed ad deū qui circūeuntes spirituales inimicos poterat dissipare. Deinde gaudiū suum dicit dñm: a quo sibi nouerat esse parcendū. Nam q̄s ait: Redime me: nūquid ille aurū dat vt liberet? Sed dedit sanguinē pretiosum: nullis diuitijs: nullis opibus conferendū. Sed paulo sollicitius indagemus: quid nobis verba ista denūcient. Nam cū dicit: Exultatio mea: accepti beneficij videt esse p̄fessio. Dū subiungit: Redime me: adhuc periclitātis indicat timorem. Sed quia tam gaudebat in spe: & adhuc timebat i re: cōgrue vtraq; subiūcta sunt. Possumus enim animo gaudere: cuz mala p̄sentia nouimus fine celerrimo terminānda. Addidit: A circūdantibus me: siue vitijs carnalib⁹: siue spiritib⁹ immūdis: qui nos pdere precipiti velocitate festinār. Finita est cōclusio penitētis in timore p̄sentiū: et spe futurorū. Uenite oratores qui negocia humana artificiosa subtilitate tractatis videte reū se lachrymis diluentem: audite peccatorē cōfessionib⁹ absolutū: intelligite sententiā principis: nō salutē hois impetere: sed potius peccata damnare. Ista sunt tribunalia q̄ nullus redimit: ista sententia que nichil sub ambiguitate decernit. Tali modo portus causas vestras defendite: qui negando veritatē cū criminibus consuestis delicta vestra miscere. Cōuertite ordine seculariū iudicioꝝ: oratione vestrā ab epilogis incipite: peruersas flebiliter narrate miserias: correctione p̄tinus veraciter intimate: & tunc meremini gaudentes concludere: q̄s flentes feliciter inchoastis. Hinc enim intelligetis quid differat ordo iste saluatoris: quādo nichil potest sustinere cōtrariū q̄s terminatur in gaudiū. Nūc videamus in parte finitima quid et dñs ipse respondeat. [Intellectū dabo tibi & instruā te in via hac qua ingredieris: firmabo sup̄ te oculos meos]. Uenit ad quartā partē: vbi sermo dñi quasi mellifluus imber irroret. Sed consideremus q̄s apte: q̄s misericorditer Christus introductus est loquens: vt ipso iudice promittente: spes penitentibus certior appareret. Sed quid dicit in primis? Intellectum dabo tibi. Uides quia peccatores nō habēt intellectū: nisi quādo eū dño cōuersis propitiatus indulget. Intelligere est enim bene agere: & ad mādata dei vota cōuertere. Ipse enim intellect⁹ est: quē tituli veritas indicauit: quē penitentibus potestas dñi clementer infundit. Addidit: Et instruā te: quasi nescientē docēa: quasi inermē gladio vite salutaris accingā. Ante enim cū dño culpas taceret fuerat cōsilio destitutus: nūc aūt instruitur quādo cōtra se p̄nunciare p̄estante dño cōmonet. O penitētie inestimabilis medicina: que non solū a peccatis absolut: sed etiā sanctoꝝ p̄mia beata p̄cedit. Via est enim quā ingressus fuerat seruire dño: p̄ioris actiōis p̄auitate damnata: via que nō habet errorem nisi cū ab ipsa recedit: via pacis & veritatis quā beate virtutes cōmeant: vbi nulla facies peruersitatis accedit. Sequitur: Firmabo sup̄ te oculos meos: id est dirigā in te lumē intelligentie mee. Nam qui recte sapiens est: et mādata dñi sincera mēte perfecerit: iuste eius oculos sup̄ se habere perhibet. Quapropter aduertam⁹ quali gloria penitētiū exaltetur humilitas: vt dñi oculos supra se firmatos audiant: cū ei satisfacere velle festinant. [Nolite fieri sicut equus & mulus quib⁹ non

DEF.

est intellectus. In freno & camo maxillas eoꝝ constringe]. Hic tam gñaliter humanū genus cōmonent ne vagis subdatur erroribus. Sed p̄scrutemur: quare iste cōparationes sint positē: Equus sine discretione sessoris seruit arbitrio: et a quocunq; fuerit ascensus excurrit. Mulus autē patiēter accipit sarcinas quib⁹ fuerit oneratus: & p̄ hoc vterq; intellectū nō habent: q: nec ille eligit cui obediat: nec iste quib⁹ oneribus ingrauet intelligit. Prohibet ergo huiuscemodi hoies diabolicis fraudib⁹ insidere: & vitioꝝ oneribus p̄egrauari: ne male obediendo superbie magis partib⁹ addicantur. Uerum istis talib⁹ quid dicit esse faciendū? Scilicet q̄d aliis imprudentib⁹. Hoc enim cōparationib⁹ stultos homines periculi subdidit inuitos. Nā q̄s ait: in freno: ad equū p̄tinet. Frenū enī a fero retinēdo dictū est. Ferū quippe antiqui caballū dixerunt. In camo ad mulū respicit. Ergo hec duo animalia supradicta cohibent ista retinacula: vt ad arbitrū inbētis incedant: ne suis voluptatib⁹ eiserantur. Maxille p̄o adminicula sunt aliorū: quib⁹ esca mandit: vt corporis vita p̄curet. Ipsas ergo maxillas: per figurā allegoricā dicit inobedientib⁹ debere constringi: id est copias victuales parcius dari: vt ieiuniorū necessitate cōclusi: creatoris subdant imperio. Allegoria est enim: sicut sepe iam dictum est: quando aliud dicitur: & aliud significat. Et q̄m diximus in hac parte dñm Christū loqui: Cōstringe dicit patri: quia sancte trinitatis vnū velle: vna potestas: vna cooperatio est. [Qui nō approximant ad te. Multa flagella † peccatoꝝ]. In predictis adhuc cōparationibus p̄seuerat. Necesse est enī vt animalia indomita & frenū accipiant et flagella patiant: donec recto tramite viam carpere cōsuescant. Quodo aūt verboꝝ talis est: multa flagella sunt peccatoꝝ: qui nō approximāt ad te. Sed dicēdo: qui nō approximāt: ostendit quosdā peccatores dño p̄pinquare: qui licet delinquāt imbecillitate carnis: a p̄fo tū p̄cib⁹ non recedūt. Illi enī qui cōtumacie spiritu a dño secesserunt: tanq̄ paescentes obiecta: nec volentes ire per semitas rectas: multa flagella sustinēt: vt q̄s nō faciūt sponte: plagis adhibitis cogantur implere. Sed ista flagella sunt: que nos celeriter sanant: que nos velociter liberant: & in viā veritatis adducunt. [Sperantes aūt in dño misericordia circundabit]. Uenera diuina iustitia: non sperantibus flagella: sperantibus aūt in se misericordiam pollicetur: sicut & Ezechiel propheta dicit: Ego dño qui non sum malorū memor: tū: vt se quertat homo a via sua maligna: et ab omnibus iniquitatibus quas fecit: & viuet. Et bene dixit: circundabit: vt non sit locus relict⁹ vnde possit ad eos diaboli hostilitas introire. [Letamini in dño & exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde]. Hic potest fieri cathegoricus syllogismus: vt artis dialectice regule i quoddā diuinarū scripturarū seruitium: quasi fugacia mancipia reuocentur. Omnis iustus letatur in dño. Omnis qui letat in dño recto corde est. Omnis igitur iustus recto corde est. Meminerim⁹ aūt syllogismos vsurpandos non esse frequētius: quia diligens lector creberrime reperit in scripturis sacris: vnde eos si possit eicere: & in formā similitudinis quam prediximus collocare. Sufficit autē nos: q̄uis rarius ostendisse inter logicas artes hanc quoq; partem scripturas diuinas: & sic nō specie: virtute tamen p̄cludubio continere. Regulariter autem admonet: vt non in se iusti: sed letentur in dño. Nā qui in se gaudet: fallaci

SCHE.

SYL.

DOC.

sicut sepe dictū est presumptione decipitur: qui vo in
DEF. dño letatur: perpetua delectatione perfruitur. Letari est enim tacite mentis suauitate mulceri. Exultare est cōcitati animi feruore gaudere. Sequitur: Et gloriamini omnes recti corde. Et hic quoq; per figuram
SCHE. Apochinu; id est a cōmuni iungendū est: in domino gloriamini: scilicet vos ei esse subiectos: seruitumq; ipsius liberta; im vestram credite vel honorem: dum vos ipse nouerit is ad eterne beatitudinis pmia perducere. Considerandum est etiam q; gratia varietatis supra dixerit iusti: nunc recti corde. Omnes enim iusti & recti sunt corde: et rursus recti corde sunt sine dubitatione iustissimi. Qua propter cū hec diuidi nequeant: non est dubium causa varietatis apposita. Mater est enim saturitatis: eisdem verbis frequenter geminata repetito. Consideremus autē quid penitens iste meruerit: vt ipse illi manifesta voce responderet: cui totis viribus supplicauit. Ille pauloante prostratus: ille qui peccatorū fuerat mole compressus: inter iustos annumeratur: inter rectos corde recipitur: vt quāto pius satisfaciendo fuerat humiliatus: tanto post veniam videatur excelsus. Quapropter iam ipse beatus est: qui hic sententia pyssimi iudicis noscitur absolutus. Conclusio.

¶ Consideremus modo virtutē psalmi huius: qd decē versib⁹ supplicando diuinum meruerit sine aliqua dilatione responsum. Forte decalogi cōmonens operationem: vt sicut ille custoditus vocat ad premiū: ita & hec compuncto corde fusa precatio ad indulgentie nos vota perducat. Legam⁹ ergo seduli: & cordis cōpunctione plangamus. Quis enim maiore auiditate meditandus est: nisi in quo voce tanti iudicis peccata soluta sunt? Hoc enim iste pcipuū: iste cōtinet singulare: qd alij penitentiū in conclusione psalmi instinctu diuine compunctionis exultant: hic vo ipse misericordiam: ipse letitiā pmittit: cui cum magno desiderio supplicatur. Qua propter assidue nobis & grata importunitate rogandus est: qui etiā promissa nobis in euāgelio parabola pollicetur: Petite & dabit vobis: querite
Luce.11. et inuenietis: pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: & qui querit inuenit: & pulsanti aperietur. Unde quis iam rogo debet de fidelissima supplicatione diffidere: cum regalis pietas dignata nos fuerit trina promissione firmare?

¶ Explicit expositio in psalmum .xxxi.

¶ Psalmus Dauid. xxxij.

Exultate iusti i dño: rectos decet collaudatio. Confitemini dño in cithara: i psalterio decē chordarū psallite illi. Cantate ei cāticū nouū: bene psallite ei in vociferatione. Quia rectū est verbū domini: & omnia opera eius in fide. Diligit misericordiam et iudicium: misericordia domini plena est terra. Verbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eor. Cōgregans sicut in vtre aquas maris: ponens in thesauris abyssos. Timeat dominū omnis terra: ab eo autem cōmoueantur omnes inhabitantes orbem.

Quoniam ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Dominus dissipat consilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum: & reprobat consilia principum. Consilium autem domini in eternuz manet: cogitationes cordis eius in generatiōe & generationē. Beata gens cuius est dominus deus eius: populus quem elegit in hereditatem sibi. De celo respexit dñs: vidit omnes filios hominum. De preparato habitaculo suo: respexit super omnes qui habitant terram. Qui finxit singillatim corda eorū: qui intelligit omnia opera eoruz. Non saluatur rex per multā virtutē: & gygas nō saluabitur in multitudine virtutis sue. Fallax equus ad salutem: in abundantia autē virtutis sue nō saluabitur. Ecce oculi domini sup metuentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius. Vt eruat a morte animas eor: et alat eos in fame. Anima nostra sustinet dominū: quoniā adiutor & protector noster est. Quia in eo letabitur cor nostrum: et in nomine sancto eius sperauimus. Fiat misericordia tua domine super nos: quemadmodum sperauimus in te.

Hic titulus oīno not⁹ est: & ideo lector sequatur in eo expositionē priorē. Illud tū necessario cōmonemus: qz in hoc psalmo hortat pphet a per cōparationes quasdā ad psalmodiā ecclesiam fidelē: enumerās potētiā factaq; creatoris: vt ad laudes ei⁹ auidius festinet: cū virtutē ipsius pietatēq; cognoscit. Diuisio.

Est totū quidē psalmū prophet a loquitur: sed in prima sectione cōmonet iustos: vt in dño debeant tota mentis alacritate gaudere: qui creaturas suas mirabili potentia dinoscitur continere. Secūda sectione exclamat / beatū esse qui ad eius culturam meruit pertinere: significans tempora christiana: in quibus erat multitudo gentiū creditura. Expositio.

†Audete iusti in dño: rectos decet collaudatio]. Beatus Dauid ecclesiā catholicā ab hereticor cōtagione diuisungens: rectos cōmonet christianos: vt nō in terrenis delectationibus: sed gaudeant semp in dño: vbi gaudia cōtinua suauitate perfecta sunt. Nam cū presentis seculi afflictione deceant/dicit iustis: gaudete. Sed quo gaudio nisi illo quo dñs monet: Cum Matth.5.
vos persecuti fuerint homines: & dixerint oīne malū aduersum vos mentientes propter nomen meū: gaudete et exultate q; merces vestra copiosa est in celis. Sic & apls gaudendum nobis incessanter affirmat. Ait enim: Gaudete in dño: iterū dico gaudete. Nam Phil.4.
ista repetitio illud significat: vt & hic in afflictionibus gaudeamus: et in illo regno perpetua pace letemur. Unde & dñs in euangelio dicit: Iterū videbo vos: et Joan.16.
gaudebit cor vestrū: & gaudiū vestrū nemo auferet a vobis. Addidit q; : Rectos decet collaudatio. Sed qui sunt isti recti: in secunda parte dicturus est. Nam

quod ponit: rectos decet collaudatio: ostēdit prauos hereticos dicere nō posse: sicut & alius ppheta dicit:
Eccle.15. Nō est speciosa laus in ore peccatoris. Collaudatio
ETY. vo multor ore vna laudatio est: dictū ppter vnitatē ecclesie quā predicat vbiq; seruari. Cum dicit/decet: significat hoc aptū: hoc esse pueniens: vt q dñi laudē decantat: similiter illi et fidei rectitudine et actuum probitate cōplaceat. [Confitemini dño in cithara: in psalterio decē chordarum psallite ei]. Isti sunt iusti:
DEF. quos superius dixit: & qui sanctis actibus laudes dñi devota modulatione decantant. Cithara est (sicut in prefatione iā dictū est) lignei vētris in imo sita cōcauitas: que sursuz chordarū fila trāsmittēs: sonis dulcissimis percussa ploquit. Que ideo tale nomē accepit: qsi cita iteratione pcutitur. Ipsum merito comparantur opera que de terrenis reb⁹ ad supernā gratiā porriguntur: id est dū esurientē pascim⁹: dū nudū vestimus: dū egrotū visitamus: & cetera que licet videantur carnalia: diuinitatis tū amore peragunt. Citharizamus quoq; cū in passionib⁹ nostris: vel damnis securi aut leti dicim⁹: Dñs dedit dñs abstulit: sicut do-
Job.1. mino placuit ita factū est: sit nomen dñi benedictū. Psalterū vo decachordum esse diximus: qd ordine verso altū citharе in superiorib⁹ habet: vnde ad inferiorē partē canora fila descēdūt. Cui pcepta decalogi pertinēter aptant: qz vm formā instrumēti huius de supernis venientia dñi iussa suscipimus. Et ꝓsidera: qz solū est instrumentū musicū: qd pro excellentia sui decachordū dicat. Nō enim hoc de cithara vel de aliis huiusmodi instrumentis lectū esse meminimus. Decachordū vero psalterū: sicut veteres dixerūt: et illud nobis indicat sacramentū: vt referamus tria ad
Exo.20. deū: qui trinitas est: id est Primū qd ait: Non habebis deos alienos cora me. Secundū: Non facies tibi sculptile. Tertiū: Non assumes tibi nomen dei tui in vacuū: In quo iūgit & de sabbato. Septē vo que sequuntur ad dilectionē dixerūt primi pertinere: id est Honora patrē tuū & matrē: Nō occides: Nō mechaberis: Non furtū facies: Non loqueris ꝓra proximū tuū falsum testimoniū: Non cōcupisces domū proximi tui: Nec desiderabis vxorē eius &c. Sic totius decachordi psalterij virtus perfecta nobis & honorabilis indicat. Psallimus quoq; et decē chordis: quādo
DOC. in quinq; sensibus carnalibus: & in quinq; spūalibus pbabili nos cōuersatione tractamus. Verū ista que dicim⁹ nō sunt extra nos posita: sicut in musica disciplina. In nobis est cithara: in nobis est psalterium: Immo ipsa organa nos sumus: quādo ad similitudinem eor per gratiā dñi: actuū nostroū qualitatē tractamus. Hoc aūt & illo exemplo datur intelligi: vbi ait:
Ps.56. In me sunt de⁹ vota que reddā laudes tibi. Hec aūt et his similia sicut sepe diximus tropicis allusionib⁹ educuntur. [Cantate ei canticū nouum: bene psallite
Al. vociferationis ei in †iubilatione]. Nouū canticū dicit incarnationē dñi: qua mundus salutari exultatione completus est: qua angeli canoris vocibus personarūt: laudātes &
Luce.2. dicentes: Gloria in altissimis deo: et in terra pax hominibus bone volūtatis. Monet ergo vt nos eadē & dicere debeamus & credere. Sequitur: Bene psallite ei in iubilatione: id est bonis operibus deū invocate.
DEF. Jubilatio est enim gaudiū cum feruore animi & clamore indistincte vocis expressa. In qua iubilatione nō potest bene psallere: nisi qui bene studiū cōuersationis adiunxerit. Et inspice salutarē doctrinam: que nos ita premonet vt ante deū inoffense psallere debeamus: qui renes nostros & corda cognoscit: ne magis inde grauius possimus offendere: si scelerati atq; subdoli ad tāta mysteria videamur accedere. [†Quia Al. Quia rectus est sermo domini & omnia opera eius in fide]. Ille ctū est ꝓbū
Hic incipit per demonstratiuū genus laudes dñi diuersa relatione discurrere: vt oīa nobis opera ipsius et precepta dulcescerent. Rectus est itaq; sermo dñi: ad dirigēdos scilicet hoies. Veraciter enim rectus dicitur: qui rectos facit. Epitheton mirabile: veriloquū verbū. Per legē siquidē diuinā corrigimur: per ipsaz a nostra prauitate separamur. Et regulariter tūc viuimus: quādo eius tussionib⁹ obedimus. Hec quinta
DEF. est species definitionis: quā greci Cata antilexin: latine ad verbum dicimus. Una enim parte orationis definitum est quid sit sermo dñi: hoc est rectus. Subiungit: Et omnia opera eius in fide. Utiq; quando in illis operatur: qui ipsius dono fideles esse meruerūt: sicut in euangelio ait: Fides tua te saluam fecit. Non Luc.7.
enim opera dñi mulier illa meruisset: nisi precessisset fides per gratuitā largitatē. [Diligit misericordiā et iudicium: misericordia dñi plena est terra]. In hoc & sequentibus versibus: per tertiā speciē definitionis: que grece peotes: latine qualitatiua dicitur: dominū declarat narrādo que fecerit: vel que quotidie facit. Illas enim res dicimus diligere: quas sepius operamur. Ita hic de dño canitur: Diligit misericordiā et iudicū: quasi nō & prudentiā & temperantiā diligat. Sed quia istam nobis frequēter indulget: ipsam dicitur oīno diligere. In hoc ergo mundo diligit misericordiā: vbi eam longe lateq; disseminat: videlicet vbi sustinet peccatores: vbi blasphemos patiēter expectat: vbi vitam prestat indignis: & his similia: que pietati superne constat oīmodis applicanda. Diligit quoq; iudiciū: cum pios sequestrat ab impijs: et merita eorū equitatis qualitate discernit. Sequitur vbi illā quā superius dixerat misericordiā largiatur: cū misericordia dñi plena est terra. Isti vtiq; que miseros continet vbi diaboli oppugnatione laboramus: vbi a mandatis celestibus carnis imbecillitate subtrahimur. Tūc enim quā misericordiā postulare possumus: cum iam nullis necessitatibus ingrauamur: & hic ergo misericordiam queramus: de qua vniuersa terra impleta est. [Verbo dñi celi firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eor.]. Quānis et ad conditionem rerū versus iste pertinere videatur: tamē & spiritualiter decēter accipitur. Verbo dñi: hoc est a filio dei: celi firmati sunt: id est apostoli: siue sancti stabiliti sunt: qui orbē terrarū salutari pdicatione comperient. Sequitur: Et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Utiq; quando ab spiritu sancto eorū doctrina veniebat. Virtus enim & ad miracula pertinet que faciebant: et ad legē dñi quā gentibus predicabant. Nam si diligētius perscrutemur: & sanctā hic significat trinitatem. Dicendo enim verbo/ filium declarat: adiungendo dñi/patrem dicit: spiritu oris eius: vtiq; spiritū sanctū vult intelligi qui ante tempora de patre processit: Et vt in tribus personis manifestam intelligeres vnitatē/eius dixit: non eor. [Congregans sicut in vtre aquas maris: ponens in thesauris abyssos]. Quod ait: Congregans sicut in vtre aquas maris: si ad ham velis aduertere: clausum significat mare littoribus. Nā si hoc spiritualiter velis agnoscere: ETY.
vter est exutū pecoris tergus: quod vsibus humanis deseruit ad liquores aliquos cōgregandos. Ille vter ecclesie comparatur: quia sicut iste susceptas aquas:

sue aliquid tale complectit: ita ꝛ illa adunatione populi credetis includit. Aque ꝯo maris: populū significant christianū: qui in mūdi salo fluctuante cōcutitur. Abyssum ꝯo dicimus nimis aliquid profundum: qđ altitudine sua humanos in se descendere nō permittit aspectus. Ergo in thesauris suis: id est sapientie ꝛ scientie posuit altitudines ꝓfundas: vt ꝓbet quis eius scripturas studio pietatis inḡrat. [Timeat dñm omis terra: ab ipso aūt cōmoueantur † vniuersi: ꝛ oēs † qui habitāt orbem]. Terra hic durū significat per ois peccatoꝝ: q̄ merito terra dicit: quia celestis gratie largitate fraudat. Ergo peccator iste terren⁹ qui amare nescit: timeat dñm: vt si nō desiderio premioꝝ a peccatis abstinet: saltē vindicte ꝓsideratione reuocetur. Dicēdo em̄ Ab ipso: indicat ꝛ a diabolo cōmoueri: de quo ꝛ Esaias dicit: Hic est q̄ cōmouebat terrā. Quapropter ꝓpheta petit a dño ois commoueri: q̄ oē qđ ei⁹ ordinatione disponit: reb⁹ semp vtilib⁹ applicat. Sed licet prius dixisset gn̄aliter ois: nūc descēdit ad hoīes. Nā q̄uis vniuersa ei⁹ imperio administrari egeāt: maxime humanū genus qđ a natura sua deprauatū surripientibus vitijs: culpis ꝓbat obnoxiū. [Qm̄ ipse dixit ꝛ facta sunt: ipse mandauit et creata sunt]. Reddit causam q̄re a dño debeāt ois cōmoueri: q̄ eoꝝ ipse creator est: ꝛ necesse est vtiliter administret existentias: qui eas dignatus est creare per gratiā. Dixit ꝛ facta sunt: significat initium rerū quādo vniuersa filij ipsius imperij iussa prouulerūt. Ipse mādauit ꝛ creata sunt. Per ꝓphetas vtiq; mādauit legē per quā fideles dño volēte creati sunt. Videos q̄ salubriter ꝓphēta a deo petyt ois cōmoueri: qui solus creaturarū suarum potest esse misericors. [Dñs dissipat cōsilia gentū: reprobat aūt cogitationes populoꝝ: ꝛ reprobat ꝓsilia principū]. Dissipat re uera cōsilia que mala vel pessima sunt: nā bona semp adiuuat atq; cōfirmat. Nimis apta suis causis verba iūguntur. Dissipauit ꝓsilia gentū: quādo eas in idoloꝝ cultura nō pmisit diutius pmanere. Reprobauit cogitationes populoꝝ: quia licet voluntas iudeoꝝ in nece dñi nefanda cōpleta sit: resurrectione tamen ipsius ꝓstat esse reprobata. Post etiā de principibus dicit: siue de tyrānis: qui legē dñi seuis persecutionibus impetebāt: siue de spiritib⁹ imundis: quoꝝ ꝓsiliū semp in malo est. [Cōsiliū † ꝯo dñi manet in eternū: cogitationes cordis ei⁹ in † seculū seculi]. Sicut hominū prāua consilia dixit esse frustranda: ita nunc in eternū dicit dñi permanere disposita. Peccator enim et mortalis homo caduca sapit: eternus dñs nulla re prehendenda cōstituit: sicut Esaias dicit: Omne consilium meū stabile erit: ꝛ omnia quecūq; cogitaui efficiā. Idē ꝛ Hieremias dicit: Si non esset testamentum meū in custodia die ac nocte: precepta celi ꝛ terre non dedissem. Cōsiliū ꝯo ipsius bene intelligimus incarnationis arcanū: qđ ad cōsulendū humano generi cōstat esse cōcessum. Hoc nulla etate dissolvitur sed in eternū manet: quia triumphalis mos⁹ dñi: diabolicū perenniter extinxit exitiū. Cogitationes aūt cordis eius: significat predestinationē in qua cuncta reposita sunt: que vel fuerūt: vel sequentibus seculis futura succedunt. Hic enim gestat ordinē rerum: qui permanet in seculū seculi. Cui sententie illi merito cedunt: qui vnā naturā in Christo dño mentiuntur. Nā si cōsiliū eius stabile est: ꝛ cogitationes cordis ipsius permanēt in seculū seculi. Cōstat aūt incarnationis arcanū: eius cogitationē eiusq; fuisse consiliū: necesse est vt forma humanitatis assumpte: vnus filij⁹ in duabus naturis distinctis: perfectis atq; adunatis sicut cepit in vnitate persone semp existat. [Beata gens cuius est dñs deus ꝛ eoꝝ: populus quē elegit in hereditatē sibi]. Venit ad scām membrū: in quo dicturus est qđ in primo versu ꝓposuit: qui sint recti: aut quos decet dñi collaudatio. Gentem itaq; dicit pertinentē ad Hierusalē celestē: quā adunatā cōstat ex oīm̄bus gentib⁹. Ipsa vtiq; beata est: a qua deus vere colit: ꝛ oīm dñs adoratur: id est qui eos protegit: ac gubernat. Hereditas quidē dicit ꝛ cū dimittit alteri et cū adit. Sed populus christianus hereditas est acquisitionis: nō dimissionis: quia eū auctor suus possidet: quē predicationibus sanctis ꝛ pretioso sanguine cōquisiuit. [De celo respexit dñs: † ꝛ vidit omnes filios hoīm]. Hic aduētus dñi futurus exprimitur: per figurā que grece Idea: latine species dicit: quando velut effigiē rei future oculis offerentes: animi votū ad audiendi studiū ꝓcitamus. De celo em̄ ꝓspexit dñs: quādo ꝓprij filij donauit aduentū. Non em̄ homo respexit ad dñm: sed dñs ꝓspexit ad hoīem. Prospicere est siquidē postea positū cōspicere. Qui reuera peccatis erat diuisus: ꝛ qđ dictu nefas est: reddit⁹ fuerat a suo creatore longinquus. Nam qđ ait: ꝛ vidit: gram significat misericordis. Illos enim videre dicimus: quibus ꝛ aliquid prestitū esse declaramus. Et ꝓsidera q̄ nō dicit visa peccata: sed filios hominū. Nā cū delicta respicit punit: cū hominē intuet absoluit: sicut in. 50. psalmo dicturus est. Auerte faciē tuam a peccatis meis. Et alibi: Ne auertas faciē tuā a me. Unde nobis intelligēda atq; retinenda est salutaris ista diuersitas. [De preparato habitaculo suo: respexit super oēs qui habitant † orbem]. De futuro corpore dñi tunc dicebat. Nam dum omnia que ordine veniente succedunt: in predestinatione fuerint cōstituta: quāto magis incarnationis eius miraculū ante secula ꝓbatur fuisse dispositū: qđ periclitanti mūdo quē disposuerat facere poterat subuenire. [Qui finxit singillatim corda eoꝝ: qui intelligit † in omnia opera eoꝝ. [Finxit corda: quibus intelligentie sue dona largitus est. Fingere enim dicimus chiroplastos: qui formulas quasdam ad operationis sue vota componūt. Sic et dñs mentes iustorum format atq; disponit: vt ad misericordie sue dona ꝓducat. Singillatim: id est diuisim atq; distinctim. Corda eoꝝ: scilicet sanctoꝝ: sub dñi timore viuentiū. Sequitur: Qui intelligit in omnia opera eoꝝ. Intelligit vtiq; quādo actib⁹ bonoꝝ premia digna restituit. Dicendo ꝯo: in omnia opera: significat cogitationes: dicta vel facta: quib⁹ bonū malūq; semper operamur. [Non † saluabit rex per multam virtutē: † nec gygas † saluus erit in multitudine † fortitudine sue]. Regē dicit hominē cōtinentē: qui q̄uis regat corpus suum miseratione diuina a vitijs carnalib⁹: tamē saluus fieri non potest dū de sua virtute presumpserit. Juste enim virt⁹ humana deserit: quando datū bonū atq; pfectū non largitori deo: sed propriis viribus applicatur. Idē gygantē vult intelligi: qui virtutū magnitudine roboratur: qui ꝓtra immanitatē diaboli assidua dimicatione confligit. Qui merito gygas esse dicit: a quo talib⁹ spiritib⁹ obuiat. Sed iste quoq; qui iam gratia dei suffragāte multos spiritus fugat: saluus esse non poterit: si velut gygas superbie vitio subleuatus (quo fragilis raptatur humanitas) de meritorum suorum virtute presumpserit. Sed q̄uis gygas latino sermone terrigena dicat tamen ꝛ in bono poni manifestū est. Legitur enim de Christo: Exultauit vt gygas ad currendā viā. [† Falsus equus ad salutē: in abundantia autē virtutis sue non † erit saluus]. Equū ponit ꝓ felicitate mūdana: que hoīes sic portat: tanq̄ si equinis gesticulationib⁹ peruehant. Hec aūt humana spes sic decipit: quēad modū falsus equus: qui cū iactando se gradit: ruinā subito quā non opinatur incurrit. Et quare sit falsus equus: exponit. Ille em̄ cū capos appetit: dū pedes prepropera festinatiōe prmiscet: salutē sessoris sui nō valet custodire: q; ferutda nimis incauta sunt: ꝛ q̄ sub modestia nō gradit: ruinosis casibus semp exponit. Falsus em̄ dict⁹ est equus: eo q; solet in se fallere presumētes. [Ecce oculi dñi sup † timētes eū: † sperātes in misericordia eius]. Oculi dñi ponunt ꝓ voluntate diuina: quia quos gratos habem⁹: ipsos sine dubitatione respicimus. Ecōtra ab illis aspect⁹ auertimus: qui nostris mentibus horruerūt. Ergo oculi dñi sunt sup timentes eū: q; pietas ipsius eos ꝓtegit quos se timere cognoscit. Sed qm̄ dixit de timentib⁹: oportune sequit de amantib⁹: quia vtrūq; in dñi dilectiōe ꝓiunctū est. Nā qui deū bene timet ꝛ amat: qui bene amat ꝛ timet. Res iste in humanis actib⁹ diuidūtur: ceterū in celesti deuotiōe sociate sunt. Qui sint enim timentes exponit: id est sperātes in misericordia ei⁹. Qđ argumentū dicit ab aduersis: Aduersū est enim timere dñm: ꝛ sperare in eo: Que res mutua ꝛ insolubili societate cōnectit. [Ut † eripiat a morte animas eoꝝ: ꝛ alat eos i fame]. Duo ista sunt vota fidelissimi christiani: vt in futuro iudicio eripiat a morte perpetua: ꝛ hic spiritualib⁹ alimonijs trā sigat. Eripit enim a morte animas iustoꝝ: cū eas tollit de potestate diaboli: cū per indulgentiā efficit liberos: quos peccati dñatio fecerat esse captiuos. In fame aūt eos alit: qui in hoc mūdo vbi bonarū rerū indigētia est: spūali cibo nutrire nō desinit quos redemit. Alimentū q̄pe dictū est: quasi mentis nutrimentū. In fame enim sunt positi: qui se celestiū rerū desiderio semp accendunt. O fames illa multū satura: ꝛ sine penuria ꝓbabiliter semp auida. Esuriunt em̄ beati: nō quia dñica dape ieiuni sunt: sed q̄rendo iugiter inardescūt: quia dñi appetitione ꝓficiūt: sicut euangelista dicit: Beati qui esuriunt ꝛ sitiunt iusticiā: qm̄ ipsi saturabūtur. [Anima † aūt nr̄a sustinet dñz: qm̄ adiutor ꝛ protector noster est]. Cum dicit sustinet: patientiam significat christiani: vt inuitati iusti: futuris ꝓmijs ꝓstāti animo perseueret. Sed intelligamus qualis ista virtus est: quā seruare totiēs cōuenimur. Patiētia est siquidē: que gloriosos martyres facit: que fidei nostre bona custodit: que oīa vincit aduersa: non colluctando sed sustinēdo: nō murmurādo sed gr̄as agendo. Hec deceptricē luxuriā cōprimit: iram feruidā vincit: vastatricē humani generis inuidiā tollit: mā suetos efficit benignis cōpetenter arridet: purgatoꝝ hoīes ad illa premia futura cōponit. Ipsa est que fecem totius voluptatis abstergit: ipsa est que limpidas alias reddit. Per ipsam Christo militamus: per ipsaz diabolū vincimus: per ipsam beati ad celoꝝ regna pueniunt. Scriptum est enim: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Sequitur: Qm̄ adiutor ꝛ protector noster est. Adiutor est: dū ad eū ipsius gratia suffragante conamur accedere. Protector: dum resistimus aduersario. Securus ergo sustinet deū: qui tali promissione fulcitur. Et cōsidera: quia post oīa precepta patientiā ponit: vt viriliter cuncta toleremus: qui de tam magni premij largitione ꝓfidimus. [† Et in ipso letabitur † cor nostrū: ꝛ in nomine sancto eius † sperabimus]. Ne quis de predicata patiētia mussitaret: ne quis se rediosa volūtate ꝓfunderet: sequit magnifici ꝛ suauissimū munus: quia ipsa expectatio habet premiū suū: quādo ipse sustinens letat in dño. Addidit: Et in nole sancto eius sperabim⁹: id est in Christo qđ patienter sanctissimus ꝓphera sustinuit: et letabatur esse venturū. Sperabimus aūt: cōtinuū tēpus ostēdit: quia nō est fas ibi desinere: vnde semp potest anima fessa recreari. [Fiat dñe misericordia tua sup nos: † sicut speramus in te]. Hīs verbis incarnationem dñi desiderabat impleri: quā flagranti spiritu magnopere sustinebat. Sed mīrēde q̄s copiosum munus est qđ ditauit genus humanū: qđ angelorū choros leticie iocūditate compleuit: qđ etiā ipsa inferna sensērūt. Petit enim desideria sua debere fieri vt posset perfectissimus inueniri. Addidit In te: vt omnes superstitiones: omnes prauitates excluderet: cum ꝯo domino supplicaret.

Conclusio.

¶ Quam melliflue voces audite sunt: q̄s salubriter nobis psalterium celeste cantauit. Tales siquidē mandatoꝝ chordē sonuerūt: vt si eas interius auris⁹ recipiamus: ꝛ nos in eis dauitice lyre curatione purgabimur: fietq; nobis Saulis illa mundatio: vt fugatis imundis spiritib⁹: abluta mēte dño seruiamus. Habēt enim beati musicā suā: que anime fidelis intrat auditū: cuius nō deficit sonus: cuius nō lassat intentio. Relinquite ergo spectaculoꝝ amatores mortiferas voluptates: ad hec magis gaudia: ad hec mysteria cōuenite: vt cithara et organū virtutes exercitat: non desideria prauе voluptatis instigant.

¶ Explicit expositio in psalmum. 52.

¶ Psalm⁹ Dauid cū mutauit vultū suū coram abimelech: ꝛ dimisit eū: ꝛ abijt. xxxiij.

Benedicam dñm in omni tempore: semper laus eius in ore meo. In dño laudabitur anima mea: audiant mansueti ꝛ letentur. Magnificate dñm mecum: ꝛ exaltemus nomen eius in idipsum. Exquisiui dominū ꝛ exaudiuit me: ꝛ ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Accedite ad eum ꝛ illuminamini: et facies vestre non confundentur. Iste pauper clamauit et dominus exaudiuit eū: et de omnibus tribulationibus eius saluauit eum. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum: ꝛ eripiet eos. Gustate ꝛ videte quoniā suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo. Timete dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum. Diuites egerunt et esurierūt: inquirentes autem dominū non minuentur omni bono. Venite filij audite me: timorem domini docebo vos. Quis est homo qui vult vitā: diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam a malo: ꝛ labia tua ne loquantur dolum. Diuerte a malo et fac

bonum: inquire pacem et persequere eam. Oculi domini super iustos: et aures eius in preces eorum. Vultus autē domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriā eorum. Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Juxta est dominus his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu saluabit. Multe tribulationes iustorum: et de omnibus his liberabit eos dñs. Custodit dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur. Mors peccatorum pessima: et qui oderunt iustum delinquent. Redimet dominus animas seruorum suorū: et non delinquent omnes qui sperant in eo.

Quin hystoria tituli istius regū lectiōe panditur: superfluū est copiā fontis illius in hac breuitate derimere: me nobis totā areolam pagine vnius loci effusa relatio complere ac tegere videat. Sed rem cū oibus suis breuiter intimam. Cū Saul psequeret Dauid cōfugit ad achis regē: ibiq; dum esset inuidia faciēte suspectus: industrioſe mutauit vultum: ita vt salutis ora cōpleret: quatenꝰ inerguminus estimatꝰ: miseratione faciente dimitteretur illesus: que tñ sicut et alia per illū virū magni sacramenti qualitate pacta sunt. Significabat em saluas: hoc est scripturas diuinas in barba: id est in fortitudine magna decurrere. Sed propter significātias rerū: pro achis ad quē fugerat Dauid: mutatū nomen est: abimelech: qđ indicat patris mei regnū. Hoc ad dñm Christū bene pertinere manifestū est: per quē gloriosus pater seruitū mūdi sanctissima deuotione suscepit. Sed cū dicit: Dimisit eum: regē significat abimelech. Et abijt: hoc est ad alias partes se ꝓtulit: quia ibi cepat (vt diximus) esse suspectꝰ. Presens autē psalmꝰ: tertius est eorꝰ in qbꝰ p actus Dauid significanꝰ dñi Christi futura mysteria: cuius alphabeto secūdus esse noscat. Diuisio.

Per totū psalmū verba ꝓphete sunt: alphabeti hebraeas lras: excepto sextā: in capitibꝰ versuū per ordinē ponens. In prima parte benedicere se dñm cōmonuit: admonens mansuetos vt cum ipso in eius laudibꝰ perseuerent. Predicti autē alphabeti hec pars quattuor: litteras cōprehendit. Secūda: ad cōuersionē fidelium q̄ sint bene meritoꝝ premia nō tacenꝫ: que cōtinet lras sex. Tertia: quali filios admonet: a quibꝰ se delictis debeāt abstinere: hec habet litteras quattuor. Quarta iustos dicit de oibus tribulationibꝰ eruendos: et impios debitas penas esse passuros: ne i periculis suis aliqua dubietate mollescerēt. Hic etiā residue septē lre prenotantur. Et memēto: sicut in .24. psalmo tam dictū est: hunc alphabetum imperfectum illos indicare: qui laudes domini nequeunt plenissima operuꝫ integritate cantare. Expositio.

corde: quia ibi iustissime ad dexterā collocabūtur: qui hic recta mente prestante dño viuere meruerūt. [Non veniat michi pes superbie: z manus peccatoris nō moueat me]. Orat vt gressus mentis a iusto tramite non recedat: ne in superbiam erectus cadat qui rutissima humilitate cōsiterat. Nec vacat q pedem hic singulari numero posuit. Certum est enim in vno nos pede cōtinue stare nō posse. Qui cōuenienter superbie damus est: qm elatum hominē diutius non prevalet continere. Pes aūt pro affectu mētis est positus. Nam sicut gradientes de loco ad locū transferimur: sic a dño separamur quando nos elata cogitatione diuidimus. Hoc enim maximū cōstat esse peccatū: vnde angelus cecidit: per qd Adā a paradiso pbatur exclusus. Manus ño peccatoris est: male suadentis opatio: que tūc nos a fidei firmitate mouet: cum iniqua disceptatione sollicitat. [Ibi ceciderūt qui operant iniqtatē: expulsi sunt nec potuerūt stare]. Ibi vbi superius dixit: pede superbie scilicet z prava suasione nequitie. Bene aūt posuit: Ceciderūt: ac si diceret: in profundā foueam corruerunt. In illo enim pede: non staturus sed cāsurus mittitur. Quis enim dubitet eos posse corruere: qui vno tm (vt supra dixi) vestigio sublevantur? Quē vel si nullus impellat: lassitudine sua fit pnissimus ad ruinam. Sed tamen hūc pedē nō vni dat vitio: sed oibus qui operant iniquitatē. Nam ḡtus alij ex crudelitate: alij ex libidine: alij ex cupiditate: alij ex invidia diaboli plabuntur: oēs tamē in superbie vitio cadūt: quia dñi iussa cōtemnūt. Hā sicut obediens dicitur: qui multis iussionib⁹ obsecūdat: sic multifaria dñi precepta contemnens: superbus verissime nūcupat. Vñ argumentum dicit a genere. Genus enim est superbia: vnde oia vitia exorta noscunt: sicut scriptura dicit: Initiū oīs peccati superbia. De istis aūt sequitur: Expulsi sunt: nec potuerūt stare. Expellunt vtiq: qm audiēt: Ite in ignē eternū. Nec potuerūt stare: qr nō illis licebit dñi iussa differre: sed illic statim precipitant ab angelis: vbi eis parata est flāma penalis. Conclusio.

TOP. Ecclē.10. Watth.25.

¶ Repetere libet superiora psalmi: quo decore prolata sint. Dicuntur enim quāta famulis suis gratia diuina prestiterit: vt vsq ad plenissimā sartetatē felici vbertate pueuerint. O laudabilē nimis ebrietatē: o votis oibus expetendā vinolentiā: vnde modestia nascitur: z plena mētis integritas obtinetur. Non hinc titubatio: non cōfusio: nō mētis alienatio: nō caligo tenebrosa succedit: sed rāto anima sanior redditur: qto illa ebrietate completur. Bibamus ergo hūc potū auidi: nequaq labijs carnalib⁹: sed purissimo cordis affectu: de quo non leticia tēporalis sumitur: sed eterne vite gaudia conquiruntur.

¶ Explicit expositio in psalmum.35.

¶ Psalmus ipsi Dauid. xxxvi.

NOli emulari in malignantibus: neq zelaueris facientes iniquitatem. Quoniā tanq fenum velociter arescent: et quēadmoduz olera herbarū cito decident. Spera in dño et fac bonitatē: et inhabita terrā z pasceris in diuitijs eius. Delectare in dño: z dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela dño viam tuam z spera in eo: et ipse faciet. Et educet quasi lumen iusticiam tuam: z iudiciū tuum tanq meridiem: subditus esto dño z ora eū. Noli emulari in eo qui psperatur in via sua: in homine facīēte iniusticias. Desine ab ira et derelinque furorē: noli emulari vt malignetis. Qm qui malignātur exterminabuntur: sustinentes autē dñm ipsi hereditabunt terrā. Et adhuc pusillū z nō erit peccator: et queres locū eius z non inuenies. Mansueti aūt hereditabūt terram: z delectabuntur in multitudine pacis. Obseruabit peccator iustum: z stridebit sup eū dentibus suis. Dñs aūt irridebit eum: qm pspicit q veniet dies eius. Gladiū euaginauerūt peccatores: intenderūt arcū suū. Vt decipiant pauperē z inopem: vt trucidēt rectos corde. Gladius eoz intret in corda ipsoz: z arcus eorū confringatur. Melius est modicū iusto: sup diuitias peccatorū multas. Qm brachia peccatorū cōterentur: cōfirmat aūt iustos dñs. Nouit dñs dies immaculatorū: z hereditas eorū in eternū erit. Non cōfundentur in tēpore malo: z in diebus famis saturabuntur. Inimici vo dñi mox vt honorificati fuerint et exaltati: deficientes quēadmodū fumus deficient. Mutuabitur peccator z nō soluet iustus aūt miseretur z tribuet. Quia benedicentes ei hereditabūt terrā: maledicētes aūt ei disperibunt. Apud dñm gressus hominis dirigetur: z viā eius volet. Cū cecide rit non collidetur: quia dñs supponit manū suā. Iunior fui etenim senui: z nō vidi iustū derelictū: nec semen eius querens panē. Tota die miseretur z cōmodat: z semen illius in benedictione erit. Declina a malo z fac bonum: et inhabita in seculū seculi. Quia dñs amat iudiciū: z non derelinquet sctos suos: in eternū cōseruabuntur. Iniusti punient: z semen impioz peribit. Justi aūt hereditabunt terrā: z inhabitabūt in scl'm scli sup eā. Os iusti meditabit sapientiā: z lingua eius loquetur iudicia. Lex dei ei⁹ in corde ipsius: et nō supplantabūtur gressus eius. Cōsiderat peccator iustū: z querit mortificare eum. Dñs aūt nō derelinquet eū in manib⁹ eius: nec dānabit eum cū iudicabitur illi. Expecta dñm z custodi viā eius: z exaltabit te vt hereditate capias terrā: cū pierint peccatores videbis. Vidi impiū superexaltatū: z eleuatū sicut cedros libani. Et trāsiui z ecce nō erat: et qsiui eū: z nō est inuent⁹ locus ei⁹. Custodi inocētiā z vide eqtatē: qm sunt reliqe homini pacifico. Iniusti aūt disperibūt: simul

Heth al. irēderūt al. decipiāt

prelactitat. [Gladiū euaginauerūt pctōres: z † tenederūt arcū suū. Ut † deijciant inopē z pauperē: vt trucident rectos corde]. Gladius peccatoris est quilibet dolus appetēs lesionē. Nā z ille qui inopē spoliare cōtendit: querse cōsilij sui gladiū educit: z ille qui prava suasione desiderat decipere alias innocētes: ensem pessime cogitationis ostēdit. Euaginauerūt autē: significat nudauerūt: vt qs ante erat in cogitatione tanq in vagina recōditū: post eductū revelatis cogitationib⁹ appareret. Arcū enim tēdere: nō statim sagittare est: sed paratū atq intentū designat opert fraudulēto expectantes tēpus: quādo possint simplices innocentes decipere. Sequit: Ut deijciāt inopē z pauperē. Quid interest inter inopē z pauperē: non longe prediximus. Pulchre aūt dictū est vt deijciant: quasi stantē z fidei robore perdurantē. Deijciuntur enim: dū eis tenebrosus z morti similis error infundit. Addit: Ut trucidēt rectos corde. Hoc de martyrib⁹ potest intelligi: q recti sunt corde: sed carne trucidātur. [Gladius eoz intret in corda ipsoz: z arcus eoz pfringatur]. Bene dicitur gladius quicqd conat extinguere: qm ensis explettuū genus armoz est ad mortis effectū. Gladius em dicit qui sit ad hostiū clades. Et vt scias gladiū istū de cogitatione venisse: rectproca sententia dixit: Intret in corda ipsoz: vnde scilz venerat: z puersis grassabatur insidijs. Arcū dixim⁹ occultā designare malicia que cōtra innocētissimos parabat. Sed hāc pfringi dixit: quia nō erat fidelib⁹ in alc parte nocitura. Et respice: qm ipsa verba que in facinorib⁹ posuit: eadē z in vindicta geminauit: ppter illā scilz euāgelij sentētiā. In qua mensura mensi fueritis: in eadē remetietur vobis. [Melius est modicū iusto: sup diuitias peccatoz multas]. Pia mater quasi bonos filios osculans atq complectens: adhuc in eoz cōsolationib⁹ pseuerat: suadēs melius esse modicū iusto sup diuitias peccatoz. Sed intendamus quid sit modicū: quia ipsum est qd efficit magnos. Modicū hic sentiaf humilitas: in qua dū se animus noster cohibet: mūdi pciosa trāscendit. Contra: Diuitie sunt peccatoz multe: id est cōgestio criminū z abūdantia peccatoz. Unde cīrū sit melius: estimemus modicū istud iuste petere: z molē tantoz scelerū nō habere. Illud siquidē ad celoz regna pducit: istud aūt demergit in tartarū. Hoc argumentū tractū est ex ptrarijs. Cōtrariū est enim modicū iusti cū diuitie multe peccatoris. [Qm brachia peccatoz pterent: cōfirmat aūt iustos dño]. Brachia iniquoz: superbas significāt actiōes: in quib⁹ impij presumūt dū nulla rationis psideratione flectuntur. Et nō dixit: franguntur qd vno ictu poterat puenire: sed pterent: id est assidua tritura minuunt: dū semp grauius sit p partes iminui q subita clade consumi. Sed sicut impios tali interminatione debilitat: ita iustos bona pmissione cōfirmat. Confirmare enim est: in animi affectione positū pslatorio sermone roborare. Quod si bene respicias: tali dicto totius psalmi virtus expressa est. Justis enim omnibus sententijs agitur: vt z presumptio peccatoris deijciatur: et iusti animꝰ sublevetur. Que figura dicit

TOP. ETY. SCHE.

Paradigma: id est exemplū hortantis vel deterrētis. Quod hic quoq factū est: cū iustos imitat prosperis et peccatores terret aduersis. [Novit dño † vias immaculatoz: z hereditas eoz in eternū erit]. Immaculatoz vias humana ignoratia nō potest intuer: quia carni impspicabilis est via coangustata virtutū: dño aūt qui eas condidit integerrima qualitate et quantitate cognoscit. Sed hīs talib⁹ quid puenire possit exponit.

Joth Al. dies

Hereditas eorū in eternū erit. Hereditas eoz est celestis Hierusalem: eterna pace ditissima. Que merito rotiens pmittitur: vt vere pollicitationis ambiguitas auferatur. In eternū erit: ppter mundanas hereditates adiectū est: que eterne esse non possunt. Illa enim perpetua cōceditur: qm̄ sine fine prestatur. [Nō cōfundentur in tēpore malo: z in diebꝰ famis saturabūtur]. Malū rempus: significat diem iudicij: quādo omnis caro sollicita actuū suoꝝ retributionē compensationēq formidat. Sicut alibi dicit: In die quādo omnis caro reditua resurget et recipiet sm compensationē que formidat. Sed sicut alibi dicit: In die mala liberabit eum dñs. In isto ergo tēpore non cōfundenf immaculati: quibus per gratiā satisfactionis peccata dimissa sunt. Sequitur: Et in diebus famis saturabunf. Dies famis: tēpus hui⁹ mūdi significant: quādo beati esuriunt iusticiā. Nāq in resurrectione iustis non est tēpus famis: sed bonorū omniū eterna satietas. Ergo in hoc mūdo iusti possunt esurire: vel querere iusticiā: saturabuntur scilicet per scripturas sanctas: per exempla dominica: q retributiones sepissime repromissas: quibus epulis fideles satiat christianos. Quas propter devotis pmittitur pfecta securitas: vt in futuro iudicio nō erubescant: z in hoc mundo competentia dona percipiāt. [Qm peccatores peribūr. Inimici ño domini mox † honorificati fuerint et exaltati: deficientes † vt fumus deficiēt]. Cōsiderandū est quia in hoc versu vna pbatione posita: mox alia subsequit. Dicit enim: Qm peccatores peribunt. Et iterū: Inimici ño dñi mox honorificati fuerint: deficient. Que figura dicitur Epexergasia: quoties vni cause duas pbationes apponimus. In illo siquidem iudicio peribūt peccatores: quos cibo spūali minime cōstat esse completos. Nam hic a semetipsis satiari: z locupletes estimantur quoz omino ieiuna z inanis est: q̄uis copiosa satietas videlicet que vsq ad hoc perducit vt pereāt. Et nota quia peccatores perituros esse confirmat: id est in illa iudicatione dānandos. Nā inuenies impios qui pene toto vite sue tēpore mūdanis delectationibus pfruuntur: Cur ergo dicit mox? Qm̄ qui ruinosam altitudinem ascendit: statim a veritate cadit: quia tūc incipit perire cū mittitur ruitura cōscendere. Deficientes enim poterant z aliter deficere: vt indiciū eoz aliquod foraſſe remaneret: addidit: Tanq fumus: vt nulla pars actuū eoz residua esse noscatur. Nam sicut iste de flāmis egredientes: per aera extollitur sinibus cōglobatis: et q̄sto magis altius evolat: tanto celerius evanescit: sic peccata tenebrosa z leuia: q̄sto se amplius erigunt. tanto velocius dissipank. Qd aūt ait: Deficientes deficient: argumentū est qd dicta cōlugatis. Hec autē verba ex seipsa nascunf: z orta ab vno sibi cōsona similitudine deriuantur. [† Mutuak peccator z nō soluet: iustus aūt miseretur z † cōmodat]. Mutuak peccator qm̄ dei verbū audit: z non illud suis operib⁹ repsentat. Hoc est enim nō soluere: tussa minime diuinitatis implere. Mutuatur etiā qm̄ dei bñficia diuersa suscipit: z nullā gratiarū restituit actionē: sed cōtra proterue z tanq nichil acceperit semp ingratus est. Justi ño causa diuersa est. Hā q̄uis hic pauca suscipiat: pia devotione plura restituit largienti: in oibus gras agēs pauperatē sibi datā diuitias putat. Dolores quoq ipsos et calamitates amplectitur: qui spe futuri premij ptra ipsas quoq mortes patientia interueniente confligit. Et intende qd dicit: Miserek z cōmodat. Hoc ad elemosynas pertinet largiendas: vbi prius misericordia

TOP. Lamech Al. mutuabit Al. tribuet

Universidad de Sevilla Biblioteca

SCIBE. precedit: z post humanitas benigna subsequit. Et con
Al. Quia Al. ei here ditabunt Al. et dispe ribunt
sidera: qñ p figurā Diaphoresis: per quā fit differen
tia plonarū: inter iustū z impiū contrariā sibi distan
tiam facit. [† Qñ benedicētes † eū possidebūt terrā:
maledicētes aūt † illū disperiēt]. Sicut supertus per
figuram Diaphoresim peccatorū z iustorū voluntatē
divisit: ita z nunc per eandē figurā: eoꝝ retributiones
et premia segregauit: ne cōfusum relinqueret qō nul
la sibi victinitate cōgrueret. Nam qui benedicit dñm:
id est qui in oibus gratias referūt: z eius mandata cu
stodiunt: terrā illā viuentiū accipient possidendā: de
ps. 141. qua z alius psalmus dicit: Portio mea in terra viuen
tium. Maledicentes aūt z blasphemi: vel dei legibus
inobedientes ab illa patria submouentur: nō quia ipsi
nō erūt quos penalis flāma rorquebit: sed qñ a iusto
Wem Al apud dñz Al. dirigek Al. voler
rum ꝓmissa beatitudine disperibūt. [† A dño gressus
hominis † dirigenk: z viā eius † cupiet nimis]. Intel
ligamus ꝓpositā causam. Hominū gressus per se rec
tuosi semp z prauī sunt: quippe qui in iniquitatib⁹ cō
cepti z in delictis pgenti sumus. Sed tūc a patre lu
minū dirigimur: qñ fidei regulā in qua gradiamur ac
cipimus. Dirigimur plane: cū sine erroribus ambula
mus. Sed quo nos ducit ista directio? Videlicet vt ad
perfectā fidē et eterna premia veniamus. Verum ille
christianus qui tam corde directus fuerat: viā dñi cu
piet nimis: id est ipsum dñm saluatorem supra omnia
plus amabit: qui vere nostra est via: veritas et vita.
Al. non hz. Al. collidet al. supponit Al suam
[Cū ceciderit † iustus nō † cōturbabitur: q: dño † fir
mat manū † eius]. Cū ceciderit: non in peccatū intel
ligas: quia iustū dixit: sed in manibus peccatoꝝ: in ca
su aspero: qui frequēter sanctis diabolo insidiante con
tingit. Sed vt tibi satisfacere videar: considera quia
cū in eodez versu dicat ceciderit qō ad pedes respicit
subiungit firmandam manum cadentis: cuius magis
debuit confortari vestigiū vt post lapsum surgere va
luisset. Unde euidēter apparet: cadere illud esse: in im
ptoꝝ incidere dītione. Manū quippe huius: id est con
Nun Al. iunior Al. etenim Al. querés panem
siliū operationeꝝ cōfirmat: nec turbari potest captus
qui aduersa seculi huius subire decreuit intrepidus.
[† Juuenior fui † et senui: et non vidi iustū derelictū:
nec semen eius † egens pane]. Peruentū est ad tertiā
sectionē: vbi si vnum hominē loqui putes: breue z an
gustū tēpus ostenditur: nec dei laudib⁹ oīno sufficiēs:
sed magis introducte vox reddak ecclesie: que ab ini
tio seculi vsqꝝ ad finem verā nobis probat esse senten
tiā. Juuenior fuit: quādo initia legis in ipso ptoplasto
primeua suscepit. Senuit: id est ad honorabiliorē ve
nit etatē: quādo nouissimis temporibus suscipere me
ruit dñm redemptorē. Nam z euāgelista Joannes in
1. Joan. 2. epistola sua sic ait: Filioli: nouissima hora est. Sed per
hec tempora que retrius mūdi ambitus excurrit: iustū
se non dicit vidisse derelictū. Ita fit: vt longū tempus
per ecclesie verba designatū esse videatur. Quid igi
tur dicimus de illis iustis qui in latronū manibus in
ciderunt? de ipso quoqꝝ iusto iustorū: qui clamauit in
Watth. 27. cruce: Deus meus deus meus quare me dereliquisti?
Sed vt omnē nodū contrarietatis euadamus: iustus
derelictus nō est: sed spūalibus bonis nō tēporalibus:
vt putatur auxiliis: quibus tūc premia revera collata
Watth. 5. sunt: quādo tormēta seculi superare potuerūt: ipso te
stante: Beati qui psecutionē patiuntur ꝓpter iusticiā:
qñ ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Simili modo dicit: nō se vi
disse semē iusti egens pane. Qđ si ad litterā accipias
nec hoc poterit ꝓstare qđ dicit. Legimus enim fames
causa Abrāā: Isaac z Jacob mutasse ꝓuincias. Unde
dubiū non est egutisse pane: quos ꝓpter penuriā loci
cōstat exteras expetisse regiones. Sed redeamus ad
interiorem hominē: z vera nobis sententia salutariter
apparebit. Semen vniuscuiusqꝝ hois operā esse dixi
mus: quam seminat z metit: siue bonā siue malā. Ergo
opera iusti pane nō indiget: hoc est ꝑbo dei quo satia
tur: quo reficitur: quo intus revera viuit et pascitur.
Sic fiet vt cōcordantia reddantur que sibi videbātur
esse cōtraria. [Tota die miseretur z cōmodat: z semē Samech
eius in benedictione erit]. Tota die dicit: toto tēpore
vite sue. Dies enim singulari numero frequenter ap
ponitur: vt totius vite tempora declarētur. Quale est
illud primi psalmi: Et in lege eius meditabitur die ac
nocte. Ita fit: vt cum pauca dicimus: plurima sentia
mus. Miseretur z cōmodat. Siue elemosynas dicit:
vbi ante misericordia tangit animū et sic aperit ma
num. Ipsa est enim perfecta elemosyna: que prius a se
inchoat: et sic ad alterī⁹ iuuamina venire festinat. Si
ne magis illum cōmodare dicamus spūalia bona: que
affluēter dei possidet pauper. Cōmodat plane iustus:
vnde oīno diues est: de doctrina: de pietate: de iusticia
de patientia: ceteriscz bonis quib⁹ ꝑfruitur mens illa
sanctissima. Sed ne crederes iustū interdū velle mu
tuari: posuit Tota die. O diuitie inestimabiles: que in
tota vita copiā suā affluentissime largiuntur. Merito
non deficit dare: qui a christo semp se nouit accipere.
Sequitur: Et semen eius in bñdictione erit. Similis
est z iste locus superioribus. Nam si semen velis filios
intelligere: multi sancti filios genuerunt luxuriosos z
impios. Sed semen dicit operā: que ab homine dono
superno velut frumentale semen aspergitur. Hec rec
pitur in bñdictione: q: seminata est in bona voluntate.
Nā semē opera nostra esse intellexit apostol⁹ cū dixit:
Gal. 6. Qui seminat in carne: de carne metet corruptionem: z
qui seminat in spiritu: de spiritu metet vitam eternā.
[Declina a malo z fac bonū: z inhabita in seculū sclī].
Duobus modis vitā nostrā pia mater instituit. Pri
mus est: vt mala declinemus: quia peccatori bonarū
rerū repente esse nō potest appetitus. Secūdus: vt bo
na faciamus: ꝓpter qđ a vituperabili actione cessa
mus. Declinemus ergo mala que nostra sunt: z facia
mus bona que christi sunt: quia dñs in iudicio iustos
suos nō vocat ad premiū quia pauperib⁹ nil tulerunt:
sed ideo coronat q: nudos vestierūt: visitauerūt infir
mos: z esurientes sitientesqꝝ pascere delegerūt. Videes
ergo: quia nō sufficit christiano a malis abstinere: nisi
etiam bonū nitatur quadā opatione ꝑficere. Verū hec
precepta qđ sequitur? Et inhabita in seculū seculi: vt
tali ꝓmissione cōfisus futura ꝓmia spe certissima tam
possidere videak. Seculū vero seculi: significat eternū
regnū qđ nulla successione mutabīt. [Quia dñs amat
iudiciū: z nō derelinquet sanctos suos: in eternū con
seruabuntur]. Audiens hoc verbū: Ama z tu iudiciū:
fac iusticiā: vt iuuāte dño recta voluntate cōtineas: vt
bonis tuis ipse congaudeas. Ille enim auctor iusticie
nō potest illos derelinquere: qui eius eligūt precepta
cōplere. Et intēde ꝓmissionē: q: nō dicit iustos in tem
poralib⁹ rebus nequaqꝝ deserendos: sed eos in eternū
cōseruandos esse ꝓnunciat. Hic enim visualiter cōser
uari nequeūt: qui tribulationib⁹ supplicijsqꝝ lacerank.
Audiant cupidi vite huius: qui sibi longeuos annos
postulare noscuntur: non in hoc seculo: sed in eternum
conseruandi sunt qui dño placere cōtendunt. [Innusti Alīn
pumentur z semen impioꝝ peribit]. Frequēter sensus
iste repetitur: vt amplius que sunt ventura credantur.

Diuina siquidem miseratio: dum nos mauult gehēne
penas euadere: dignatur sepius admonere. Et sicut su
pertus iustoꝝ semen: id est opera in benedictione dixit
esse mansura: ita hic impiorū actus pertre confirmat
Peribūt sane: quādo z ipsum delictū z locus noscitur
interire peccātiū. Nam perire opera infidelitū: nō tam
nostris verbis: qꝝ Salomone dicente ꝓbabimus. Dic
Sap. 5. turi sunt enim in iudicio: Quid nobis ꝓfuit superbia:
aut quid diuitiarū iactantia cōtulit nobis? Trāsierūt
omnia illa tanqꝝ vmbra. Videes perire quicqd hominē
perdit: z sola consistere que regno dñi faciunt perma
Al aūt he reditabūt
nere. [Justi † hereditate possidebunt terram: z inha
bitabūt in seculū seculi super eam]. Sicut assidue in
crepatur vt corrigat: ita frequenter munera polliceatur
vt erigat. Utraqꝝ enim sicut dixim⁹: efficacissima sunt
instrumenta doctrine: vt malos vindicta: bonos pro
Ety. missa premia subsequantur. Terra ergo ista appellata
est: eo qꝝ cōmeantiū pedibus atteratur. Ad cuius simi
litudinē z illa futura terra vocitatur: non quia teratur
que iugiter manebit illesa: sed vocabulum perdit: qñ
ipsa permanebit qualitatib⁹ immutatis: sicut z celum
et corpora nostra credimus innouanda: que licet noua
erunt: hīsdē tamē nominib⁹ appellabunt. Adiectū est:
Et inhabitabūt in seculū seculi sup eam: ne istam cre
deres que aliquādo deserenda est. Nec vacat: quia nō
dixit in ea: sed sup eā. Secretū enim videtur vt puta
mus ipsius habitationes exponere. Et ideo dictū est:
sup eā: quia spūali corpori nō erit necesse terrā graui
1. Thessa. 4 calcare vestigio. Sicut apostol⁹ dicit: Deinde nos qui
viuimus qui reliqui sumus: simul rapiemur cū illis in
nubibus obuiam christo in aera: et sic semp cum dño
erimus. [Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua
eius loquetur iudicium]. Narratio hec per figuram
Scibe. Characterismon: que latine informatio vel descriptio
dicitur: tēpus beate resurrectionis ostendit. Nō enim
dicit: meditatur: sed meditabit de futuro. Os hic cogi
tatione debemus accipere: qua de lingua sequit quid
loquatur. Meditabitur ergo sapientiā: nō scripturarū
lectione: sed cordis purissima visione. Ibi enim nō li
teris sapientia colligitur: sed celesti largitate inelabo
rata prestak. Et lingua eius loquek iudiciū: quia sermo
ibi nequaqꝝ a cogitatione dissentiet: sed sicut cor medi
tabitur sapientiā: ita lingua loquetur per cuncta iusti
ciam. Hic est ille celestis z beatoꝝ modus: vt merito
in psortio angeloꝝ recipiantur: qui se nullo errore con
fundunt. Loquetur ergo iusti lingua iudiciū: cum veri
Ety. luminis fuerit manifestatione cōpletus. Judiciū enim
dictum est: quasi iuris dictū: qđ in eo tus dicatur. Non
enim sancti semp iudicabūt: dum constet vnū dñi esse
Sade iudicium: sed in eternū iuste locuturi sunt: quos reue
ra diuina virtus amplectitur. [Lex dei eius in corde
ipsius: et non supplantabuntur gressus eius]. Videes
quēadmodū nobis perfectio future beatitudinis indi
catur: vt nichil aliud homo in corde recipiat: nisi volū
tatē dei qua beatus efficitur: per quā ad tantū culmen
ascendit: cui gratias indesinēter acturus est. Dei eius:
significat qui eū de mundi istius clade liberauit. Hoc
enim ꝓnomen gram indicat dñi Saluatoris. Nam cū
sit olim deus: ipsius ꝓprie dicitur quē liberare dignak.
Cum dicit: In corde ipsius: sensum beati vniuersum
tali bono significat esse cōplerī. Hinc itaqꝝ gressus
supplantare nemo prevalebit: qñ tam z originale pec
catū desinet: z diabolus deciptendi licentiā nō habe
Ety. bit. Supplantare enim dicim⁹? plantis foueas preten
dere: ne possit incedens firmū reperire vestigiū. Hoc
ibi nullatenus constat esse faciendū: vbi secura z eter
na sunt oīa: sicut in. 55. ps dicturus est: Qñ eripuisti
ps. 55. aiam meā de morte: oculos meos a lachrymis: pedes
meos a lapsu. [Considerat peccator iustum: z querit
† perdere eum]. Adhuc ista dicunt de futuro iudicio.
Al. mortifi care Ety. Considerare est enim aliquid alta deliberatione cōspi
cere: z vsqꝝ ad rerū viscera puentre. Nam in die retur
rectionis peccator perpendet iustum: z dicet in corde
suo: Nonne iste est qui egebat: quem in contemptu ha
buimus z derisui: z modo eū cernimus sup nos electū:
et in summa gloria cōstitutū: Hoc est peccatorie iustū
cōsiderare. Querit autē perdere eū: ad consuetudinē
dicitur delinquentiū: quoniā z in illo seculo festinant
iustū perdere: vbi tam cognoscuntur nocendi licentiā
non habere. [Dñs autē nō derelinquet eū in manibus
eius: nec damnabit eum cū iudicabitur † ille]. Consi Al. illi
dera quēadmodū ordinē istum futuro seculo de puta
uit: vt dicat in potestate inimici iustum viterius non
esse tradendū. Quod in isto seculo frequēter euenit vt
martyres relinqueret persecutoꝝ manibus carnaliter
occidendos. Tunc enim famulos suos tam non dere
linquet arbitrijs impiorū: sed in eterna pace positos
possidebit ab oīni periculo liberatos. Nec damnabit
eum cū iudicabitur ille. Non damnat iustū: cum iudi
cat impiū: sed discretione meritorū iustum beatitudo
suscipiet: illū debita pena torquebit. [Expecta dñm z Coph
custodi † vias eius: z exaltabit te vt † inhabites terrā Al. viam
cum perierint peccatores videbis]. Superioribus re Al. hereditā te capias
bus diligenter expositis que ad eternā poterant bea
titudinē ptinere: redit ad iustū cōsolans eū z dicens:
Tu qui iam credidisti ad que bona euehi possis: con
fidenter expecta dñm: id est patienter age. Et qualis
sit ipsa patientia: nō tacet. Nō em ocioso dicit expecta
sed laboranti: qui vias dñi: hoc est sacratissima ꝑcepta
custodit. Ipse quoqꝝ sua reddidit suis. Terrā illam
nisi exaltatus non potest possidere: quia sic sancta: sic
magna: sic celestis est: quā nemo pualet nisi bene me
ritus adipisci. Sequitur: Cū perierint peccatores vi
debis. Duplici ratione iustoꝝ gaudia cumulank. Pri
mū cū senserint in quātis sint locūditatib⁹ collocādi.
Deinde cū viderint penas peccatorū: exultabunt am
plius ab eterno se supplicio liberatos. Tūc enim gra
tior fit qualitas muneris attributi: qñ cōspecta fuerit
penalis aduersitas. Ergo hoc dicit: videbis: hoc est qđ
nūc credis: tunc absolute cognosces: z letaberis illis
digne pereuntib⁹: te in summa beatitudine per gratiā
dei collocatū. [Vidi impiū superexaltatū: z eleuatum Res
† sup cedros libani]. Hic ꝓtra prauissimū morbū: ple Al. sicut
nissima medicina prestak. Dicunt enim quidā: Si deo
talia displicerent: peccatorib⁹ tanta felicitas minime
proueniret. Ideoqꝝ per Energiam (que actum rei in Scibe.
corporee narratiōe repesentat) vidisse se dicit impiū
creuisse nō ad honorē: sed potius ad ruinā. Eleuantur
enim hic tales supra iustos: quia illi sunt humiles: isti
superbi. Sed isti in iudicio cadent: illi feliciter erigēntur.
Et quia dixerat: Superexaltatū: ne putares eū tm su
pra humiles euectū: addidit: Et eleuatū supra cedros
libani: vt ipsis quoqꝝ ꝑceris cacuminibus celsior ap
pareret: cuius profectus ideo tm extollebatur: vt eius
irremediabilis ruina monstraret. Hoc etiā de diabo
lo intelligi fas est: de quo Johel ꝓpheta testak dicēs:
Et eū qui ab aquilone est effugabo a vobis: et ejciā in Johel. 2.
terra sitienti z deserta: et exterminabo faciem eius in
mare illud primum: z posteriora eius in mare nouissi
mum. Gratias agimus domine dispositionibus tuis.

Nam quis iste liber faceret: qui mundū religatus afligit? [Et transiui & ecce nō erat: & quesiui eum: & non est inuentus locus eius]. Duobus modis mūdus iste transitur: siue cū defertur meliori cōuersatione: siue cum a mortuis fine relinquitur. Ergo qui trāsierit ad deum sanctissima cōuersatione: potente iam nō videt peccatore: quādo infirma videt ola: de quib⁹ gloriatur humanitas. Quesiui enim dicit: hoc est in memoriam redurt: quia tunc iusti recordantur maxime peccatoꝝ: miseratione dñi in melius imutant: dolentes quia miseri ab eis malis actibus segregant. Locus enim peccatoꝝ mūdus iste dinoscitur: in quo & sceiera ꝓficiūt: et fugitiua felicitate cumulantur. Sed vtiq; locus iste cū eoꝝ ꝓsperitate dissoluitur: quādo totius orbis corAl. inocētiā ruptibilis gloria terminatur. [Custodi † veritate & vide equitate: qm̄ sunt reliquie homini pacifico]. Dum nos precipit custodire veritate: admoner ne in mūdanis rebus curā habere debeamus. Custodire etenim solet non nisi qui semper assiduus est: qui hoc cogitat: hoc loquitur: hoc retractat: nullo; mometo ab ea sollicitudine segregatur. Sed que est ista veritas? Atq; Joan. 14. deus qui dixit: Ego sum veritas. Ergo si deum custodias: ille te sine dubitatione custodit. Dicit etiam: Et vide equitate: dei videlicet. Nam que sit equitas: consequēter exponit. Alit enim: Qm̄ sunt reliquie homini pacifico. Intendamus quēadmodū hunc sermonem intelligere debeamus. Reliquie sunt homini pacifico: quādo spes eius dñi remuneratione peragitur. Reliquum est enim: vt post hanc vitā eterne beatitudinis ꝓmia cōsequat. Sūt ergo reliquie pacificoꝝ: quādo spem certissimā tunc habere incipiūt: cu ad percipteDEF. da dñi dona peruenunt. Pacificus aūt dicitur: qui in hoc mundo inter discordantes pacem facit: studioq; mansuetudinis: nec ipse indecoris certaminib⁹ implicatur. Et nota quia in beatoꝝ loco ponit: sicut hec viri⁹ domini reliquie imꝓtorum † peribūt. Sementie dantur Al. literibūt reliquie impiorum † peribūt]. Sementie dantur apte dispartibus. Nam licut tulit post hanc vitam spe maxima gratulantur: ita iniusti finita luce dilpereunt. Siue vt quidā volunt: reliquie significant memoriam bonoꝝ: quā iustus vir in hoc mundo post obitū derelinquit: dum de actuū suoꝝ ꝓbitate laudatur. Quod vtiq; martyribus ꝓtigit: qui ꝓ veritatis testimonio felices alios reddiderunt. Hoc mereri nullatenus possunt: qui nullū vestigium dignū memorie sue derelinquunt: qm̄ supueniente interitu eorū: falsa laus & tragilis vita dissoluitur. [Salus autem iustorū a dño: et protector eorū est in tempore tribulationis]. Sancta ecclesia redit ad solitas ꝓsolationes: ne putaretur austera: si & bone ꝓmissionis gaudia nō haberet. Pollicitatio firma: custodia fortis: iustorū saluté a dño non ab alia potestate venire cōmemorat. Quo loco alterPs. 22. ius psalmi sensus dicendus est: Si ambulē in medio vmbre mortis: non timebo mala qm̄ tu mecū es. Sequitur: Et protector eoꝝ est in tpe tribulationis. Tempus quidē tribulatiōis duplex est: sed longe dissimile. Nā & hic tribulatiões tēporales sunt: quas tñ dño a fidelib⁹ suis ex toto nō amouet: q̄ mordēt potius q̄ deuorent: cōpungūt q̄ ꝓcutiūt: affligūt q̄ minuunt. Illa vero tribulatio que i die iudicij impijs venit: mala q̄ eterna: tristis q̄ cruciat: vehemens q̄ districta est. In hoc ergo tēpore tribulationis ꝓtector est dño: quia ex ipsa eripit iustos. [Et adiuuabit eos dominꝰ & liberabit †: & † eripiet eos a peccatoribus: & saluabit eos: qm̄ Al. eos Al. eruet sperauerūt in eo]. De fidelibus famulis dicit quos in hoc mūdo efficaciter adiuuat: qñ colluctatiōe ꝓtraria fatigant. Liberat enim dum finē ipsoꝝ non sinit prauа suasione peruerti. Eripiet a peccatorib⁹: vtiq; a mūdi istius cōtrarietate seruat illesos. Addidit quoq; causam liberationis: qm̄ sperauerūt in eo: nō q̄ nō peccauerūt: sed qm̄ spem suā in dñi pietate posuerūt. Quod potest etiā & ad illud iudicii trahi: quādo sanctis suis eterna ꝓmia prestare dignabitur. Conclusio.

¶ Quam proficua verba spūs sancti dignatione ꝓlata sunt: q̄ mirabili virtute illa tunica dñi christi superna dispensatione cōtexta est: non filis sed versibus: non stamine sed compunctione: non lana sed gratia: scilicet que totū corpus ambiat: & mēbra ipsius in modū sacre vestis operiat. Quā non valuit diuidere militū insana ꝓteruia: quā nō potest heresicoꝝ tot seculis dū semp carpant scindere multitudo: sed in sua firmitate consistente: illos tm̄ protegit: quos dño placere agnoscit. Rogemus ergo inseparabilem trinitatem: vt hec vestis & nos ꝓtegat: atq; intra suos sinus gratuita dignatione concludat. Quo loco sedulij verba mutuāda sunt. Grandia posco quidem: sed tu dare grandia nosti.

¶ Explicit expositio in psalmum. xxxvi.

¶ Psalmꝰ dauid in cōmemoratiōe. xxxvij.

Domine ne i furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Qm̄ sagitte tue infixe sunt michi: & cōfirmasti super me manū tuā. Nō est sanitas in carne mea a facie ire tue: nō est pax ossibus meis a facie pctōꝝ meoꝝ. Qm̄ iniquitates mee supgresse sunt caput meū: & sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Miser factus sum et curuatus sum vsq; in finem: tota die ꝓtristatus ingrediebar. Quoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus: et nō est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meū et gemitꝰ meus a te nō est absconditus. Cor meū conturbatū est: dereliquit me virtus mea et lumen oculoꝝ meoꝝ: & ipsum non est mecum. Amici mei & proximi mei: aduersum me appropinquauerunt et steterunt. Et qui iuxta me erant de longe steterunt: & vim faciebāt qui querebāt animā meā. Et qui inquirebāt mala michi locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur. Ego aūt tanq̄ surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens: & nō habēs in ore suo redargutiones. Qm̄ in te dñe speraui: tu exaudies me dñe deus meꝰ. Quia dixi nequādo supgaudeāt michi inimici mei: & dum cōmouētur pedes mei sup me magna locuti sunt. Quoniā ego

in flagella paratus sum: & dolor meus in cōspectu meo semp. Quoniā iniquitatē meam annunciabo: et cogitabo ꝓ peccato meo. Inimici aūt mei viuunt et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderūt me inique. Qui retribuūt mala ꝓ bonis detrahebāt michi: quoniam sequebar bonitatē. Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me. Intende in adiutoriū meum: domine deus salutis mee.

Dicendo enim in cōmemoratione: hoc nobis titulus iste ꝓnunciat: vt q̄ peccatum oīmodis effugere non valemus: certe ipsum delictū in cōmemoratione semp habere debeamus: quatenus dū culpe memores sumus: a delictoꝝ frequētia tēperemus. Sicut et in tricesimonō psalmo positū est Dauid intellectus: sicut & in cxlvi psalmo ipe ꝓfitet. Et peps. 50. catū meū contra me est semp. Sed licet ꝓpheta nomine sui testimonium dicat: q̄ maxime de futuris: tamē nec preterita derelinquit: que ad salutē fidelis populi ptinere cognoscit. Hic em̄ psalmus (vt q̄dā voluerūt) totus ad beati Job vitacissimā ptinet passionē: qui superator fuit vite mortalis/carnis sue debellator/trumphator ingentiū suppliciorum. f. vt penitentib⁹ onera sua reddat leuia dū grauissime tentationis referuntur exēpla. Consuetudo est enim scripture diuine: vt cū exercitatissimus miles Christi afflictus vr: tyronis inde animus efficacius imbuatur. Qua ꝓpter in afflictiōibus asperis gaudeamus: in carnis nostre cruciatione letemur: qm̄ hoc nos ab eterna pena liberat: q̄ hic ꝓpter dñm momētanea celeritate discruciat. Considerandū est etiā q̄ in his psalmis penitentiū nullus tanta legat esse ꝓpessus: vt merito ad mensurā malorū recipi credatur qualitas gaudioꝝ. Diuisio.

SCDE. Per figurā Ethopean ꝓsona introducit (vt dictū est) inflicti militis Christi vulnerū dolore cōfita/vermib⁹ scaturiens: insup exprobrationibus sauciata: & inter tot calamitates obsessa: sola fidei viuacitate sanissima. Quā merito beati Job: & nos credimus appliandā quādo huic & erumne similes exiterunt: & pene ipse sermo videt esse equalis. Qua ꝓpter per loca singula de libro ipsius testimonia dabimus: vt oīno passiones ipse sibi cōuenire ac cōgruere videantur. Psalmus ergo iste penitētis quadrifaria distinctione diuisus est. Primo continet exordium: in quo misericordiā mouet benigni iudicis vita penalis. Sequitur bipartita narratio: vbi et corpus suum diuersis penis afflictū cōmemorat: & animū refert amicorum amputationib⁹ grauiter sauciatum: vt cum nulla consolatio in vtraq; parte relinquitur: totis viribus dominus exoret. Tertio subiungitur cōsolatio medicine salutaris: qm̄ inter multiplices calamitates spem suam dicit se in dño posuisse. Mox autē deuotissimi famuli: paratū se quoq; ad flagella testatur: quoniam plus se adhuc mereri putat q̄ videatur esse perpessus. Post hec prouenit/que semper penitentibus datur exultatiua cōclusio: vbi iā a cladibus omnibus liberatus salutis sue deum ꝓfitetur auctorem: vt manifeste doceat in spe certissima collocatus: q̄ tanta letitie participatione vitatus est.

Expositio.

Domine ne in † ira tua arguas me: neq; in † furore tuo corripias me]. Vir iste sanctissimus (sicut de ipso dño dixit; simplex: rectus ac timens deum & recedēs a malo: cum tentationibus diaboli fuisset traditus ad ꝓbandum inter dolores anxius: non tantū de sua pena sollicitus/q̄tum de domini offensione suspectus: rogat ne tormenta que patiebat irato iudice sustineret. Verberatio enim que venit a quieta mente correctio est: sicut legitur Argue sapientem & amabit te. Que autē venit Al. furore. Al. ira. ab inīmico iudice rationabiliter formidatur. Illa enim emendationē prestat: ista exigit vltionem. Hinc est qō rogat vt non arguat in ira: nec in eum damnatione ꝑpetua vindicet. Sic em̄ metuēs & in libro suo dicit: Ira Prouer. 9. tus est cōtra me furor eius: & sic me habuit quasi hostē suum. De ira vero dñi: pater Augustinus in libro Enchiridion: pulchra brevitate disseruit dicens. Cum autē deus irasci dicit: nō eius significat ꝑturbatio qualis est in animo irascentis hois: sed ex humanis motibus trāslato vocabulo: vindicta eius que non nisi iusta est ire nomē accepit. De ira deniq; vel furore illa sufficiāt; que de talibus verbis in psalmo sexto iam dicta sunt. [Quoniā sagitte tue infixe sunt michi: & cōfirmasti super me manum tuam]. Secuta est causa probabilis: vt in illo iudicio tam nō debeat puniri: qui malis presentibus vehementer afflictus est. Dño enim cum hic vindicat/ibi parcit: qm̄ clementia ipsius in idipsum duas nō exigit vltiones: sicut scriptū est. Non iudicabit dñs Naum. 1. bis in idipsum. Sed cū fidelissimus famulus se cognosceret diabolica fraude vexari: sciebat tñ eum in se non potuisse ꝓualere: nisi licentiā diuinis iussionibus accepisset. Ideoq; ad illum loquitur in cuius potestate vniuersa sunt posita. Sagitte: & in bono & in malo accipiūtur. In bono vt est illud. Sagittas suas ardentib⁹ effe- Ps. 7. cit. Nam hic sagitte designat diabolicas potestates: q̄ tanq̄ tela vulnerant: quando domini permissione dirigūtur. Et bene dixit Infixe: quia doloribus eius requies esse nō poterat. Sic em̄ & ipse beatissimus dicit: Job. 6. Quia sagitte dñi in me sunt: quarum indignatio ebibit spiritū meū: & terrores dñi militāt ꝓtra me. Sequitur Et cōfirmasti sup me manū tuam. Cum diuina virtus fidelium salutē q̄ vitāq; semp operet: hic quasi manib⁹ eius imputat q̄ diu cladibus numerosis afflixit: non q̄ ipse filios eius extinxerat/facultatē lacerauerat: ipsumq; vlceris dolore ꝑcusserat: sed qm̄ tardabat diabolū remouere/qui talia ꝓbabat infligere. Ira & in ꝓpio eius libro positū est: Cur non tollis peccatū meum: et Job. 7. quare non aufers iniq̄tatē meam? Quod cōgruenter a potestate iudicis dicit: vt salutaris benuolentia cōparetur. [† Nec est sanitas in carne mea: a † vultu ire tue Al. Non. non est pax ossibus meis a facie peccatoꝝ meoꝝ]. Ab Al. facie. infirmitate quoq; ꝑsone sue misericordiam mouet: qm̄ caro eius bellū sustinere nō poterat/que tot ictibus ꝑcussa corruerat. Multꝰ est ire: timor future vindicte sub magno pauore cogitatꝰ. Unde a deo se petit ab ira futura liberari: qm̄ ab indignatione vētura oīno sic se dicit esse ꝑterritū: vt sanitatē corporis oīmodo nō haberet/more famuli verecundi: qui anteq̄ verbera patiat: futuris tam tormentis vehemēter affligitur. Qui vero mēte callosus est: nec ipsas penas dum infligūtur horrescit. Subiunxit etiā Non est pax ossibus meis. Qꝰ supra dixit sanitatē: nūc repetit pacē: merito q̄ sanitas est totius corporis/pax humoꝝ/& tēperata trāquillitas. Hic iam nimietas doloris exprimit: vt qui dixerat carnē suā esse non sanā: nunc dicit etiā ossa fuisse turbata.

ferat/aut periculoꝝ pondus euadat:nisi diuino beneficio tolerātie roborē fulciatur? Sed considerandus est hic sermo geminatꝰ:q; supflua nō est tam decora repetitio. Expectare siquidē possumꝰ ⁊ ingrati. Expectantes autē expectamus:qñ mites aliq̄d cum magno desiderio sustinemus. Hoc argumentū ⁊ra coniugatis:qñ vnū verbū ortū ab alto varie cōmutamus:vt sapiēs sapienter/prudens prudēter/⁊ his similia. Resperxit:quia puenit omne bonū nostrū. Lumē quippe veritatis habere nō possumꝰ:nisi ab illius cōspicti claritate mereamur. Subiungit Exaudiuit me: vt pie atq; efficaciter expectasse videat. Deprecatio quoq; significat/vt dictum est/frequētissimā precē:qm̄ rarius orare nō poterat/qui sustinēs dñm sustinebat. [Et eduxit me de lacu miseriē ⁊ de luto fecis. Et statuit supra petrā pedes meos ⁊ direxit gressus meos]. Sicut duobꝰ modis operari precipit christianū: vt declinet a malo ⁊ faciat bonū:ita duplici ratione dñm dicit pfutura ꝓcedere. Primū est em̄ vt nos educat de mundi istius pfundissima calamitate:cuiꝰ apte designata est maligna latitudo lacus miserie lutuiq; fecitētus. Et vt exprimeret delictorū crassitudinē corpulentiāq; lutū addidit/q̄ lacu cōtinetur:ne petrā solis aḋs cognosceres ꝙuis densissimis cōparata. Nā sicut lutꝰ lacu fetidus atq; grauis est:ita et hominū delicta limosa sunt/que et fetoribus horrescunt/⁊ grauitate demergūt. Deide pedes nros supra petrā statuit:cū in christi dñi tussionibus ambulamus. Ipse est em̄ nobis spūalis petra:qui in se fixa non sinit demergi vestigia. Et respice:q; sicut pctā virtutib⁹ cōtraria sunt:ita ⁊ earū vie ꝓbant esse dissimiles. Illa em̄ sicut sunt mollia et dissoluta: in itineris sui cenositate volunt. Virtutes aūt quēadmodū rigide sunt ⁊ imobiles:sic habēt viā petralē vbi nō inq̄natis: sed mūdis pedib⁹ ambulāt. [Et imisit in os meū canticū nouum: ⁊ hymnū deo nro. Videbunt multi ⁊ timebunt:⁊ sperabunt in dño]. Superiora psalmi ad illud pertinēt: qm̄ de humanā genꝰ in mūdi istius cenositate demersum/ ad petre firmitatē/ad religionē videlz christianam. Qd̄ versus iste nūc aperit dicēdo. Et imisit in os meū canticū nouum. i. nouī testamēti fortissimā ꝓdicationē. Sed nouum hū dicit: q; incarnationē dñi corporeis oculis etas antea nulla cōspexit. Deo enim nichil nouū est: qñ ante cōstitutionē mundi dispēsationis sue vniuersa ꝓsciuit. Hymnꝰ autē grecus sermo est. i. laus carminū lege cōposita. Et qñ hymni erāt quos idolis suis etiā gētilitas ꝓsonabat: addidit Deo nro: vt qualē hymnū diceret/distincte potuissemus aduertere. Videbunt multi ⁊ timebūt. De mirabilib⁹ dicit/que tpe sancte incarnationis effecta sunt. Videres em̄ iudei talia timuerūt ⁊ Christi dñi ꝓdicationibus populoꝝ agmina crediderūt. Speranerūt autē in dño qñ christiani esse ceperūt: vt post illum timorē miraculoꝝ cōuersi/spem in dño firmissimā habere ꝓbarent. [Beatus vir cuius est nomē dñi spes ei⁹]. Bēs iste vir ꝓ sedam speciem diffinitionis exprimit: que grece Enneomatice: latine nouo nūcupat. Hec vnāquaq; rē per id qd̄ agit: nō p id qd̄ est conat ostēdere. Nā qui sit iste bēs: posita determinatione pfinit. i. cui⁹ est spes nomē dñi. Spes em̄ dicta est: q̄si stabilis pes. Nā ⁊ illi dicunt spem suam in dño ponere: q; ab eo dari sibi ⁊alia deprecant. Ibi videtur nō ꝓpter se diligere deū: sed ꝓpter illa que postulāt. Ille aūt veraciter habet spem nois dñi: qui solā cōplatione ei⁹ auidius cōcupiscit. Nomē ergo dñi iter cetera Saluator eternus est. Et ille spem suā ponit in eius nole qui se nō suis meritis: sed ab eo ꝙ eius gratiā credit esse saluandum. Dicti sunt ⁊ in euangelio octies beati: vt est illud. Beati pauperes spiritu: qm̄ ipoꝝ est regnū celoꝝ ⁊c. Et in Deuteronomio silr reperit: cum populus israeliticus terrā repromissionis intraret: qd̄ ideo multifarie dicit: q; diuersis modis bītudo ꝓstat. Sed hec ola ꝓ singulas species definitionū diligēter exprimere studiosus lector inueniet. [Et nō respexit in vanitates ⁊ insanias falsas]. Et hic ꝓphēta ꝓsus pēdet de supiori sententia. Exponit em̄ cui sit spes in noie dñi. i. qui nō respexit in vanitates ⁊ insanias falsas. Legit em̄ Nemo pōt duob⁹ dñis seruire. Qd̄ ⁊ loc⁹ iste cōmemorat. Nā q̄ ipē habet in dño rerū omniū potēte: respicere nō debet ad caduca. Vanitas est em̄ a sctā religione subita varietate mutari: ⁊ mentē fallaci illusione cōuertere. Insanie ꝙ false sunt/sanis formasse deū quē gentilitas adorauit: vbi futuroꝝ ordinē mēdaciter ingrebāt. Et est Epitheton insanie pulcherrimū. i. falsitas. Insanie quippe mentē fallunt: qm̄ a veritate dissentiūt. Pōt hoc et ad illos aptari: q̄ spectaculoꝝ fallacib⁹ delectatiōe capiuntur. Ideo em̄ plurali numero posite sunt insanie: vt p similitudines rerū latius discurrere debeamus. [Multa fecisti tu dñe deus me⁹ mirabilia tua: ⁊ cogitationibus tuis nō est ꝙ quis similis sit tibi]. Cū de operibus hoim loqueret insanis: apte itulit diuina miracula. Nā q̄ insāmantur ꝓtendētibus auriglē: qui pātomimisse saltationibus mollunt: quāto melꝰ si cogitēt celū ⁊ terram pulcherrima diuersitate formata/que habēt ⁊ aspectū decoꝝ ⁊ ꝯsiderationē olīo mirabile. Seqtur Et cogitationibus tuis non est q̄s similis sit tibi. Adhuc illas supstitiones elidit/q̄s sibi hoies/aut ad religionē quersam repererūt/aut in spectaculis celebrādis motū aliq̄ voluptate finxerūt. Sed nunq̄d tale est ꝓfunē currere pede suspēso: quale Petrum terga maris fixo pressisse vestigio? Nunq̄d tale est ignitis facib⁹ in theatro ludere: quale fuit camini in cēdia tribus pueris ambulasse? Nunq̄d tale est scenicas audire tragedias: q̄le est i choris ecclesie salutiferas cognoscere psalmodias? Istas res potius legētes spectare debemus: quas nec fatue querim⁹ et ꝓficue semp audimus. Dicēdo em̄ q̄s sibi tibi: malarū rerū arguit inuētores qui se neḡter inferentes: fallaciū artiū auctores esse gloriant. Ibi acten⁹ predicauit fctā mf ecclīa: nūc audiamus loquentē dñm saluatorē: vt qd̄ dictū est: q̄s similis tibi: manifestū nobis subsequēti expositione reddat. [Annūciauit et locutus sum: multiplicati sunt sup numerū]. Psalmi q̄dē est secunda narratio: sed per figurā Exallage: que latine appellatur imutatio: ex ꝓsona dñi mystica verba ꝓferuntur: vbi aduentū suū: ⁊ pias predicationes gēnib⁹ innotescit. Annūciare est em̄ vētura ꝓdicere: qd̄ fecit ore ꝓphetarū. Locutꝰ sum/id est cū inter nos cōuersat⁹ euā gelizauit: qñ sacrm̄ btē incarnationis assumpsit. Addidit Multiplicati sunt sup numerū. i. q; sup calculū beatoꝝ multiplicata est turba peccantium. De q̄b magnis em̄ populis q̄s pauci fideles sunt. Nō immerito: q; dū multi mūdi hui⁹ vanitatib⁹ occupant: raros poteris veraciter iuenire sapientes. Et vide qd̄ dicit Sup numerū. Designat enim illos tm̄ in libro viuentium supputatos: qui sūt hierusalē supne predestinati esse nouerunt. [Sacrificiū ⁊ oblationē noluisti: ꝙ corpus autē ꝑfecisti mihi. ꝙ holocausta etiā ꝓ delicto non postulasti]. Hic versus noui ⁊ veteris testamenti sacra cōplectit. Dicit enim Sacrificiū ⁊ oblationē: que in honorē dñi fiebāt ante pecoribus imolatis: vnde sacerdotes etiā vescebātur: deum postremo tpe respuisse. Prius quippe talia suscipere dignatꝰ est: qm̄ per illa sacrificia prefiguratio

Matth.5.

Matth.6.

Sibe.

Sibe.

Ety.

Sibe.

Ety.

Al. carmē.

Ety.

Al. qui.

Al. aures.
Al. holocaustū et ꝓ peccato.

quedam corporis xpi esse videbatur. Postq̄ ꝙ ipse messias qui est dñs xps ꝓdict⁹ aduenit: ⁊ se ꝓ oib⁹ nobis hostiā pietatis exhibuit: necessariū nō erat vt veritate cōpleta: adhuc illa figura ꝓcurrola gimaneret. Quos ꝙ sius ita exponit Aplūs hebreis scribēs.

Heb.10. Aufert inq̄t primū: vt seq̄ns statuat: vbi subaudiēdū est corꝑ in qua volūtate scrificati sum? ꝙ oblationē corporis xpi Jesu in semel: ⁊ cetera que ad causē hui⁹ pulcherrimā distinctionē ptinere noscunt. Sequitur Corꝑ autē ꝑfecisti michi. Hic sanctā incarnationē suā ꝑm Aplm euidēter ondit: vt corꝑ qd̄ ante fuit ꝙ sacrificioꝝ imagines ꝓmissum: nūc dicat aduētu ꝓprio futisse cōpletū. Addidit Holocausta etiā ꝙ delicto nō postulasti. Holocausta dicunt tota incensa: q̄ ꝓ delictis sacris ꝙponebant altaribus: ⁊ postea igne cremabant: vt deuoratio eoꝝ fieret abolitio pctōrū. Hec dicit tā dñm nō petisse merito: qm̄ illud a nobis expetit: qd̄ in q̄nquagesimo legit ꝑs. Cor contritū ⁊ humiliatū deꝰ nō spnit. Gildes eccham facter dixisse: ds sits tibi. [Tūc dixi ecce venio. In capite libri scriptū est de me]. Ecce: statim significat celeritatē ꝓmittēs: velocitatē modis oib⁹ polliceī. Et tu iudee cū ꝓpria sacrificia non habeas: quē deceptus expectas? Ille iā venit/ille ꝑdū caro factū est/ille mūdū salutari ꝑdicatiōe cōpleuit. Sed tu adhuc nescio qd in tuis cubilib⁹ somnias. Quid vlteri⁹ queris? Quid stupore defigeris? In libro isto psalmoꝝ: in capite de se dicit eē ꝓscriptū: vt credere debeas iā venisse beatū nr̄m: cui⁹ vitā sicut tam ꝓtigit: cōstat expositā. Ubi sunt q̄ se videānt: sicut hic ꝓmissus est sacrificia nō hre: et tāḡ sentētiā istā in codicib⁹ sacris non habeāt: sic stupefacti ad obiectos sermones ꝓbabiliter obmutescūt? [Ut ꝙ faciā volūtatē tuā: deꝰ me⁹ volui/⁊ legē tuā in medio cordis mei] Filij verba dirigunk ad patrē. Desiderauit enī ei⁹ facere volūtatē. Qui nō abijt in cōsilio ipoꝝ: ⁊ in via pctōꝝ nō stetit: ⁊ in cathedra pestilētie nō sedit. Nā qd̄ dixit volui: virtutē ꝓficiēte declarauit: vt diceret ꝓteritū qd̄ ꝓstabat esse vētūrū. Manebat etiā lex diuina ī medio cordis ipsi⁹: dū i lege dñi fuit volūtas ei⁹: ⁊ in lege ei⁹ meditatus est die ac nocte. [Bene ꝙ nūciauit iustitiā tuā in ecclīa magna: ecce labia mea nō phibebo dñe tu ꝙ cognouisti. Bā nūciauit iustitiā dñi: qñ dictū est Nō sic ipij non sic: sed tāḡ pulvis quē ꝓicit vētus a facie terre. In ecclīa magna: sicut sepe dixim⁹ catholicā dicit q̄ toto orbe diffusa est. De qua ibi dictū est: q̄ fructū suū dabit in tpe suo. Sequit Ecce labia mea non phibebo: dñe tu cognouisti. Loquit ꝙ id q̄ deo subiect⁹ est filij⁹. Nā q̄uis iter obstinatos piculosuꝫ fuerit ꝓdicare fitatē: dū mortē suā exinde nosceret eē vērūr: tñ nō destitit ꝓmonere ꝑm ꝓfoꝝ dicēdo Qñ nouit dñs viā iustoꝝ: ⁊ iter impioꝝ pibit. In qua pte patrē habuit testē quē iuocat: q; nulla pericula timuit qñ carnali ꝑplo spūalia bona ꝓdicauit. Sic primi psalmi ꝓssim⁹ textꝰ: nūc etiā dūica cōmemoratiōe videt eē repetit⁹. [Justiciā tuā nō abscōdi i corde meo: veritatē tuā ⁊ salutare tuū dixi]. Justi volūtas est: qñ pōt ꝓdesse nō abscōdere fitatē: qd̄ dñm Saluatorē fecisse nō dubiū est: qñ turbas arguebat: increpabat incredulos: ⁊ multa huiusc̄moḋi ꝓdicauit: q̄ euāgelij textꝰ eloquit. Fuit tñ ipse cū in passiōe tacuit: sicut scriptū est At iesus nichil rādit ei. Quippe cui pōt Pilatus dixit Michi nō loqueris? Veritatē dixit: qñ nūciauit Ego sum via ꝓitas ⁊ vita. Salutaris aūt ꝙ Symeonis cōfessione declarat: qui qñ eū vidit: dixit Nūc dimittis seruū tuū dñe in pace: q̄ vide rūt oculi mei salutare tuū: qd̄ parasti ante faciē oīm ꝓpoꝝ ⁊c. [Non ꝙ celauī miam tuā ⁊ veritatē tuā a ꝙ synagoga multa]. Adhuc exponēdis suis opib⁹ ꝑseuerat. Nō celauit miam ꝙs qñ dixit Si vos cū sitis mali nostis bona data dare filijs vrīs: Ḡtomagis pater vester celestis dabit bona petētib⁹ se. Veritatē quoq; dixit in synagoga multa. i. in ꝓpoꝝ congregatione densissima: qñ Jsaie libū legit acceptū: ⁊ dixit Hodie ꝙpleta est hec scriptura in auribꝰ vestris. Audis iudee incredule ꝓphetā aliq̄n tuū nro euāgelio cōsonantē? Quē vltra sustines: qui tam ꝑm dñm venisse cognoscis: si adhuc cor tuū noxio velamine nō tegaḟ [Tu aūt dñe ne longe facias ꝙ miserioꝝdias tuas a me: misia tua ⁊ veritas tua semp suscepērūt me]. Narratis sanctis opibus ad passionis sue gloriā venit. vt totius vite atq; viuificatricis mortis declararet integritas. Ubi merito patrē precat: ne lōge ab eo faciat miserioꝝdias suas q̄ ceter suscepti hoi veritate moriturꝰ: sicut ⁊ alibi dicit Deus deus me⁹ respice i me: quare me dereliqstiꝰ Miserioꝝdia enī fuit vt humanā naturā ꝓuaricationis vicio sauciatā sctā incarnatione saluaret. Veritas vt resurrectionis ꝓmisse bñficio sederet ad dexterā ꝑs: idevē turus iudicare viuos ⁊ mortuos. Susceperūt me. i. glorificādū receperūt. Illos enī in bonā ꝑtē suscipere dicimur: quos nostre grē ꝑstemur acceptos. [Qm̄ circūdederūt me mala quoꝝ nō est numerus: cōprehēderūt me iniquitates mee]. Hoc a mēbris suis dicit: quoꝝ ipse caput est xps: vt se pati ꝑsterek qd̄ turba fideliū sustinebat: sicut est illud Saule saule: quid me ꝙsequeris? Sequit Quoꝝ nō est numerꝰ: sez apd̄ hoies. Nā oia deo dinumerata sunt q̄ arenā maris ⁊ guttas pluuiaꝝ: stellarūq; multitudinē cōplexabili ḡritate cognoscit. Addidit Comprehēderunt me iniquitates mee. Eodē modo loquit: quo superiꝰ dixit Circūdederūt me mala. Dñs enī Saluator nec mala ꝓpetrauit/nec iniquitatibus patuit: sed hoc a parte mēbroꝝ apte ꝺ: a quib⁹ talia sustinētur. Pietatis enī nostri capitis fuit: vt qui de se multa dixerat: cōmemoratione quoq; fideliū facere dignaretur: ne se sequestratos putarēt cū ꝑteritos eē cognoscerēt. [Et nō potui vt viderē. Multiplicate sunt sup capillos capitis mei: et cor meū dereliqt me]. Hoc oīno ad mēbra referēdum est: ceterū in dño Christo nequeunt talia conuenire. Non potui vt viderem. i. circūdantibus me iniquitatibus meis: qd̄ vere citer potest fidelis edicere. Et q̄uis in homine capitis capitis videanḳ imumeri: tñ peccata eoꝝ calculum ꝓbank excedere. Nec frustra in cōparatione delictoum capilli deducti sunt. Nam in veteri testamento/ sacerdotes ipsa similitudine radebantur: vt tali emundatione purgati: carnis vicia deposuisse viderentur. Cor ꝙ nos derelinquit: qñ peccatis egrum ꝓfutura nō appetit. [Cōplaceat tibi dñe vt ꝙ eripias me: dñe ꝙ in auxilium meū respice]. Post enumerationes premissas: venit ad saluberrimā cōclusionem: vnde omnis impugnatur aduersitas: omnis nocentia destruunturꝰ: vt placeat dño eū eripere qui mūdi istius cōtrarietatibus cingebaḳ. Et intuere qd̄ dicit Complaceat. i. cōmuniter placeat. Concordia eni hic trinitatis ostendit. Nam qd̄ placet patri: hoc placet ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. Addidit Tibi vt sanctā trinitatē vnū deū esse cognosceres. Sequit Dñe in auxiliū meū respice: vt intelligam⁹ respectū ipsius

Luce.2.

Al. abscondi.

Al. cōcilio multo.

Luce.11.

Luce.4.

Al. miserationes.

Psal.21.

Act.9.

Al. eruas.
Al. ad adiuuandum me.

Sibe.

Luce.22. nostrū esse presidiū: sicut est illud in euāgelio Respexit Petrū ⁊ flenit amare. Aliter enī liberari nō possumus: nisi nos diuinitas ꝓpiciata respiciat. [Confundant ⁊ reuereant simul: qui querūt aiam meā vt auferant eā]. Venit ad eā que supest narrationē: vbi confusionē ⁊ reuerētiam dñs Saluator optat ipsaz exultationē ꝺo ⁊ leticiā puentre petit deuotꝰ. Sed vide in ista depcatione quāta gerat studia pietatis. Confundant dixit: mirabilitū opatione turbent. Reuereant aūt resurrectionis gla cozrigant: vt illū ꝓfitent deū quē dudū putauerāt esse trucidandū. Simul. i. sicut psecuti sunt: ita et ꝑdestinati cōuersionis munere liberent. Sequit Qui qrūt aiam meā. Duobus modis aia querit, siue ad honorē, siue ad mortē. Sed vt hic illos ostēderet qui eā voto cōtrario perquirebāt: addidit Vt auferāt eā: nō vt diligāt, nō vt venerenk: sed vt a corpore meo interuētu mortis segregare ꝓtēdāt. [Auertank retrozsum ⁊ erubescāt: qui † cogitāt michi mala]. Frequēter dixim⁹ malis sic bene optari: vt retrozsum redeāt a voluptatibus suis: nec in malo ope ꝓseuerēt. Qui si ꝓfusionē patiātur euadūt: si mūdi leticia ꝓfruank pereūt. Nā retrozsum istudi bonā partē dicit euāgelij locus ille testat: vbi Petro vite huiꝰ se amore diligēti respōdit Redi retro sathanas. Nō aūt posuit Qui cogitant michi mala: iudeozꝝ significat ꝓbas volūtates: quozꝝ cogitationes nō erāt male dño: sed auctozib⁹ suis. Cogitationes enī a cogēdo dicte sunt. [Ferāt cōfestim cōfusionē suā: qui dicūt michi euge euge]. Ferūt ꝓfestim cōfusionē suā: qui vsqz ad illud puenīūt vt se nequiter errasse cognoscāt. Ferant dixit quasi pōdus immēsum. Cōfestim vt peccare ceperint: ne lōgi⁹ ꝓgredi ēdo periculosi⁹ mgrauenk. Cōfusionē suā. i. cogitationē prauā veritate ꝓiectā. Sequit Qui dicūt michi euge euge. Hic falsos arguit laudatozes qui plus nitunk adulādo decipe: q̄ possint vituperationib⁹ sauciare. Euge verbū q̄dē ꝓconiale est: sed cū recto aio nō ꝓferk: ad derisionē trahik inferendā. Que figura ꝺr Pronia. i. irrisio. [Exultēt ⁊ letenk † q̄ querūt re dñe: ⁊ dicāt semp magnificet dñs q̄ diligūt salutare tuū]. Sicut inimicos suos cōfundi petijt deū falsis laudationib⁹ irridebāt: ita deuotos optat veraciter gaudere qui spem suā noscunk in dñi mateſta te posuisse. Eos enī nō tm letari: sed ⁊ exultare depteat. Sed q̄ sit ista exultatio: cōsequēter exponit. i. Et dicāt semp: magnificet dñs. Hec est enī ꝓfessio que in eternū gaudentes efficit christianos: que q̄uis iugiter dicatur tm semp apperit. Me ista siquidē sententia pascebat et in isto seculo Job qui erat afflictione corporis grauiter sauciatus dicendo: Dñs dedit: dñs abstulit: sicut dño placuit ita factū est: sit nomē dñi benedictū. Exultabit qutppe: qm letabat in dño in quo reuera sunt oia ꝓfutura. Sed ne hanc exultationē quibuscūq̄ crederes cōcedendā: addidit Qui diligūt salutare tuū. i. qui me spūali charitate pquirūt: ⁊ mādatis meis suauiter obsequunk. [Ego ꝺo † egenus ⁊ paup sum: dñs † curā habet mei]. Posteq̄ dixerat leticie munerib⁹ esse cōpiēdos qui dilectatem verbi diligere voluissent: ne sibi quispiā meritoꝝ gloriā vēdicaret: dñs xps ex forma loquit humanitatis assumpte Egenus ⁊ paup sum. Egen⁹: q. humanitas subueniri sibi semp eget a dño. Paup: q. nisi diuina gra clarificet de se oino tenuis esse cognoscitur. Sed ne istā pauptatem vilē abiectāq̄ estimareꝰ: Addidit Watth.3. Dñs curā habet meu scilz de quo dicturus erat. Hic est filius meus dilectus in quo michi bene cōplacui. O paupertatē thesauris oibus ditiorē, ꝑ auper enī de nostro diues de suo est: qui ideo indigentiā humanitatis assumpsit: vt abūdantie sue nos faceret esse particpes. [Adiutoꝛ meus ⁊ † liberatoꝛ me⁹ † esto dñe: ne tardaueris]. De adiutorio ⁊ de ꝓtectione securus celeritatē necessariā petit: vt iam q. mozs vitari nō debuit: saltem resurrectio festina succederet. Cū enī dicit Adiutoꝛ ⁊ liberatoꝛ: ostēdit patiētiā diuersarū videlz passionū: vnde ⁊ ipse psalm⁹ fecit initiū. Qua ꝓpter totus virtuti patiētie merito deputat: qui ⁊ eodē fine cōcludit. Conclusio.

Alt. protector. Alt. tu es deꝰ meꝰ.

CMagnifica et suauissima ꝺba sensus nfos medullitus intrauerūt: qui ipm audituiꝰ docentē quē adoramꝰ auctorē. Nā lz vniuersos psalmos magno honore veneremur: nescio quid tñ dulciꝰ accipik: cū aliqd de sctā incarnatione proferk. Sic enī fidelis gratissime suscipit per quam noscik esse liberatꝰ. Et respice quo ordine psalmi huius cōtextio disponak. Primū loquit ecclia quasi rudes docēs: quasi trepidos cōfortans: quasi incōpositos preparās: vt sequētia verba dñi Saluatoris libenti aio salutariter populus preparatus audiret.

CExplicit expositio in psalmum. 39.

CIn finem psalmus Dauid. xl.

Eatus qui intelligit super egenū ⁊ pauperē: in die mala liberabit eū dñs. Dñs ꝓseruet eū et viuificet eū: et beatū faciat eū in terra: ⁊ nō tradat eum in aiam inimicoꝝ eius. Dñs opē ferat illi super lectū dolozis eiꝰ: vniuersum stratū eiꝰ versasti in infirmitate eiꝰ. Ego dixi dñe miserere mei: sana aiam meā qz peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala michi: qñ morietk ⁊ peribit nomē eiꝰ? Et si igrediebat vt videret vana loquebak coz eiꝰ: cōgregauit iniquitatē sibi. Egrediebat foras: ⁊ loq̄bak in idipm. Aduersum me susurrabāt oēs inimici mei: aduersum me cogitabant mala michi. Verbū iniquū cōstituerūt aduersum me: nūquid qui dormit nō adiiciet vt resurgat? Etenī hō pacis mee in quo speraui: qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationē. Tu aūt dñe miserere mei ⁊ resuscita me: ⁊ retribuā eis. In hoc cognoui qñ voluisti me: qñ non gaudebit inimicus meus super me. Me aūt ꝓpter innocētiam suscepisti: et cōfirmasti me in conspectu tuo in eternum. Benedictus dominus deꝰ israel a seculo ⁊ in seculum, fiat fiat.

VErba ista frequēti vsu nobis iā debent esse notissima: sed vt breuiter dicta tāgamus: oia dirigunt ad xpm dñm. Magnificat aūt hunc psalmū quod in quadragenario numero noscitur collocatus: qui calculus emundationi ⁊ purificationi frequēter aptaꝝ. Quadraginta enim diebus fuso diluuio ab iniquitatibus hominū terra diluta est. Quadraginta quoq̄ diebꝰ

sanctus Moyses ab escis corporeis tēperauit: vt diuina colloquia mereret. Eodē mō Helias sufficio se corpozee refectionis abstinuit. Ipse quoq̄ dñs totidē diebꝰ ac noctibꝰ ieiunauit vt nobis foīmā dārē purificatiōis ostēderet quadragesimē: qnetiā ipsi⁹ exēplo ꝑmittik tēa abstinētie: vt deletis sordib⁹ pctōrū: ad resurrectionē dñi purisimētib⁹ accedam⁹. Quapropter hūc psalmū iter illa iudicem⁹ sacramēta repositū: que alias nras celesti purificatiōe mūdificāt: maxime qñ de elemosyna ꝓpheta dicturꝰ est: qua ꝓprie fieri noscik purgatio pctōꝝ. Legik enī Sicut aq̄ extinguit ignē: sic elemosyna extinguit pctm. Diuisio.

Eccle.3.

DIuino ingressu ꝓpheta loquit: beatū ꝺdicās elemosyne largitoꝛem: multiplici eū benedictione cōcelebrans. Secōo gliosam dñs suā memoīat passionē. Tertio ad confirmandā spem fidelium: idem Christus dñs predicit propriā resurrectionem. Expositio.

Syl. BEatus qui intelligit sup egenū ⁊ pauperē: in die mala liberabit eū dñs. Hic iterum hypotheticus syllogism⁹ hac rōne resplendet. Si ois beatus intelligit sup egenū et pauperē: in die mala liberabit eū dñs. Atqui ois btūs intelligit sup egenū ⁊ pauperē: in die igit mala liberabit eū dñs. Hypotheticus aūt. i. conditionalis syllogism⁹ est qui ex cōditionalib⁹ ꝓpositionibus habēs absolutā assumptionē colligit cōclusionē.

Def. Hūc sequētia videam⁹. Scīa est species definitiōis que grece epnecomatice ꝺr: latine notio nūcupatur. Hec de factis suis vnūquēq̄ ꝺd sit ostēdit. Dicit enī quomodo pcā ꝓpationes elemosynarū saluberrimas expienk: vt possit btitudo gliosissima reperiri. Suadebat nos equidē dignitas rei: p locū cōmunē aliqz facere digressionē: vt recōciliatricē humani generis elemosynā laudare deberem⁹. Sed qm̄ multorū patrū sctissimo atqz eloquētissimo oze celebrata est: sufficiat ad eoꝝ libꝛos audientiū corda remisisse: vt ⁊ illoꝝ desideriū vberi⁹ expleat: ⁊ nos ceptū opus iuuāte dño grauiter ipleamus. Sed lz multi patres de hac re plura cōscripserint: oīk tñ inter eos de hoc articulo nōnulla dissensio. Legit enī Omni petēti tribue. Scriptū est etiā Desudet elemosyna in manu tua donec ueniaꝰ iustū cui eam tradas. Sed si oēs iustos querim⁹: iperatā cōstringim⁹ largitatē. Verū hec cā in sola pia volūtate ꝓsistit: q. nō est nr̄m ꝓius motoꝛes discutere ⁊ sic indigentie subuenire. Sufficit nobis vt nos dare aliquid malis artib⁹ nesciam⁹ nec opiniōes hoīm captādo elati elemosynā largiamur sed operemur solo affectu subuenientis: qđ nos sup oia ꝺcipit diuinitas ituri. Qui sic dederit: ⁊ si iustis nō det: iuste tñ oib⁹ erogabit. Sed maioꝛ opa dāda est: vt sctis viris in aliqua indigētia subuenire debeam⁹ propter xpm dñm nr̄m: q̄ de paupib⁹ suis in iudicio ꝓpitio dicturꝰ est Qui fecit vni ex minimis istis: mihi fecit. Quid enī dici pōt sublimi⁹: quid ve gliosi⁹: qñ aut ipsi ꝑtermissi in ignē dirigūt: aut remunerati nos ad dexteram collocabūr? Sed aduerte qđ dicit Intelligit vt etiā nō petēti⁹ talib⁹ offeraꝝ. Nā q̄ petēti tribuit: bonū opus efficit: qui ꝺo tacētē intelligit: dubitatione sine aliqua dubitatione cōquirit. Addidit In die mala liberabit eū dñs: diē quidē iudicii significat. Sed aliquos mouet q. tā frequēter malā dicit Dies hō malū ⁊ formidabile iuste sibi deꝰ dicit eē iudiciū: q. pctōrib⁹ debita pena suspecta est. Nā ⁊ si eiꝰ misseratione liberamur: vigoꝛe tñ iudicij ipsius recte

Watth.25.

panes fim⁹. [Dñs cōseruet eū ⁊ viuificet eū: ⁊ beatū faciat eū: † ⁊ emūdet i terra aiam eiꝰ ⁊ nō tradat eū in † manꝰ inimici eiꝰ]. Petitio ista ꝑphete certa ꝓmissio est: q. sic fieri necesse est: si tñ egenꝰ ⁊ paup pio munere subleuet. Conferuet dixit. i. inter mala seculi pertre nō faciat: sed ad suā retributionē illesum sancta cōuersatione pducat. Viuificet aūt ꝓpie illi dicunk: qui se a xpiana fide nō diuidūt. Nā de illis q̄ in errōre versank dictū est Sine mortuoꝰ: sepelīāt mortuos suos. Ergo viuificet eū dicit: hoc est faciat illū inter electos in sua viuere portione. Addidit Et beatū faciet eū: vtiqz vt in resurrectione ad dexterā collocet: et in patriā illā brōz magni iudicis ꝓnūciatione mittat. Sed post illā superiorē quā dixerat: rē nimis necessariā tāgit: vt dū in isto mūdo ꝓsistit: pctōrum remissione mūdet: vbi venia optata suscipit: si devota supplicatione plāgat. Subiūxit etiā: ne in manibus inimici tradat. Inimicꝰ diabolus est manꝰ eiꝰ potestas iniqua est. Nā quas manꝰ habeat qui carnē nō hz? Ipsa ḡ ptās est: qua seruos dei multiplici tentatione castigat. Et ideo dicturꝰ quotiens in hoc ꝓsu Et posuit: vt figurā ꝓlysyntheton ꝓnunctiōis huiꝰ frequēti iteratiōe mōstraret. [Dñs opē ferat illi sup lectū dolozis eiꝰ: vniuersum stratū eiꝰ ꝓfasti in infirmitate eiꝰ]. Ne putares beatū illū in hoc mūdo incōcussam requiē possidere: dolozes eiꝰ mitigari depcat: vt multitudo malozꝝ tēperationis beneficio vinceret. Letus enī nobis datus est ad ꝺctē: in quo se holm festa mēbra refoueāt. Sic ⁊ ille q̄ primonū ꝓquirit: vxoīē sibi copulat: filios pcreat: qui amicitias parat: quasi in quodā lecto delectatiōis gra cōquiescit. Sed hoc frequēter seruis suis amara ⁊ doloꝛib⁹ plena dñs facit: ne spem suā ponētes in rpalib⁹ reb⁹: futura bona nō appetāt. Quapropter optat ꝓpheta: vt consolet dñs dolozē eiꝰ: q̄ in delectatione suis quasi quodā lectulo sauciat. Addidit Vniuersum stratū eiꝰ ꝓfasti in infirmitate eiꝰ. Causam excolit quā supiꝰ dixit: q. ꝓuidētia diuina ꝓficit: vt seruoꝝ dei mūdana delectatio i angustijs doloꝛibusq̄ ꝓfectū ꝑficiat. Quatenꝰ hic diuersis calamitatibꝰ afflicti eterne btitudinis requiē ꝓsequātursicut factū est i Job: cui seculi bona in infirmitate cōuersa sunt: sed inde felicioꝛ extitit: q. se illi ꝓsperitas mūdana subtraxit. Quocirca talibꝰ reb⁹ rogat opē ferre dñm: ne humana fragilitas duris laboribꝰ ꝑssa superet. [Ego dixi dñe miserere mei: sana aiam meā † qñ peccaui tibi]. Cū tribulationes fideliū diuino iudicio fieri cognouisset: exclamauit pie trepidus ꝓpheta: vt ⁊ ipse miam dñi cōsequat: qñ qui se peccasse cognouerat: rētationibꝰ tradi iure metuebat. Omne enī pctm moribꝰ est aiaꝝ: quo crescēte salus interioris hoīs dissipat. Sensit egritudinē suā q̄ clamauit ad medicū: sed intellectꝰ erat sanꝰ dū se cognouit infirmū. Aliam itaqz suā sanari desiderat: remissione scz pctōꝝ: Qi reuera sanamur cū strāgulātia pctā laxank. [Inimici mei dixerunt mala michi: qñ morietk ⁊ peribit nomē eiꝰ?] Dacten⁹ ꝓpheta de beatoꝝ afflictione locturus est: nūc sc̄o ingressu dñs saluator de sua passiōe dicturus est: vt cū famuli dei diuersis casib⁹ affligunk mō se a deo credāt eē derelictos: qñ xpm dñm talia ꝑtulisse cognoscāt: qui dixit Si me psecuti sunt: ⁊ vos psequēt. Si sermonē meū seruauerūt: ⁊ vestrū seruabūt. Inimici ꝺo dixerunt mala: qñ falsa locuti sunt. Necesse enī erat vt impij mendacia cogitarēt qui diaboli victoꝛ fremuerūt. Sequit Quādo morietk ⁊ peribit nomē eius? Verba

Luce.9.

Alt. non hꝫ. Alt. aiam.

Joan.8.

Alt. Quis

Ibide.n. sunt dementiū iudeoꝝ. Dicebāt enī Si dimiserimus
eū: venient Romani ⁊ tollēt nobis ⁊ locū ⁊ regnum.
Ubi supra. Irē caiphas ait Expedit vt vn⁹ hō moriat ꝓ oib⁹ et
nō tota gēs pdat. Perijt enī nomē ei⁹: sed ab ipsis q
Al. si ingre et credere noluerūt. [Et † ingrediebant vt videret
diebat vt vi vana locutū est coꝝ. coꝝ cōgregauerūt iniquitatē sibi.
deret vana † Et egrediebant foras ⁊ loquebant]. Tēpus illud
loqbat coꝝ dñīce passionis exponit: qñ iudas nō ad venerandū
eius cōgre dñm: sed ad pdendū potī⁹ dolosus intrabat. Nā qđ
gauit. pluraliter dictū est Ingrediebant: et illos significat
Al. egredie qui et manus inīcere ꝓsumpserūt. Vana ꝙ locuti
bat foras ⁊ sunt iudei: qđ de illi⁹ morte crudeliter tractauerūt: q
loquebat i oīm vita esse despexit. Sequit Cōgregauerūt iniq
idipsum. tatē sibi. Conuētus ipsoꝝ congregatio fuit vtiq; peccā
tū: qñ in vno facinore oīa scelera ꝓpetrata sunt: dū
rerū dñm crucifigere decreuerūt. Foras egressi sunt
qñ intus stare nō poterāt q̄ ab arcano fidei discrepa
bāt. Utrūq; miserū; vtrūq; pestiferū: ingressi sunt ad
facinus ꝓpetrādū: deinde foras a veritatis finibus
Al. aduer erūt. [† Simul ī vnū susurrabāt oēs inimici mei
sum me. aduersum me cogitabant mala mihi]. Susurratio
DEF. est oīs paruissim⁹ son⁹ sine aliqua vocis distinctiōe
cōfusus: sermo tractus ab auib⁹ quaꝝ vox plata su
surrus est. Qđ inter illos euenit q̄ in aurib⁹ suis mur
murare inuicē gestierūt. Cōsilia quippe sua detege
re nō ꝑsumūt q̄ sceleꝝ societate ꝑūcti sunt. Addidit
Oēs inimici mei aduersum me cogitabāt mala mi
chi. Expressit infamiā furētiū ĩsipiētiūq; ꝓpoꝝ. Solēt
enī pauci esse scelerū auctores. Hic oēs mala cogi
tasse dicti sunt: vt nemo sit min⁹ nocēs quos vna fa
cinoris dānat equalitas. Qđ aūt dixit Mala mihi:
si effectū ḡris sibi: si votū mihi. Justi siquidē pena
nō patiētis: sed faciētis iudicia est. [Verbū iniquū cō
stituerūt aduersum me: nūquid q̄ dormit nō adiiciet
vt resurgat? Verbū iniquū dicit: qñ clamabāt Pila
Joan.19. to Si hūc dimittis: nō es amicus Cesaris. Cōstitue
rūt. i. decreuerūt: aut etiā definierunt: vez qñ de dño
DEF. Saluatoꝛe sentētiā sibi sunt locuti. Dormire est aūt
a sensib⁹ carnis remissa mētis intētione recēscere: ⁊
iterū ad act⁹ vite nr̄e reparato animi vigoꝛe remea
re. Quod mortui dñice pulcherrime videt aptatū: q;
tāta celeritas resurrectionis fuit vt dormisse potius
q̄ mortu⁹ estimet: resurgēs fortissim⁹ qui vt ibecillis
occubuit. Et ne sibi heretici diutⁿ blandiant: audiāt
Joan.10. illū qui dormit ipm sibi adiscere ꝓtinus vt resurgat:
sicut ⁊ in euangelio dicit: Potestatē habeo ponendi
Al. spaui. animā meā: ⁊ potestatē habeo iterū sumēdi eā. [Et
Al. magni eni hō pacis mee i quo † sperabā: qui edebat panes
ficauit sup. meos † supplantauit aduersum me supplātatione]. Ho
minē pacis sue dicit discipulū iudā q̄ illi pacē dedit
qñ eū tradidit. Pacē siquidē dicim⁹: cū nos inuicem
osculamur. Nā si ad alie trāquillitatē referas: pax eē
in illi⁹ coꝛde nō potuit qui insidias blādiēdo ꝓparauit. Addidit Jn quo sperabā. i. in quo sperare putabar. Nā quomodo habuit in hoste pessimo sperare: q̄
illū potuit anteq̄ nasceret agnoscere? Nā vt intelligas fuisse prescitū; sic ipse dño dicit Nōne vos duo
Joan.6. decim elegi: sed vnus ex vobis diabolus est? Sequit
Qui edebat panes mecū: siue doctrinā meā audie
bat: vñ spūaliter epulamur: siue q; manū misit cū ipso in parapside: quēadmodū euāgelij lingua declarat. Et merito dixit Ampliauit: qñ ignorātibus quis
esset ipse mōstrauerat. O discipulū surdū; o idoctibili
DOC. coꝛde durissimū. Quis enī eū a tāta pietate aliquid
virtutis alo ꝓcepisse credat: qui tam crudelis extitit
parricida? [Tu aūt dñe miserere mei ⁊ resuscita me: et retribuā † illis]. Expositā passiōe: ad tertiū venit Al. eis.
ingressum in quo resurrectionis sue ꝓfā q̄ hō est fieri miracula deprecat. Quid erigis aures hereticē?
Quid te putas aliqđ inuenisse: qđ tuā possit excusa
re pfidiā? Si potestatē q̄ris: audi qđ in euāgelio di
cit Soluite templū hoc: ⁊ in triduo suscitabo illud. Hic Joan.2.
humanitas rogat: ibi diuinitas pollicet. Desine ca
lūnias facere. Utraq; enī q̄uenit in dño Saluatoꝛe
q̄ verbū caro factum est: ⁊ habitauit in nobis. Retri Joan.1.
buā illis dixit nō dolore vindicte: sed expectatiōe pa
tiētie. Nā hodieq; subsistūt nēdo illos: magnā partē coꝝ
demētie sue opatione ꝓcurrit. [Jn hoc cognoui q̄m
voluisti me: q̄m nō gaudebit inimicus me⁹ sup me].
Cognouisse se dicit in hoc dilectionē p̄ris: q; glosa
est resurrectio secutura. Q̄m voluisti me: subaudi glo
rificare exaltare. Possunt enī huic loco ⁊ hec ꝓba q̄
dicta sunt ⁊ his sīlia cōuenire. Addidit Q̄m nō gaudebit inimic⁹ me⁹ sup me. Hoc erat qđ dixit Q̄m vo
luisti me: scz q; inimic⁹ supra eū nō est gaudere ꝓmis
sus: qñ illa q̄ disponebāt: nullatenus ipleuerunt. Ad
hoc enī eū occidere voluerūt: sicut sup⁹ dictū est: vt
nomē ei⁹ penit⁹ de terra abrogarēt. Sed ecōtra vi
dēt ecclesiā xp̄i toto oꝛbe diffusam: nomē ei⁹ vbiq; ce
leberrimū eē cognoscūt: vt merito gaudere non pos
sint qb⁹ tā ptraria ꝓuenerūt. [† Propter innocētiā Al. me aūt
aūt meā suscepisti: ⁊ cōfirmasti me in cōspectu tuo in propter in
eternū]. Uere sctā innocētia/ vere simplicitas/ vere nocentiā.
humilitas btā: vt tot mala passus: nulla se ptētione
defenderet. Placato aio ibat ad crucē: trāquilla mē
te moriturus. Oia ꝓba q̄ dicta sunt p̄ pphetas: in
tegerrima ꝓbitate cōpleuit. Doluit cauſb⁹ psequētiū:
et i cruce posit⁹ pro inimicis suis clemētissim⁹ exora
uit: qñ hoc ⁊ a fidelib⁹ suis faciendū esse decreuerat.
Et merito dedit ꝓceptū q̄ ꝓmisit exēplū. Sequit Et
cōfirmasti me in ꝓspectu tuo i eternū. Hic tā btitudo
ipsi⁹ sctē incarnationis exprimit: q̄ moribūdi corpo
ris infirmitate deposita: hō deus ex duab⁹ ⁊ in duā
bus naturis distinctis atq; ꝓfectis ꝓmanet in glia
sempiterna: cui⁹ nomē sup oē nomē est: cui⁹ potestas Phil.2.
celo terreq; ipat: cui oē genu flectit: celestiū terre
striū et infernoꝝ. [Bñdictus dñs de⁹ israel: a seculo
† ⁊ vsq; in seculū: fiat fiat]. Expositis que ad passio- Al. non hs.
nē ⁊ resurrectionē dñi xp̄i ptinebant: pulchre secuta
est laudatiua cōclusio: q; oi rpe bñdici debet: q̄ spē no
strā glia sue dispēsationis ipleuit. Bñdictū dicim⁹ ⁊
hoiem cui bñdicit: cui tñ si bñ nō dicak bñdictus non
est: ⁊ quodāmodo ista bñdictio ex alieno celebrak ar
bitrio. De⁹ aūt bñdictus est ⁊ si oēs ta cēat: q; ille oē
bonū nō tacē extraneū suscipit: sed ab ipso ꝓgredit.
Nā qđ dixit A seculo: psentē mūdū significat ex quo
administrari cepta sunt oia. Et vsq; in seculū: futurū
vult intelligi: vbi tā oia eterna ꝓsistūt nec aliqua tē
poris mutabilitate dilabunt. Nā ly seculū istud desi
gnat: dei tñ bñdictio incōmutabilis perseuerat. Ad
didit Fiat fiat. Hoc verbū geminatū instāter ab oī
bus predicat esse faciendū. Non enī sic intelligēdū
est vt putet fiat bñdictus dñs: tanq̄ si nō laudet be
nedictus nō sit: sed hoc fiat: vnde nos ꝑficimus dum
iugiter eū laudib⁹ occupamur. Aliqui ꝙ expositoꝝ
ꝓ isti⁹ verbi nouitate qđ est hic: et in. 71. siue in. 88.
vel in cēteſimoquinto: in quinq; libꝛos psalterū di
uidēdū esse putauerūt. Sed eis nō esse ꝙsentiēdū in
prefatiōe nr̄a sufficiēter ostēsum est. Jn actib⁹ q̄ppe
apl̄oꝝ: vnus liber legit esse psalmoꝝ. Conclusio.

¶ Superiore psalmo Jn prima parte ecclia
sticā locuta est: ⁊ post dñi ꝏba se
cuta sunt: Jta ⁊ in hoc ꝓphēta precursoꝛ est. Jn ipo
quoq; principio beatus Dauid per elemosynas san
ctas moales nos docuit disciplinas. Sc̄do q; pas
sionē suā dño naturales semitas idicauit. Tertio re
surrectiōis miraculo inspectua nos claritate cōple
uit: vt celestis philosophie ꝓtas trib⁹ ꝓb⁹ narrata
cōstaret. Qđ si diligēter ispexeris: ⁊ i reliq̄s psalmis
positū frequenter inuenies. Hūc psalmi huiꝰ suscepto
bñficio magna exultatione dicēdū est. Benedictus
dñs deus israel: a seculo ⁊ vsq; in seculum: fiat fiat.

¶ Explicit expositio in psalmum. 40.

¶ In finem intellectus filijs chore: psalmus
Dauid xli.

QUemadmodū desiderat cer
uus ad fontes aquarū: ita de
siderat anima mea ad te de⁹.
Sitiuit anima mea ad deum
fontem viuum: quādo veniā
⁊ apparebo ante faciem dei?
Fuerunt michi lachryme mee panes die ac
nocte: dum dicit michi quotidie vbi est de⁹
tuus. Hec recordatus sum ⁊ effudi in me
animam meam: quoniam transibo in locum
tabernaculi admirabilis vsq; ad domū dei.
In voce exultationis ⁊ confessionis: sonus
epulantis. Quare tristis es anima mea: et
quare conturbas me. Spera in deo quoniā
adhuc confitebor illi: salutare vultꝰ mei ⁊ deus me⁹.

Ater verba vsitata filios chore nouiter in
troducit: que noīa cantoꝝ sunt: nō psalmi
graphoꝝ: sicut de idithun in. 38. psalmo iā
dictū est. Ubi enī a Dauid ad psalmodiam
fuerāt electi: sed ꝓpter significantiā noīm
congruēter titulis vident appositi; magno studio
debem⁹ inquirere: vt velut nobis cādidissim⁹ nucleꝰ
INTER. exut⁹ suo tegmine decēter appareat. Hebraice cho
re: dr̄ caluaria. Caluarie ꝙ loc⁹ est: vbi dñs Salua
toꝛ ꝙstat esse crucifixū. Qua ꝓpter filij chore me
rito dicunt: qui tanq̄ gloriosissimū trophēū celestis
regis. i. signa culū crucis suscipe meruerunt. Et ideo
psalmus hic omni cōuenit xp̄iano qui amoꝛe dñi fīs
ma dñice charitatis accendit: sine qua totū abiectū
est quicq̄d in humanis reb⁹ putak eximiū. De qua re
hic prim⁹ est ps qui. 83. ⁊. 84. subsequunt. Sed i his
nolō illud meminisse debem⁹: qđ beat⁹ Hieronym⁹
ait Oē psalterij sagaci mēte plustrās: nūq̄ inuenio
q̄ filij chore aliqđ triste cāuerint. Semp enī i psal
mis coꝛ lera sunt ⁊ iocūda: secularibusq; cōtēptis ce
lestia ⁊ eterna desiderāt: cōgruēs interpretationi
nom̄inis sui. Diuisio.

Situs chore (quē dixim⁹) crucis honore
signat⁹: Prima ꝑfessione psalmi hui⁹ oē
desiderū mētis sue ad dñm dicit eē trā
slatū. Jn secūda per quinq̄partitū syllogis
mū loquit aie sue: dicēs eam in hoc seculi
salo non debere turbarriq; de⁹ est ipsius fixa delibe
ratione refugium. Expositio.

Sicut † cervus desiderat ad fontes aquar: Al. quēad
ita desiderat aia mea ad te deus]. Hic figu modum.
ra est Parabole. i. rerū genere dissimilium
cōparatio. Cervo enī homo noscit assimila
tus. Quod argumētū cōparationis duc⁹ minore ad
maius. Sed nō incassum fidelib⁹ hoc aial cōparat.
Est enī primo innoxiū: deinde velocissimū: tertio de
siderio inardescēte ūticulosum. Serpentes naribus
trahit: quas vt vorauerit veneno estuāte permotus:
ad fontē aquarum quāta potest velocitate festinat.
Amat enī aqua dulcet purissimaq; sarīari. Huius de
coꝛa cōparatio nostrū desiderū ardēter instigat: vt
qñ venena antiqui serpētis haurim⁹ et eius faucib⁹
estuamus: ad fontē diuine mie ilico festinem⁹: quate
nus qđ peri aduersitate cōtrahim⁹ dulcissimi haustus
puritate vincak. Hec vacat qđ ad fontes aquarum
dicit: non ad aquas. Fons enī aquarum xp̄s est dñs:
vnde oia fluūt q̄ recūq; reficiunt. Fluēta enī plerūq;
siccari possunt: fons aut̄ aquarū semp irriguus est.
Unde merito dictū est ad liquoꝛē sacre origīis fest
nandū: vbi desiderū nostrū nunq; possit habere ieiu
nū. [Sitiuit aia mea ad deū † viuū: qñ veniā ⁊ ap- Al. fontem
parebo ante faciē dei]. Ut desiderū qđ ꝓmisit diuine
charitatis fuisse cognoscerem: aiam suā dicit conspe
ctū dñi sitiēter appetere. Quo ambitu ibecillis in ā
ime: inflāmak humanitas. Veniq; sic sequit. Qñ ve
niam ⁊ apparebo ante faciē dei? scz qñ rūc nobis ma
nifestus apparebit: qñ nos in iudicio suo dignanter
inspexerit. Dis igit reb⁹ edoctus duertimus habere
aiam sitim suā: cū desiderio celestis cōmota diuinos
fluuios expetit: quibus irrigua semper vbertate fun
dant aque copiosissime salutares: que non solum si
tim reꝛperant aiarū: sed etiā oēm indigentiā ibecil
litatis excludāt. Hec sitis in seculo beatis pectoꝛi
bus semp estuat: nec aliquo fine cōtēta requiescit: q;
ei in futura beatitudine dak inuenire qđ appetit: si
cut dñs in euāgelio dicit Beati qui esuriūt ⁊ sitiunt
iusticiā: qñ ipsi saturabunt. Qñ aūt cū pondere ꝓ- Matth.5.
nūciādā est: vt grauis ei videak esse dilatio. [Fuerūt
michi lachryme mee panes die ac nocte]. Audiant
hoc qui ꝏno flere nō appetūt: iuges lachrymas non
inediā: sed satietatē potⁿ ituisse. Hec imeritoꝝ: fle
tus ille cib⁹ est aiarū/ coꝛroboratio sensuū/ absolutio
peccatoꝝ/ refectio mētiū/ lauacra culpaꝝ. Per has
iuges lachrymas: significat afflictionib⁹ eruditi pos
se ꝑfici xp̄ianū. Die ꝑsperitatē debem⁹ accipe: no
cte ꝙ tristiciā. Per hec enī duo: oē tp̄s vite hois in
dicak. Dū dicit michi quotidie: vbi est Deus tuus?

Causam reddit filꝰ choze: quare inges lachrymas fudit. Hoc enī dicebat assidue psecutionis tpe xpianis. Nō est q̄ vos videat: sustinete pfecto q̄ volumꝰ: que subeamꝰ. Quis in ista afflictiōe nō fleret: habere cōsciētiā rectā z prauoꝝ subia cere cōuictis: qñ vltra oēs dolores est illū in sultātē cernere: quē cognoscis cōscientie p̄uaritate fordere: Et respice cōuentiā rerū: qñ sicut lachrymas suas assiduas designauit: ita z iputatiōes fuisse ꝓtinuas dicit: vt oia ꝓcordēt q̄ sacris lectionib⁹ ꝓtinent. [Hec recordat⁹ sum z effudi in me aiam meā: qm̄ † ingrediebar i locū tabernaculi]. Id est dū hec q̄ michi iputabant delicta cogitare: aiam meā quasi ex pleno ꝓceptaculo in lachrymas subita inūdatione pfudi: rogās deū ne diutius tali increpatione torq̄rer. Aiam ꝛo suā in se quodāmodo fundit: q̄ pleno desiderio ꝓcitatus deo se sincera supplicatiōe pstrauerit. Et nota q̄ ois effusio motu facto ad vicina loca pgredit. Aia ꝛo in se fundit: quotiēs cōpūctionis istinctu in semetipam reuertit. Sequit etiā cur in se effuderit aiam suā: scz Qm̄ igrediebat in locū tabernaculi: hoc est in ecclām pſentē. Ibi enī dū ingrederet amplꝰ plorabat: amplius gemebat adhuc differri illā Hierlm: quā sanctis suis dñs repromisit. Necesse est enī viuaciꝰ desiderare q̄ expectat: qñ eiꝰ q̄dā similitudo ꝓspicit. [Admirabilis vsq̄ ad domū dei. Invoce exultationis z pfessionis: sonus epulātis]. Hic reddendū est q̄ in suprioꝛe ꝓsa dixit: in locū tabernaculi. Ingrediebat enī admirabile tabernaculū: q̄ tā iniqs iputationib⁹ cedere nescibat. Dicebat enī illi Ubi est deꝰ tuus? Sz ille deū tātopere desiderabat: q̄to in eū insultatio nefanda surrexerat. De isto ꝛo tabernaculo vsq̄ ad illā futuri scī domū dei: pius incola festinabat: ne mundi huius desideria sctō viro vilescerētur accepta. Sed quomodo illuc ire sanctissimꝰ ambiebat? Invoce scz exultatiōis z pfessionis. Exultatio ad psalmodiā respicit: pfessio ad pcā deplorāda: q̄ duo adiūcta pfectū vtiq̄ efficiūt xpianū. Sequit Sonus epulātis. Desinitio breuis quid sit exultatio z cōfessio. i. sonus epulantis: q̄ sonus ipse aiam pascit: z epulas illi suaues delectatione ꝓcedit. Quid enī dulcius: quidue salubrius q̄ deū laudare: et se semp arguere? Finita est pars q̄ sitim habēdā dicit in dño: sed rursus in sequēti pte p magnas subtilesq̄ argumētationes hoc iterat: ne per tristiciā mētis cessare videret a desiderio qđ pbabili ardore cōceperat. [Quare tristis es alia mea: z quare cōturbas me? Spera i deo]. Hoc ꝑsus paulo sollicitius audiam⁹: q̄ nisi subtilius tractenf: obscuri sunt. Post illas iputatiōes quas audiuerat: vbi est deꝰ tuus: post effusionē aie sue quā nimia tribulatione pegerat: venit filꝰ choze ad scām partē: qui p quinq̄partiti syllogismi veracissimā pbationē vsq̄ ad finē psalmi loquit ad aiam suā: dicēs. Quare aia mea mimicoꝝ seuis iputationib⁹ sauciata pregrauaris? Quare me tua afflictiōe ꝓturbas? Necesse est enī vt illa tristis ac mesta infirmitas humana turbet. Seqt̄ aduersum hec salutare remediū. Spera in deo: q̄ spes eiꝰ oia cōmutat i melꝰ: z ad eternū gaudiū pducit quos scī sibi⁹ tristicia infricta ꝓcluserit: sicut scriptū est Bti qui lugēt: qm̄ ipsi ꝓsolabunf. Matth.5. Hec nouū videat q̄ ad aiam suā ꝑsona loquit introducta. Nā et alibi legit Bñdic aia mea dño. Et alibi Pō.102. Psal.145. Lauda aia mea dñm. Et in. 42. psalmo idem repetit Psal.42. Quare tristis es aia mea? [Am̄ † cōfitebor illi: salutare vultus mei]. Ne forsitan aia diceret Quemad- Al.adhuc.

DEꝰ.

modū possum sperare in dño: dū tua michi imbecillitas frequēter obsistat? Dicit filius crucis Spera in dño: qm̄ ego illi ꝓfitebor. i. de peccatis meis penitentiā gero: vt tue deuotioni ipedire nō possim. Sequit etiā cui cōfitebor. i. qui est salutare vultus mei. Salus enī vultus nostri xps est dño: qui in forma serui qua sumus absq̄ peccato venire dignatus est: sicut Ihieremias ꝓpheta dicit Spūs vultus nr̄i xps dño Threñ.4. cōprehēsus est: sub cuius velamēto viuim⁹ inter gētes. [† Deꝰ meꝰ. † A me ipso aia mea † turbata est: Al.Et. propterea memor ero tui † dñe: de terra Iordanis]. Al.ad me- Iste qui cōsiliū dabat aie: qui mentē suā rōnabiliter ipsum. corrigebat: ad ditionē hūanitatis reuersus cōfitet: Al. contur dicens aiam suā a se potius esse turbatā. Reuera: q̄ bata. nisi hoc vicia carnis facerēt: in sua trāquillitate mētis puritas pmaneret. Hanc aūt rōcinationē nimis cōpetēter arbitror introductā: vt hō cuiđeter agnoscaret ex qua diuersitate cōstaret. Sed filꝰ iste crucis quē ꝑfatus est titulus: ostēdit remediū quo possit vnusquisq̄ aie sue ꝓturbationes euadere: dicēs Propterea memor ero tui dñe de terra Iordanis. Propterea. i. ppter cōturbationes istas quibus aia mea vehemēter affligit: memor ero tui dñe Quasi diceret Ad te summa velocitate festino: vbi pueniſſe remediū est: z carnalīū malorꝝ cōpetēs ꝓbat exclusio. Dicit etiā vnde memor erit De terra scz Iordanis: hoc est de loco in quo prius dño baptismatis beneficia ꝓsecrauit. Nā z nomē ipsum Iordanis fluminis: JATEA. interpretat descēsio eoꝝ. Descendit enī in altitudinē fontiū qui se illo munere sacramenti desiderat innouare. Nā hodieq̄ de baptizato sic dicim⁹ Descēdit i fontē. Siue descensio ista humilitatē significat: quā baptizatū necesse est habere q̄ dñi nr̄i sequit institutā. Qua ꝓpter harū rerū dū memores sum⁹: supuenientiū malorꝝ nulla ꝓfusione turbamur. [Et hermonijm a mōte modico]. Hermonijm parnus mōs iuxta Iordanē est positus: sicut Deuteronomij lectiōe Deut.3. cognoscit. Accepim⁹ inquit in tpe illo terrā de manibus duoꝝ regū amorreoꝝ qui erāt secus Iordanē: a torrēte Arnon vsq̄ ad mōtē Hermon. Sed videamus q̄d nobis significātia etiā huiꝰ nois tradere videatur. Hermonijm vī Anathema. Qđ dicit hō dīa bolo: qñ ad deū venerit. Et bñ dixit A mōte modico: q̄ nō ex altitudine superbie deus querit: sed memoria eius in humilitatib⁹ modicis inuenit. Qua ꝓpter dū perceptū baptismū: dū humilitatē memorie recōdimus: suscepte fidei regulas donāte dño salubriter obtinem⁹. [Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarū tuarū. Omia excelsa tua z fluctus tui: sup me trāsierūt]. Jordanis: hermonijm: abyssus abyssum inuocat: in voce cataractarū tuarū: figurā fecerunt Sardiſmos: que linguaꝝ semp permixtione formatur. Nam Iordanis z hermonijm hebrea sunt nomina. Abyssus abyssum z cataracte grecū est. Invocat in voce: latinū esse manifestū est. Sic ista figura: in hoc loco cōmixtione linguarū pulchre cōposita est. Duobus enī abyssis: duo testamenta significat. i. nouū et vetus que se vtraq̄ mutua attestatione confirmanti qñ vetus nouū predicit: nouū aūt cōmemorat testamenti veteris lectiones. Sic fit vt vtraq̄ se inuocēt: quādo ad alterutrum de sua confirmatione testant. Sic z alibi psalmista dicit Judicia tua abyssus multa. Profunda sunt enī testamēta dñi: q̄ in sinu sapiētie ipsiꝰ alta veritate ꝓsistūt. In voce aūt cataractarū tuarū: ꝓphetas et Aplos dicit: qñ sicut aquarū Psal.35.

SPiritu sancto illuminatus ꝓpheta: respexit ante iudiciū domini: antichristi consurgere abominabilem principatuz. Et vt fidelium corda roboraret: In prima parte psalmi facta in eum inuectione consurgit: ne se nimium in suis iniquitatibus extolleret: cui finis grauissimus immineret. Secūda parte: adhuc eum increpans dicit: ⁊ q̄ celeri fine rapiatur: ⁊ q̄ eū sanctis dñi non habeat portionem. Tertia: stupore dicit ꝓuenire sanctorum: quando diabolus qui in hoc seculo nimia presumptione grassatus est: in fine miserrimus abiectusq; videbitur. Quarta parte: propheta confidens de deo in futuro seculo cum sanctis habere se estimat beatissimā portionem. Aliqui vero hunc psalmū generaliter in peccatores dictum esse putauerunt. Sed cum pro talibus magis precipiatur orari: qui spem conuersionis minime perdiderunt: consequens est vt de antichristo magis et sequacibus eius accipiatur: qui tam obstinationis sue crudelitate noscit esse damnatus: maxime qui (sicut dicit inferius) in fine erit destruendus. Expositio.

QUid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate? Tota die]. Cum scriptura diuina nec in bonis actibus dicat esse gloriscandū: sed precipiat vt qui gloriatur in domino glorietur: nūc propheta virum scelleratuz de sola se malignitate iactante: cū indignatione redarguit: cur velit de malis actib⁹ gloriari: vnde deberet potius conscientia teste cōfundi. Est aūt Energie pars: qm̄ absentē personā alloquit quasi presentē. Hunc enim per subsequētes versus facta inuectione mirabili ꝓpetate describit: vt per mores suos conspici videatur: qui post longū tēpus creditur esse venturus. Potens etiā in iniquitatibus ille est: qui in malo permissus valet implere quod nititur. Sed quantū in nequitia validus: tantū est improbis moribus execrandus. Sed ne hoc ad momentū fieri videretur: additum est: Tota die: quod vniuerse vite significat tempus: vt sine aliqua intermissione malū semper et operetur ⁊ cogiter. [Iniusticiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum]. Pessimorum consuetudo mirabili breuitate describitur: qui nō ante cogitant: q̄ loquantur: sicut sapientissimus Salomon dicit: In ore stultorū cor eorum. Hic enim dicit linguā cogitasse non cor: vt illa que prudentū consilio famulari solet: in ipsis locutionib⁹ suis cogitasse videretur. Que ideo inconsulta protulit: quia ea premisso iudicio non limauit. Cogitauit enim lingua: vtrūq; declarauit: ⁊ facilem voluntatem leuissime mentis: et precipitationem inconsultissimam dictionis. Possumus enim interdum mala cogitare / et lingua non dicere. Hic vero prauī hominis pessima consuendo damnatur. Addidit: Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Nouacula est in quadam subtilitate tensum latius ferrum: radendis pilis acutissimum preparatum. Quod licet barbe segetem metat impressum: corporis tamen substantiam relinquit illesam. Conuenienter ergo seuissimi hominis dolum acute nouacule comparauit: quia sicut illa dominē nō ledit: ita nec iste animā iusti sub quauis afflictione percellit. Potest enim radere omnia que sunt foris secus attributa quasi pilos: sed animē interna tunc magis efficit pulchriora: quando ei nititur auferre mundana. [Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis q̄ loqui equitatem]. Nunc⁊ malum dereliquit: qui cognoscitur amare qđ peccat. Illas enim res absolute deserimus: quas odio interueniente damnamus. Nam peccator iste nequissimus diligere dicitur vitia sua: qui execrabili morbo corruptus illud magis appetibile iudicat: quod boni mores semper accusant. Et vt culpis eius augmenta cōgeminet. Addidit: Super benignitatem: vt etsi animū eius aliquando benignitas tangeret: mox tanq̄ detestabile vitiū repudiata fugeret. Sequitur: Iniquitatē magis: q̄ loqui equitatē. Plerūq; homines qui peccata faciunt: per decorem se composite locutionis abscondūt. Nolunt in se deprehendi: quia norunt generalitatis execratione dānari. Iste autē sic ꝓfessus est malū: vt loqui non erubescat: que sapientiū vota repudiāt. Et respice quēadmodū multas res his tribus versib⁹ breuiter intimauit. Que figura dicitur Leptologia: ad est subtilis locutio: quando res singule minutatim ac subtiliter indicant. [Dilexisti oīa verba precipitationis: lingua dolosa]. Interposito diapsalmate: venit ad secundā partē. Sed q̄uis nobis sceleratissimū aliquē ꝓponamus: quis erit cuius tanq̄ de precipitio montis dolosa verba descendāt? Sed de antichristo vere dicit: qui ꝓposteratis moribꝰ atq; cōfusis diligit iniq̄tatē: currit ad oīa verba p̄cipitationis: iubet qđ nulli iuuat: ⁊ totū cū dolo loquitur a quo nulli ꝓfutura censentur. [Propterea destruet te deꝰ in fine: euellet te ⁊ emigrabit te de tabernaculo ⁊ suo: et radicē tuā de terra viuentiū]. Destruet deus in hac vita ꝓperrime quos iterū edificare decreuerit: In fine aūt qui destruitur eternis supplicijs deputat. Nā ꝓpter illa que superius dicta sunt: in fine seculi ore dñi tyrānus ille plectēdus est: vt tā ingens neq̄tia aduētu summi iudicis destruat. Cuius potētie tēpora Daniel quoq; definit dicens: Qm̄ in tempus tempoū: ⁊ dimidium tēporis in ꝓsummāda dispersione fient oīa hec. Sequitur: Euellet te: ⁊ emigrabit te de tabernaculo suo. Pena ingens: formidolosa damnatio: de amenissimo dñi tabernaculo euelli: ⁊ in perpetuis igneꝰ manci pari: vbi nec virere cuiq̄ datū est: nec florere concessum: sed tanq̄ arbor grādeua radicitꝰ eunlsa: eterna sterilitate siccabitur. Postea etiā quosdā mouere: q̄ ꝓba ista antichristo nequeāt ꝓuenire. Dicit enim Emigrabit te de tabernaculo suo: cū homo paganissimꝰ ibi nō videat esse plātatus. Sed hoc a mēbris ipsius potest accipi: q̄ in ecclesia quidē corpore videnī esse nō animo: q̄ sicut fideles mēbra sunt dñi saluatoris: ita et ille suos complices in vnā colligit nequitie societatē. Addidit: Et radicē tuā de terra viuentū. Radices erūt ātichristi ꝓsentanei ministriq; diaboli: Et ideo radicē ipsius cū ipso de terra viuentiū dicit esse euellendā: q̄ cū sanctis dñi nec diabolꝰ: nec antichristus nec sequaces eoꝝ habebūt aliquā portionē. Respiciat eiꝰ penā qui potentiā ipsius hic putauerit admirandā: ⁊ necesse est vt habeat vilissimū: cuius dominiū nō dubitat ampurādū. [Videbūt iusti ⁊ timebunt: ⁊ super eū ridebūt ⁊ dicent]. Venit ad tertiam partē: in qua ꝓphetie ꝓuidebat spiritu qđ adhuc datum est post longa tēpora prouenire. Sed q̄uis iusti iugiter deū timeant: ⁊ de eius potentia non desinant magnū aliquid arbitrari: tūc tamē talia videbūt que sup humanas cogitatiōes vehemētius expauescāt. Timebūt ergo: ad gloriā diuinā respicit: nō ad penē formidinē: Loquitur enim de beatis. Sequitur: Et sup eū ridebūt: ⁊ dicēt. In isto seculo iusti deflent potius quos errare cognoscūt: sicut apostolus dicit: Ut iugeū multos ex his qui peccauerūt: ⁊ nō egerūt penitentiā. Sed qm̄ in futuro iudicio penitētie non erit locus: merito supra eum iusti ridebūt: qm̄ sancta dñi patientia a ꝓfido iniqua volūtate cōtempta est. Sed ne risum ipsum (vt hic plerūq; ꝓuenit) leuissimū putaremus: subsequit que verba dicturi sunt: vt cū iudicio dñi beatorū cōsentanea voluntas possit ostendi. [Ecce homo qui nō posuit deū adiutorē ⁊ sibi. Sed sperauit in multitudine diuitiarū suarū: et preualuit in vanitate sua]. Ecce: dū dicit extēta manus peccatoris: soas nefanda monstrat: claret ad quid ꝓducta sunt opera: que gloriosa crudelissimꝰ estimabat. Diuitias ꝛo hic vniuersas pompas seculi debemus accipere: quibꝰ ille nefandissimus abundabit: sicut Daniel, ꝓpheta cōmemorat. Et dominabitur in occultis auri ⁊ argēti ⁊ in oib⁹ cupiditatib⁹ egypti. Non enim in auro locuples erit: sed ⁊ numerositate gentium ⁊ dñatione terrarū: miraculoꝝ quoq; ostēsione gaudebit. Honoris etiā prauī se elatione iactabit: ⁊ ceteris vitijs plenissimus erit: que egypti noie videnī intelligi. Sed hec oīa erūt vana: qm̄ a dño ꝓhanē aliena. Vanū eīn dicit qđ est inane: fragile vel caducū: et ab ipsa firmissima veritate discretū. Nā q̄uis principatui eius oia mundana famulari posse videanī: in vanū tamē preualuit: qui sibi, ꝓfutura nullateniꝰ acquisiuit. Sicut de ipso ⁊ doctor gentiū dicit: Extollens se sine causa inflatus amētia carnis sue: ⁊ nō tenens caput ex quo oīe corpus per ꝓiunctiones perductū et ꝓrectū crescit in cremētū dei. [Ego aūt sicut oliua fructifera in domo dei: sperauī in misericordia dei in eternū: ⁊ in seculū seculi]. Venit ꝓpheta ad quartam partē: in qua iam letus exultat: id est in aduentu longissime vicinitatis. Et merito se oliue comparat: q̄ de eius germine oleo Christus effloruit: qui spūali oleo perunctus est ꝓ ꝓsortibus suis. Sed hec oliua beatissima talē fructū intulit: qui oīe genus humanū peccatis aridū misericordie sue faceret largitate pinguescere. Addidit etiaz: In domo dei: vbi reuera fructus felicis istius arboris adoleuit. Sed ideo fructus illi mirabilis ꝓuenit: quia iste sperauit in misericordia dei. Antiq̄tus enim sperauit in multitudine diuitiarū suarū. Hoc aūt cōtra illud ponit: vt appareat qui fructus sit in diuinitate sperare: et qualis interitus spem in dño non habere. Qđ schema dicit Syndicasmos: id est collatio: quando res diuerse in ꝓtrariū sibimet cōparant. Et ne putaret ista ꝓfidentia ad tēpus fuisse iuscepta: subiunxit In eternū: qđ est in seculū seculi. Que res ideo repetita cognoscit: vt spem oīno firam in illa eternitate iudicet. [Confitebor tibi ⁊ dñe i seculū quia fecisti: ⁊ expectabo nomen tuū ⁊ qđ bonū ⁊ est ante ꝓspectū sanctoꝝ tuoꝝ]. Dum bona sue cōfessionis saluberrimus predicator enumerat: quēadmodū nos facere debeamus ostendit. Hic enim datus est confiteri: vt ibi mereamur absolui. Addiecit: Quia fecisti: vbi intelligendū est: per figurā Eclipsin: misericordiā in qua se superius sperasse testatus est. Sequit: Et expectabo nomen tuū: quoniam bonum est. Nomen eius expectat qui se in iudicio domini Saluatoris per misericordiam eius credit esse saluandū: dum vocabulū tale in se estimat esse complendū. Quod iure dicit bonū: vbi ⁊ spes salutis ⁊ totius vite palma suscipit. Additū est quoq; Ante cōspectū sanctoꝝ tuoꝝ: quādo tam gaudiū generale iustoꝝ est: ⁊ concordi exultatione laus domini sine fine cantabitur. Conclusio.

¶ Post illas quinquagesimi psalmi felices lachrymas ⁊ expiationem beatissimam peccatoꝝ: quā letus ꝓpheta in aduersarū dñi diuinitatis amore prorupit: deuotissime hostem regis sui persequitur qui peccatorū fuerat aduersitate

SCIbE. DEF. Daniel. xi. Alt. tuo SCIbE. 2. Cor. in. xi. Daniel. xi. Alt. suum SCIbE. Daniel. xi. DEF. Col. 2. Alt. non hz. Alt. quomā Alt. in conspectu SCIbE.

liberatus. Sed q̄uis diuersis locis et laus inueniat et vituperatio que pertinent ad demonstratiuum genus: in isto tamē psalmo pulcherrime partes vtrasq; complexus est. A principio siquidē vsq; ad illud vbi ait. Prevaluit in vanitate sua: partē vituperationis exequit. Inde vero que sequunt vsq; ad finē: laudatiue qualitatis forma monstratur. Sic perfectio demonstratiui generis: vtrisq; lateribꝰ cōstat impleta. Meminisse quoq; nos cōgruit: secundū hūc esse psalmū: qui antichristi pphetauit aduentū: mirabili sibi dispositione ꝓiunctū. Nam sicut per Heliā et Enoch: duobꝰ est viris sanctissimis in fine seculi destruēdus: ita et per hos geminos psalmos ne occultus terreat antichristus indicatur. Unde cōuenienter post quinquagesimū hic psalmus est positus: qm̄ filius iniquitatis de quo loquitur: terminū remissionis excedens nullam veniam habere cognoscitur.

Explicit expositio in psalmum. 51.

¶In finē ꝓ Amalech intellectꝰ Dauid. liij.

DIxit insipiens in corde suo: nō est deus. Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniq̄tatibus: non est qui faciat bonū. Deus de celo prospexit super filios hominuꝫ: vt videat si est intelligens aut requirens deū. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonū: non est vsq; ad vnū. Nonne scient oēs qui operantur iniquitatē: qui deuorant plebem meaꝫ vt cibū panis? Deum non inuocauerunt: illic trepidauerūt timore vbi nō fuit timor. Qm̄ deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt quoniam deus spreuit eos. Quis dabit ex syon salutare israel: cum conuerterit deus captiuitatem plebis sue exultabit iacob et letabitur israel.

¶Cum psalmus iste magna ex parte similitudine versuū tertiodecimo cōuenire noscatur: intellectus ipsoꝝ q̄ maxime permutatus est diuersitate titulorū. Nam cum ille habeat: psalmus Dauid: iste continet: In finē ꝓ Amalech intellectus Dauid: ita nō mutatis versibus aliud ille: aliud iste pronūciat esse venturū. Ille enim ꝓtra iudeos pmitur: iste ꝓtra oēs peccatores insurgere generaliter indicatur. Ille de incarnatione dñi: iste de aduētu iudicij i fine psalmi dicturus est. Pulchrū plane dicendi genus: qō per figurā alle gorica ꝓuenit: idē dicere et aliter que sunt dicta sentire. Miroq; modo reperitur diuersitas in sensibus: vbi se non mutauit eloquiū. Nunc de tituli istius sermonibꝰ intimemus. In finē ꝓ Amalech intellectꝰ Dauid. In finē quid significet: frequenti expositione iam notum est. Amalech autē gens fuit: que ꝓtra dei populū acerrima nimis et frequēti certatione pugnauit. Huius nominis interpretatio talis est: p parturiente siue dolēte: qō nūc ad ecclesiā dñi competenter aptamus: que tanq̄ dolens ac parturiēs: populū cōmonet pfidoꝝ: vt a suis iniquitatibus cōquiescat. ne in diuina disceptatione dispereat: sicut apostolus ait: Filioli mei quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis. Gal. 4.

Diuisio.

A primo mēbro psalmi ecclesia loquitur: increpans eos qui nolūt ad spiritualia bona sua corda cōuertere: sed imitatione mutua inuicē sordidis actibus polluunt. Secūdo loco dicit eos recepturos mala: que in plebē fecerunt christianā. Tertio: fideles populos monet equanimiter molestias seculi sustinere: donec iudiciū maiestatis adueniat: vbi oēs bti indubitāter bona recipient que dñs polliceturꝫ.

Expositio.

DIxit insipiēs in corde suo: nō est deꝰ. Corrupti sunt et abominabiles facti sunt i † voluntatibus suis: non est qui faciat bonum: † non est vsq; ad vnū]. Hinc iterū si volumus intueri: ita nobis cathegoricus syllogismus enascitur. Insipientes corrupti sunt et abominabiles facti sunt in volūtatibꝰ suis. Oēs q̄ corrupti sunt et abominabiles facti sunt in volūtatibꝰ suis: dicunt in corde suo non est deꝰ. Hunc ad ea que posita sunt / subtilius exponenda veniamus. Verbū dicere: ꝓpriū lingue nō cordis est. Sed q; cogitationes nras potentia diuinitatis intelligit: recte dictū est insipientis corꝫ dicere: qō ad aures dñi potuit peruenire: scilꝫ nō ad ignoscēdū: sed ad iudicandū: sicut dñs in Genesi dicit: Descendā et videbo vtrū clamorē qui venit ad me opere cōpleant ce. Nam qui oipotenti verbo aliqua occasione detrahit: nec catholicis regulis acquiescit: vtiq; insipiens est: q; vere sapiētie dona contempsit. Iste ergo in corde suo negat deū. Nā si vere deū crederet: nulla in eum pranitate peccaret. Et vt hūc insipientē per multiplices errores potuisses auertere: pluralē illi numerū decenter adiunxit. Dicit enim: Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in volūtatibꝰ suis. Oēs heretici vno ꝓbo notati sunt. Nā deo recte non credidisse: corruptio est. Qm̄ a vitali sensu discedūt: qm̄ mortiferis persuasionibus implicantur. Illos subsequit pena iustissima: vt abominabiles in volūtatibꝰ suis fiant: qui corruptis sensibus obsecundāt. Addidit: Non est qui faciat bonū: nō est vsq; ad vnū. Hec figura dicitur Anaphora: id est relatio: quotiēs vnū verbū frequēti iteratione repetit. Hoc est enim qō dolorib⁹ plena parturiebat ecclesia vt in tanta multitudine perditoꝝ non sit qui bonum possit operari. Qō de illis rm̄ debet accipi: qui extra religionem positi: in detestabili obstinatione perdurant. Nam vt hoc de ipsis possis aduertere: inferius dicturus est: Qui deuorant plebē meā. Eos enim ibi designat: qui fidelē pplm̄ apertis fraudibꝰ psequunt. [† Dñs de celo ꝓspexit sup filios hominū: vt videat si est intelligēs aut requirēs deum]. Prospexit reuera dñs de celo: id est de vnoquoq; predicatore suo: quos tanq̄ celū insidet. Sup filios hominū: quando ab aplis et pphetis se fecit salutariter pdicari: vt quē gētilitas deū ignorabat esse: p eos manifesta pietate cognosceret. Et reuera filios hoim sub magna pietate prospexit: vt nō errātes pderet: sed penitentes pia pfessione saluaret. Sequit: Vt videat si est intelligēs aut requirens deū. Cū deꝰ occultoꝝ sit cognitor: et sciat ola anteq̄ fiant: hic dictū est: vt videat: id est videre faciat: sicut et alibi dictū est: Nunc cognoui qm̄ diligis dñm deū tuum. Que figura dicitur Hypallage: id est pmutatio: quotiens videre aut cognoscere dicimus eū q̄ videre vel cognoscere nos facit. Qō ideo dictū est: vt incredulis excusatio tolleretur: cū vniuersis gentibꝰ pdicatꝰ dñs Christus lōgis ante tēporibꝰ

Al. iniquitatibus
Al. non hꝫ Syr.
Gen. 18.
Sclbe.
Sclbe.
Al. Deus
Sclbe.
Sclbe.
Ps. 22.

noscēretur. [Omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonū: nō est vsq; ad vnū]. Ne illis dicit qui corde durato in scelerato pmansere ꝓposito. Oēs enim et pro parte possumꝰ dicere: vt ad illos tm̄ ptineat qui nefarijs psuasionibꝰ excecantur. Pulchro autē ordine verba descendūt. Primo enim fuit vt declinarent: secutū est vt inutiles sibi fierēt. Addidit: Non est qui faciat bonū: nō est vsq; ad vnū. Dolor ille cogitationū tanꝫ erūpens partꝰ effusio est. Repetit verba: quia in obstinatis sensibꝰ fructuosum nō potuit inuenire remediū. Merito ergo ꝓ illis ecclesia pdit dolorē suū: de q̄bus fidelis populꝰ nō poterat habere pfectū. Usq; ad vnū dū dicit: oēs negant. Nā si aliquē bonū voluisset intelligi: non diceret vsq; ad vnum: sed preter vnū. Et intende qō tertiodecimi psalmi quinq; versus qui ad iudeos competēter aptant: subsequētes ademit: vt totū intellectū generaliter ad oēs incredulos populos absolute trāsponeret. [Nōne † cognoscēt oēs q̄ operant iniq̄tatē: qui deuorant plebē meā † sicut cibū panis. Deū non inuocauerūt]. Venit ad secundā partē: vbi ecclesia dei redarguit excedētes in populū christianū. Dicēdo esse: Nōne cognoscent: cognituros esse ꝓfirmat: q; facere nō debēt qō scelerata iniquitate presumūt. Nam et ipsum verbū: preposteratis syllabis patet. Intelligēdū est em̄: ne nō cognoscēt. Que figura dicit Anastrophe: latine puersio: quotiēs verba conuerso ordine ꝓferunt. Operant ꝙ iniq̄tatē: qui fideles dñi laniare ꝓtendūt: qui ꝓtra mādata eius viduas oppumūt: pupillos expoliāt. Qui deuorāt dixit: id est deglutiūt: tota q̄ scelerū velocitate consumūt. Nec illud vacat qō dicit: Plebē meā: vt ostenderet oia superiora se dixisse de pessimis: qm̄ eos in augmēto sceleris plebē suaꝫ deuorare testatur. Nam si illud generaliter de humano genere (vt quidā volūt) velis accipere: hic incōpetens facta videbitur esse discretio. Et vt auiditatē dilacerationis ostenderet: addidit: Sicut cibū panis: scilꝫ qui semp̄ desideranter in vsu est. Nam q̄uis singulis quibusq; tēporibus escarū diuersitate sattiemur: tugiter nobis tamen panis edulū est. Subiunxit etiā: Deū non inuocauerūt. Ad cōsolationes fidelium redit: qm̄ que a peccatoribꝰ cōtra dñi voluntatē fiunt: sine celerrimo dissipank: et quicqd̄ preter illū fuerit: velut fumus in auras euanescit ethereas. [Illic trepidauerūt timore: vbi nō † erat timor]. Peccatores mūdi istius bona cogitantes in isto seculo magis timent: ne adepta felicitate fraudenk: ne diuitijs minus ꝓfruant inuētis: me acquisitis priuenk honoribꝰ. Hic enim viut formidant amittere que se tamē nouūt humana cōditione relinquere. Illa enim nō cogitāt per que verissimo timore torquendi sunt: qm̄ illis erit fletus et stridor dentiū: et ideo subaudiendū est: vbi nō erat timor: scilꝫ iustus. [Qm̄ deus † dissipabit ossa † hominū sibi placentiū: confusi sunt qm̄ deus spreuit eos]. Versus iste non est dictus in tertiodecimo psalmo: sed nouiter hic ad ꝓfirmandū iudicij tempus apponit: q; totū de ipso dicturus est: Quod in illo (sicut dictū est) ꝓpter titulū diuersitatē nō videt posse cōgruere. Deus enim in futura disceptatiōe ipsoꝝ dissipat ossa: id est obstinationes durissimas quorū nouit atrociter indurasse ꝓteritā. Addidit quoq; sibi placentiū: quod sceleratoꝝ specialiter esse dinoscitur. Iustus enim vir sibi semper displicet: dū carnis sue vitia celesti ꝓsideratione castigat. Intelligit enim illā partē fouendā non esse: vnde se nouit ad eterna supplicia peruenire. In peccatoribus vero ꝓtra est: Amāt vnde pereāt: desiderāt vnde dampnentur: et placet illis malū per qō penas ꝓpetuas sustinebūt: sicut in decimo psalmo tam dictū est: Qui autē diligit iniquitatē: odit aiam suā. Addidit: Cōfusi sunt qm̄ deus spreuit eos. Istos tales qui sibi placent: necesse est cōfundi: qm̄ illos certū est a regno Christi omnipotentis arceri. [Quis dabit ex syon salutare israel: † dū cōuerterit † dñs captiuitatem plebis sue]. Venit ad tertiā partē iā lectio: mater ecclesia: ad textu reuertens tertiidecimi psalmi: vt sicut principiū posuit simile: ita finē illi termino cōcluderet cōsonantē. Quis dabit: addendū est: nisi tu dñe. Credentis enim verba sunt: non dubitantis. Ex ꝓsonullam dicit speculatione felicem: in qua dñs aspicitur: et maiestas ipsa vero lumine cordis hauritur. Hec est salutaris israel: id est que vitam prestat populo fideli deū videnti. Adiecit: Dū cōuerterit dñs captiuitatē plebis sue: hoc est dum adhuc in isto seculo plebs deuota tribulationū anxietatibus videtur esse captiua: quādo ad promisse libertatis necdū potuit peruenire remedia. Nam q̄diu fideles suos hinc liberat: ipse etiam hic dat ex syon salutare israel: cum labores sanctoꝝ suis beneficijs consolatur. [Exultabit iacob et letabitur israel]. Versus iste futuram cōmemorat felicitatē: quādo fideles domini plenissima libertate gaudebūt. Et respice quod in resurrectione generali: frequenter Jacob patriarcha nominatur: propter illud: Jacob dilexi: Esau autem odio habui. Congrue siquidem dilectus in tanta temporis cōmemoratione ponitur: vbi sine fine gaudetur. Intulit: Et letabitur israel. Israel interpretatur videns deum: quod tūc ecclesie sine dubitatione concēditur: quādo sicut illi promissum est: in eterna patria feliciter collocabitur.

Al. scient
Al. vt
Sclbe.
Al. fuit
Al. dissipauit
Al. eoꝝ qui holibus placent
Malach. 1.
Inter.

Conclusio.

¶Studiosissime nobis considerāda est varietas et partilitas ista psalmoꝝ: quādo in verbis cōsonantia et in intellectu ꝓbatur esse diuersitas. Absolutissime siquidē pdit diuini eloquij consciabile dignitatē: vt in hijsce sermonibus salua fide res diuersas intelligere debeamus. Nam si coloribꝰ gemmarū datū est varia luce radiare: si auibus quibusdā cōcessum est diuersis splendere coloribus: si cameleonte in vno atq; eodem corpore: modo prasinū: modo venetū: modo roseum: modo pallidum humani oculi cōtuentur: cur et diuina eloquia diuersitatis intelligentiā non haberēt: que frequēter et abyssis cōparantur? Nā motu tremulo varia pelagus luce resplēdet. Hinc est etiam q̄ orthodoxi patres de vno loco diuersa dicūt: et tamen oēs salutariter audiunt. Unde et quidam nostroꝝ ait: Margarita quippe est sermo diuinus: et ex omni parte foueri potest. Meminisse quoq; cōuenit: secundū hunc esse psalmū: qui de iudeoꝝ increpatione et cōuersione ꝓlati sunt. Qui sicut nunc per vtraq; testamenta increpantur assidue: ita residui in seculi fine saluandi sunt.

¶Explicit expositio in psalmum. 52.

¶In finem in carminibus intellectus Dauid cū venerunt Ziphei et dixerūt ad Saul: Nonne ecce Dauid absconditus est apud nos? liij.

DEus in nomine tuo saluū me fac et i virtute tua iudica me. Deꝰ exaudi oratiōnē meā: auribꝰ percipe verba oris mei. Qm̄ alieni insurrexerūt aduersum

Ps. 10.

me: ⁊ fortes quesierũt aiam meã: ⁊ nõ ppo
suerũt deũ ante cõspectũ suũ. Ecce enim de⁹
adiuuat me: ⁊ dñs susceptor est anime mee.
Auerte mala inimicis meis: ⁊ i veritate tua
disperde illos. Volũtarie sacrificabo tibi: et
cõfitebor nomini tuo dñe qñ bonũ est. Qñ
ex omni tribulatione eripuisti me: ⁊ sup ini-
micos meos despexit oculus meus.

DES. In finem/ Christũ significari notissimũ est. In carminib⁹: id est in psalmi ꝓsentis ope-re. Carmen quippe est: qꝺ metri alicui⁹ pe-dibus ꝓcedens statutis regulis cõtinetur: sicut ome psalteriũ in hebrea lingua cõstat esse formatũ. Istud ergo carmẽ Christi significat lau-des. Intellectus aũt Dauid: dñm denũciat Salvato-rem: quẽ ille ꝓspicue semꝑ intelligẽs: nimio deside-rio cupiebat salutariter aduenire. Sequitur: Cũ venerũt Ziphei: ⁊ dixerũt ad Saul: Nõne ecce Dauid abscon-ditus est apud nos? Hic iterũ hystoria regũ introduc-itur. Nã Ziphei a vico syrie in quo habitabat Ziph: dicti sunt Ziphei. Qui venientes ad Saul ꝓdiderũt Dauid apud se esse celatũ. Sed exerentes malitiã suã sancto viro minime nocere potuerũt. Nunc videamus quos populos nomina ista significent: vt sacramenta INTEB. huius psalmi euidentius innotescant. Ziphei: signifi-cantur florẽtes: qꝺ in isto mũdo peccatoꝝ⁹ datũ est. Dauid autẽ figurã gerebat dñi Saluatoris: per quem declarat populus christian⁹. In hac ergo similitudine decẽter exprimit hic ꝓfidos esse florẽtes ac liberos: ⁊ fideles absconditos atq; cõclusos. Unde nunc ꝓphe-ta a talib⁹ se liberari deprecatur: ne inimicoꝝ mamb⁹ eoꝝ proditionibus contradatur. Diuisio.

Saulis periculo ꝓpheta liberat⁹: per to-tũ psalmũ dño gras agit: quia eũ ziphęoꝝ non potuit nocere ꝓdicto. In prima parte deprecatur: ne eum inimici fortissimi gra-uare prevaleant. Secundo loco aduersa-rios suos spũali pietate supplicat debere ꝙuerti: quod omnẽ cõuenit petere christianũ: vt a florentib⁹ huius mundi ita debeat liberari: quatenus cõuersionis eius gratia non negetur. Expositio.

Deus in nomine tuo saluum me fac: ⁊ in vir-tute tua † libera me]. Figura hymnoꝝ: id est cõuenientia: que fit quãdo series oratio-nis tenorẽ suũ vsq; ad vltimũ seruat: totã hanc psalmi partem cognoscitur obtinere. Orat enim ꝓpheta: vt in nomine dñi Saluatoris a perse-quentiũ malignitate liberetur. Multi enim in hoc mũ-do saluari sibi videntur ad prelens: sed non in nomine dñi: vt si quis philacteriis vel incantatione sacrilega ꝓsentibus egritudinibus nonnullis appareat subleuatus: vt si quis corrupto iudice pecuniarũ molib⁹ a facinore cõmisso liberetur. Iste vero illã petit sibi tri-bui sospitatem que venit a dño: vt hic vtiq; fide since-rissima perseverans: a pestilentia mũdi istius cõcess mentis incolumitate saluet. Sequit: Et in virtute tua libera me. Supertius petit vt in hoc seculo in nomine dñi sumeret medicinã: nunc autẽ rogat vt in iudicio fu turo eius virtute liberetur: Nam sicut hic sub imbecil litate corporis venit: ita ibi in mateſtatis sue virtuti-bus apparebit. Sic in vno versu hec duo q̃ sunt a reli-giosis principaliter expetenda: completa sunt. Quod merito vnusquisq; fidelis: merito dicit populus chri-

Al. iudica SCIBE.

stianus. [Deus exaudi orationẽ meã: auribus percipe verba oris mei]. Repetit iterũ nomen omnipotentis vt cũ frequẽter deus imploratur: non tardetur auxilium. Sed quia poterat exaudire orationẽ ⁊ tacitã: addidit Auribꝰ percipe verba oris mei: vt iam nõ solũ cordis instinctũ: sed etiã vocis exaudiret affectũ. Insigniter aũt positũ est percipe: quia illa ꝓprie percipere di-cimur: que mentis arcano recõdimus. [Qñ alieni in-surrexerunt aduersum me: et fortes quesierunt aiam meã: ⁊ non ꝓposuerũt deũ ante cõspectũ suũ]. Causa nunc predicte oratiõnis exponitur. Sed cum Ziphei de tribu Juda fuisse noscantur: vnde ⁊ ꝓpheta traxit originẽ: quare alienos dixit aduersus se insurrexisse? Uerũ hic alienos non vult peregrini generis viros in-telligi: sed operibus a dño factos extraneos. Merito: quia dum ab illis auxiliũ defensionis quesierit: apud ipsos magis insidias ꝓditionis inuenit. Fortes enim Saulem vult intelligi cũ ministris: quem et potentia regalis erigebat: ⁊ liuor insane mentis armabat. Se-quitur: Non ꝓposuerũt deũ ante cõspectũ suum. Ille ꝓponit deũ ante cõspectũ suũ: qui credit eum vbiq; esse presentẽ: ⁊ facile agnoscere que voluntas nititur humana complere. Perditi aũt ideo non ꝓponũt deũ ante oculos suos: quia ignorare illũ credũt que scele-rata mente cõcipiunt. Hec est pia oratio quã desider bat audiri: ne illi ꝓmitterent suas voluntates efficere: quos cõstabat deũ ante oculos suos nõ habere. [Ecce enim de⁹ adiuuat me: ⁊ dñs suscepto⁹ est anime mee]. Uenit ad secundã partẽ: vbi post orationis devotissi-mam sanctitatẽ: auxilii sibi dñi spũali ꝓsumptione ꝓmittit. Adiuuat dixit: vtiq; laborantẽ: vt potuisset ferre que supra eũ nitebãtur impij cõgregare. Sequi-tur etiã qꝺ sit istud adiutoriũ: id est Et dñs suscepto⁹ est anime mee. Quẽ ille suscipit: non solũ in laboribus adiuuat: sed etiã a peccatis omnibus miseratus abso-lut. Et intuere quia dicit: Anime mee: vt etsi corp⁹ pe-riculis exponit: anime tamẽ salus illesa seruet. Ipsam quippe nouit in sanctis suis specialiter custodire: per quã in iudicio creditur hoiem larga pietate coronare. [Auerte mala inimicis meis: † in veritate tua disꝑde illos]. Cũ se dñi miseratione ab inimicoꝝ ꝓsecutione ꝓpheta cognosceret fuisse liberatũ: hanc hostiã bone volũtatis ꝓbatur offerre: vt pro inimicis suis nitatur oĩmodis supplicare: qꝺ diuina pietas cõsueuit libẽter accipere. Orat ergo vt mala voluntas remoueatur ab inimicis eius: vnde eos nouerat ingrauãdos. Sequit enim: In veritate tua disꝑde illos. Mali cũ ad verita-tẽ veniũt a pristina intentione dispereũt: ⁊ nisi aliquis a ꝓposito iniquitatis discesserit: locũ in bonis actib⁹ non habebit. Dispereãt ergo Ziphei ne ꝓdant celatũ: dispereat Saul ne ꝓsequatur innoxiũ. [Volũtarie sa-crificabo tibi ⁊ ꝓfitebor nomini tuo dñe: qñ bonũ est] Voluntarie sacrificat dño: qui pro inimicis suis studio pietatis exorat. Nam qui petit inimicoꝝ vindictam qui se vlcisci desiderat calamitatibus alienis: vel qꝺ propter alia mũdi desideria supplicat: voluntarie non sacrificat domino: quia non eius amore rogat: sed po-tentiam ipsius rerũ aliquarũ necessitate deprecatur. Sacrificare autem voluntarie domino est: puritatem DEF. bone volũtatis offerre: ⁊ propter hoc tñ illum colere: timere vel amare quod deus est: qꝺ creator: quod re-rum omniũ pius probatur esse dispositor. Sacrificant etiam voluntarie deo: qui inter angustias passionũ iu-giter gratias agunt: sicut vir sanctus Job fecisse me-moratur. Sequitur: Et cõfitebor nomini tuo dñe: qñ

bonum est. Congrue nimis ad superiora respondit: vt in cuius virtute saluus fuerat factus/ eius nomen ho-stiam confessionis offerret. Confiteri enim hic/ laudare significat: q; verbũ istud (sicut sepe diximus) omony-mũ est. Addidit Qñ bonum est. Illum enim velle lau-dare mestimabile bonum est: vnde et mens sancta re-ficitur/ et mundi istius aduersitas effugatur. [Qñ ex omni tribulatiõe eripuisti me: ⁊ super inimicos meos
al. despexit Al. meus. † respexit oculus † tuus]. Sicut in prima parte in fi-nem reddidit causas oratiõnis: ita nũc subiicit ratio-nem cõfessionis sue: vt cuius ille volũtarie sacrificasse dño videretur: deus tñ cõcesserat que ꝓfutura cogno uit. Ex oĩbus quippe tribulatiõibus virtute dñi ꝓphe ta se testatur ereptum: qꝺ vtiq; in mundo isto accide re non potest/ nisi eis qui in dñi dilectione persistunt. Super inimicos aũt eius Ziphęos respexit oculus dñi: quando eos cogitationes nefarias minime cõple re permisit. Frequẽter enim ꝓpitius deus iniqua nos nõ permittit efficere: vt cõpuncti debeamus de nostris er-roribus supplicare. Sicut est Saulus phibitus/ cum a sacerdotibus ad Damascũ mitteretur: vt ecclesiam christi feuissima persecutione vastaret. Magna siqui-dem prosperitate non est permissus agere: vnde po-tuisset ad eterna supplicia pervenire.

Conclusio.

¶ Supplicatio ista ꝓphetica/ ⁊ sancte depre-cationis devota simplicitas: vtilimum vite nostre tradit exemplũ: vt qñ a Ziphęis id est a mundi istius florentibus ingrauamur: non ad contentiões leuissimas incitemur: sed voluntarie dño sacrificantes/ eius beneficijs ab omni tribulatione li-beremur. Contẽdamus illi verissime confiteri: vt etiã ignari a nostris compedibus mereamur absolui. Ma-gna ꝓrsus forma petitionis expressa est: vt imminẽ-tibus quibuslibet periculis tranquillo ⁊ cõfidenti ani mo supplicemus: qñ nouit ille nos ex oĩbus tribula-tiõib⁹ eripere: si tñ hic nobis intelligit expedire. Nos eñ quid oremus sicut oportet nescimus/ quos ⁊ igno rãtie tenebrose circundãt/ ⁊ noxia peccata cõfundũt.

¶ Explicit expositio in psalmum. 53.

¶ In finẽ in carminibus intellectus Dauid. Luij.

Exaudi deus orationẽ meam/ ⁊ ne despexeris deprecationẽ meã: intende michi et exaudi me. Contristatus sum in exercitatione mea: ⁊ conturbatus sum a voce inimici/ ⁊ a tribu-latione peccatoris. Quoniam declinauerũt in me iniquitates: et in ira molesti erant mi-chi. Cor meũ conturbatum est in me: ⁊ formi do mortis cecidit super me. Timor ⁊ tremor venerunt super me: et contexerunt me tene-bre. Et dixi: quis dabit michi pẽnas sicut co lumbe: ⁊ volabo/ ⁊ requiescam? Ecce elonga ui fugiens: et mansi in solitudine. Expecta-bam eum qui saluum me fecit: a pusillanimi-tate spiritus ⁊ tempestate. Precipita dñe di uide linguas eorum: quoniam vidi iniquita tatem ⁊ contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circundabit eam super muros eius ini quitas: ⁊ labor in medio eius ⁊ iniustitia. Et non defecit de plateis eius: vsura et dolus. Quoniam si inimicus meus maledixisset mi chi: sustinuissem vtiq;. Et si is qui oderat me sup me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis dux meus ⁊ notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambula uimus cum consensu. Ueniat mors super il-los: ⁊ descendant in infernũ viuẽtes. Quo-niam nequitie in habitaculis eorũ: in medio eorũ. Ego autẽ ad deum clamaui: ⁊ dñs sal-uauit me. Uespere et mane et meridie nar-rabo ⁊ annunciabo: ⁊ exaudiet vocem meã. Redimet in pace aiam meã ab his qui ap-propinquant michi: quoniam inter multos erant mecũ. Exaudiet deus ⁊ humiliabit il-los: qui est ante secula. Nõ enim est illis com mutatio/ ⁊ non timuerunt deum: extẽdit ma nũ suã in retribuendo. Contaminauerũt te-stamentũ eius diuisi sunt ab ira vultus eius: ⁊ appropinquauit cor illi⁹. Molliti sunt ser-mones eius super oleum: et ipsi sunt iacula. Jacta super dñm curã tuã/ ⁊ ipse te enutriet: ⁊ non dabit in eternum fluctuationem iusto. Tu vero deus deduces eos: in puteum inte-ritus. Uiri sanguinũ et dolosi non dimidia-bunt dies suos: ego autẽ sperabo in te dñe.

IN finem quidem frequẽter dictũ est: quod tñ non pigebit repetere/ si hic et aliter po-tuerit explanari. Bene finis dicit christus: qñ quicquid recte ac fideliter agimus/ ad ipsum cõstat sine dubitatione referendum. Siue qꝺ-nit in tempor. fine: sicut apostolus dicit. Nouissime lo- Hebr. 1.
cutus est in filio. Hoc etiam significabat qꝺ Moyses dixit: Occideris agnum ad vesperã. In carminibus Exo. 12.
in laudibus dicit. Admonet enim nos siue in tristitia/ siue in gaudio ꝓcoma dñi iugiter ꝓsonare: vnde psal-mus iste dicturus est nec ab ea aliquãdo laude disce-dere. Nam paterno affectu quando castigat corrigit: quando cõsolatur refouet. Utrunq; ergo nobis ꝓficit si de ore nostro gratiarum actio nõ recedit. Sequitur Intellectus Dauid. Iste certꝰ intellectus est Dauid: vt sm carnem eum patrem dicamus dñi christi: sicut in euãgelio cecus exclamat Fili Dauid miserere mei. Luc. 18.
Scõm diuinitatez vero seruũ esse fateamur: sicut ipse in centesimo nono dicit Dixit dñs dño meo: sede a de- Pũ. 109.
xtris meis. Diuisio.

Per totũ psalmum duobus diapsalmatibus quasi gemmis oculis decenter appositis/ ꝓba sunt dñi saluatoris ex forma serui: quã integra ꝓprietate declarãs/ humilitatis no bis salubrime donauit exemplũ. In pri-ma parte petit ne in tribulatione positi despiciat ora-tio: deprecans liberationis celeritatem: quam ex car-nis infirmitate ꝓbatur expetere. Secũdo loco iudeo-rum destrui supplicat iniquitates: quoniaz in ciuitate

ipsorum erat cōtradictio veritatis. Tertio loco dicit que obstinatis iudeis pro suis sceleribus nouerat euenire. Post hec introducitur pia consolatio: ne quis fideliū audita seueritate iudicis terreretur.

Expositio.

EXaudi deus oratiōnē meā: t ne despexeris deprecationem meū]. Christus dñs qui ad nos venit pia miseratione saluandos/vite nobis formā tribuens t salutē: ex dispensatiōe/qua passus est in mundi perturbationibus voluntarie cōstitutus: primo comate exaudiri petit orationez suam. Deinde postulat ne eius deprecatio despiciat: sed hoc totum per illud dicitur/qđ homo deus esse dignatus est. Poterat enim t exaudiri pus: sed postea despici. Qđ euenit eis q̄ mū di istius bona desiderantes accipiunt que precātur: t tñ postea despiciūtur: q: nequaq̄ eterna premia que-
Alr. michi. sierunt. [Intende † in me et exaudi me. Contristatus sum in exercitatione mea: et cōturbatus sum]. Prius est intendere: deinde vocem supplicantis audire. Nemo em̄ auersus exaudit: sed cui aspectus tranquillus cōcedit/ipsi t aures placidissime cōmodātur: sicut in
Pō.12. alio psalmo dicit Respice t exaudi me dñe deus me⁹. Deinde reddit causa perfecte orationis. Cōtristatus sum in exercitatiōe mea: t cōturbatus sum. Pulcherrime dñi saluatoris vno sermone vite cursus exponit. Exercitationē quippe dicimus: que nulla remissione/ nullo ocio cōquiescit: sed intenta fugi laboze in virtutis gloria perseuerat. Exercitabatur nāq̄ miraculis/ exercitabat sanctitate doctrine: sed contristabatur eo maxime/q: fructū iustitie perfidi non ꝓbabant afferre: sicut euā gelista dicit: Et cōtristatus est super Ihe-
Luc.19. rusalem t flevit. O bonitatem pissimi creatoris: vt se contristatū t cōturbatum dicat: q̄ predicatiōibus salubberrimis obstinati populi vesania nō credebat. [A voce inimici/et a tribulatione peccatoris. Quoniam declinauerūt in me iniquitates: et in ira molesti erant michi]. A voce inimici/et a tribulatione peccatoris: subaudiendū est Libera me: vt possit nobis fm auctoritatem hebream versuum cōstare diuisio. A voce inimici petit se liberari: quando de ipso dicebat populus
Wat.27. iudeorū: Si rex israel est/descendat de cruce: t credimus ei. Petit ergo vt hec vox perfidorū cōspecta resurrectione vincat. Tribulatio vero peccatoris erat: quādo enim oze sacrilego cōspuebāt/cedebant alapis t flagellis/t exprobrationes illi supra verba gemnabant. Sequit Qm̄ declinauerūt in me iniquitatē: t in ira molesti erāt michi. Furētis populi imper⁹ quasi fluminis cursus exponit. Declinauerūt em̄ in dñm iniquitatem: q: nullam volētes recipere rationem/effusionē sanguinis innocētis expetebant. Et nota q̄ magne cause verbis singulis explicant. Judeos dicit vehemēter accensos: quos ira feruida p̄cipitabat ad facinus. Nam qđ ad se pertinet dixit Molesti erant michi: quod solet nobis cōtingere/quando peccatore superfina reddimur inquieti. Audiant insipientes iudei dño se tm̄ fecisse molestiā: sibi autē perpetuā ruinam. [Cor meū conturbatū est in me: t formido mortis cecidit sup me]. Hic iterum humilitas humanitatis exprimitur. Nam q̄uis lege carnis eius animus turbaretur: diuinitatis tñ sue presidio dolores corporis/tormēta q̄ vincebat. Nam si hoc in martyribus dei virtus operatur: quāto magis in illa dispensatiōe carnis sue tormēto⁹ sensus vehemēs nō poterat prevalere. Impleuit patiendo verum hominē: sed t per se vincē-
do talia idem ipse deū se esse declarauit. Addidit Et formido mortis cecidit super me. Sua suis apte reddunt. Consequens em̄ erat: vt cuius cor cōturbatum fuerat/eius t formido mortis inualeret. Inspiciamus qđ dicit Formido mortis cecidit super me. Reuera cecidit: quando supra eū venit viterius non valitura qđ potuit. Morte siquidem dñi momentanea/mors perpetua victa est: que sibi dominatū in humano genere
vendicabat: sicut apostolus dicit Absorpta est mors 1.Cor.15.
invictoria tua. Ubi est mors cōtētio tua? Ubi est mors aculeus tuus? [Timor t tremor venerunt super me: t contexerūt me tenebre]. Exitus nostri morte certissima ꝓprietate describit. Mortem em̄ prius timemus: deinde cōtremiscimus: q: separatio ista corporis/ anime sine cōturbatiōe maxima nō potest euenire. Sequitur Et cōtexerūt me tenebre. Ucina mortis tenebrarū premittebat aspectum: q: frequenter illa cōspicimus animo/de quibus nos ventura solet cōturbare formido. [Et dixi: quis dabit michi pēnas sicut columbe: t volabo/t requiescam?] Post cōturbatiōes mortiferas/et verissime humanitatis indigētiam: necesse fuit liberationē expetere/quam sibi nouerat conferendam. Ait enim: Quis dabit michi: scilicet nisi tu pater qui humanā naturam vsq̄ celozum regna perducēs/ ad tuam dexteram collocabis? Penne a pendēdo dicte sunt: que corpus auium in auras ethereas sublimitate suspendūt. Sed inspice q̄ pennas non aquile/ non accipitris/non hirūdinis: que his omnibus celerius volant sibi dari postulat: sed columbe. Columba enim dicta est quasi celle alumna: que vitam sine alterius grauamine peragit. Aues innocēs/māsueta: que in nullum animal fellica voluntate cōsurgit: nec escis sordidis vllatenus acquiescit. Merito ergo columbe pennas dñs christus expetit: in cuius specie supra eū baptizatus spiritus quoq̄ sanctus apparuit. Sequit Et volabo t requiescam. Volabo: id est celerrima me velocitate transponam. Significat em̄/quando molestias iudeorū vitauit: vt ab eorum iniquitate quiesceret/quod etiam sequens versus ostendit. [Ecce elongaui fugiens: t mansi in solitudine]. Illa loca euāgelii cōmemorat: quando crebris miraculis seditiones sibi concitauit omnimodis perfidorū. Ait enim War War.1.
cus: Et diluculo valde surgens egressus abiit in desertum locū: ubiq̄ orabat. Et paulo post sequitur Ita vt iam non posset manifeste in ciuitatem introire: sed foris in desertis locis esse. Elongauit enim a persequētibus: vt occasionem iracundie insanis mentibus abrogaret. Mansit in solitudine: vt imperturbati secreti puritate frueret. Tali facto nos cōmoneno: vt quando iniquitatis alicui⁹ falce deprimimur/in secreto cōscientie quiescere debeamus. Siue illud potest intelligi: qm̄ a iudeis perfidis recedēs/ in solitudine gentū mansit. Solitudinem vero gentes appellari ꝓpheta testatur dicens: Letare desertum sitiēs: t exultet de- Isa.35.
sertum/t floreat tanq̄ lilium: et floreant t exultēt deserta iordanis. [Expectabam eum qui saluum me fecit: a pusillanimitate spiritus et tēpestate]. Uenit ad secūdam partē. Intercedente enim diapsalmate mutauit et causaz. Dixerat quippe requieuisse se in solitudine: nūc autē ꝓnunciat patris se expectare presidiū/ qui eum poterat a corporea infirmitate saluare. Non enim se securum factum solitudine putauit/ qui adhuc presidia paterna sustinuit: prebēs nobis saluberrime institutionis exemplum: vt non in adiutorio cuiusq̄ alterius/sed in ipsius tm̄ liberatiōe presumamus. Et

q: dixerat se superius perturbatum: ideo nūc modici animi se fuisse testat. Hec em̄ t his similia ad humaETY. nitatis sunt referenda naturā. Pusillum em̄ a pugillo dictū est: parū aliquid atq̄ breuissimū ēstum vni⁹ manus capacitas cōstricta possit includere. Tempestatem vero dicit ꝓcellas seditionū: quas videt precipites similes fluctibus cōmouebant. [Precipita dñe et diuide linguas eor: qm̄ vidi iniquitatē/t cōtradictionem in ciuitate]. Hic iudeo populo salutariter impiecat/vt diuisione linguarū malitie sue nō impleret effectum: sicut in turri illa factū est/quā metu recentis diluuij in altum homines extendere tentauerūt: vbi primo linguarum facta est cōfusa diuisio. Ante em̄ mundus hebreis tm̄ (sicut putamus) sermōibus vrebatur. Sed specialiter mente cōdendū est: q: iratus linguas diuisit: ꝓpitius autez in suis apostolis adunauit. Ubi ne superflua vota complerēt: hic vt vniuerse gētes ꝓpriam linguam predicatione veritatis agnoscerēt. Precipita dixit: ne muniat cogitationes suas machinatione puersa. Diuide/ne in pernitiosam confluāt vanitatem. Sequitur Qm̄ vidi iniquitatem t contradictionē in ciuitate. Digne illos diuidi postulabat/quos iniquos fore in sacrilegis cōgregatiōibus presciebat. Et merito solitudines expetit: qm̄ iniquitatē in ciuitate eor: esse cognouit. [Die ac nocte circūdabit eam super muros eius iniquitas: t labor in medio eius/t iniustitia. Et nō defecit de plateis eius vsura t dolus]. In duobus istis versibus Hierusalez pristine triplici modo mores pessimi rationabiliter accusantur. Dicit em̄ Die ac nocte: id est omni tēpore circūdabit eā super muros eius iniquitas: vt ētum murorū machina in altum potuit crescere: multo magis ibidem malitia se ꝓterua distenderet. Sequit Et labor in medio eius t iniustitia. Prius muros dixit/vt cunctos habitatores includeret: nūc dicit Et mediū ciuitatis: designās nobilissimos t primates/qui honorabiles se videri volunt semp in medio cōstituti. Hos non lex/non ratio: sed labor et iniustitia possidebat. Labor/ respicit ad exercēdas oppressiones: iniustitia/ ꝓtinet ad nefanda iudicia. Subiūgit tertium modū. Et nō defecit de plateis eius vsura et dolus. Intendamus q̄ nō dixit occulte: sed in plateis talia fuisse cōmissa/que lex superna damnauit. De vsura em̄ dictum est Qui pecuniam
Pō.14. suam nō dedit ad vsuram. De dolo autē/Et labia tua
Pō.33. ne loquant dolum. Hec nō occulte gessit: sed quodāmodo libera iniquitate cōmisit. Omne em̄ malū execrabilius redditur: quando publica presumptiōe tra-
SCIBE. ctatur. Memēto autē illius schematis/quod A parte significat totū. Multi em̄ illic inuenti sunt/qui sacras predicationes deuotis mentibus acceperūt. [Qm̄ si
Alr. fustinuissem. inimic⁹ me⁹ maledixisset michi: † supportassem vtiq̄. Et si is qui oderat me super me magna locut⁹ fuisset:
Alr. abscondissem me forsitan. † absconderem me vtiq̄ ab eo]. In isto versu t duobus aliis qui sequunt/iudas pfidus exprobrat: q: cauere potuit/si publicus fuisset inimicus. Nam quomodo eū haberet suspectū: qui videbat esse discipulus? Dicit Qm̄ si inimicus meus maledixisset michi/ supportassem vtiq̄: q: reuera venisset aduersus iurgia tractanda. Et debet patienter accipi: qđ inopinatū non ꝓbatur assumi. Et intelligē q̄ humili verbo vsus est vt diceret supportassem: qđ cōsuetudo humanis calciamentis nomen imposuit. Nō est ergo insolitum vt ille diceret supportassem: qui se etiā scarabeis/t vermibus cōparauit. Que figura (sicut sepe memoratus
SCIBE. est) dicitur Metriasmos: id est mediocritas. Sequit: Et si is qui oderat me super me magna locut⁹ fuisset: abscōderem me vtiq̄ ab eo. Hinc quoq̄ mirabile patientie monstratur exemplū: vt inimicis magna: id est lingua loquentibus: non in cōtentiones erūperet/aut aliqua altercatione resisteret: sed locum verbis daret insanis. Et ne adhuc sanctā mentē malmolozū sermo sequeretur/se dixit abscondere: vt ꝓcacitas necessario desineret/cū aduersarium non videret. [Tu vero homo vnanimis: dux meus/t notus meus]. Hic t sequens versus increpatne quidē legendus est: sed consideren⁹ qua patēria. Adhuc vnanimis/adhuc dux/ adhuc not⁹ dicit: qui futurus hostis/et crudelissimus traditor: ꝓ omnia noscebatur. Unanimis/ad illud ptinet: q: inter apostolos fuit. Dux/qm̄ ad vicos t castella premissus est: vt predicatione verbi rudes animos imbuisset. Ducere vero bene dicimus itineris precursorem. Notus autem ad illud pertinet/qđ eius ꝓditio fuisse non ꝓbatur abscōdita: quando christus dñs tradidorem eum in cōmunt epulatiōe predixit. Et alio loco dicit: Nōne ego vos duodecim elegi: sed vn⁹ ex vo- Joan.6.
bis diabol⁹ est? [Qui simul mecū dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cū cōsensu]. Gradescit culpa: cū beneficia reputant extrema. Quod schema dicit Emphasis. Nam queuis malignitas ciborū SCIBE.
semp comestione mitescit: nec solet esse venus/qui dulcis mense gratificatiōe delinit. Congrue siquidē corporales cibos stulto homini cognoscimus imputatos quos ille tm̄ dulces poterat estimare. Nam si dogmaticos cibos quos ante ꝓceperat retinere voluisset: ad tantū sacrilegium nō veniret. De quibus cibis fidelibus dictū est Gustate t videte: qm̄ suauis est dñs. Se- Pō.33.
quit In domo dei ambulauimus cuz cōsensu: id est in templo Hierosolymitano: vbi inter eius videbat esse discipulos: vt simul vocatus incederet/simul eius collegia sequeret. Cōsensus em̄ perfidi hominis ad conuēticula ꝓcessionum pertinet: non ad ꝓpositi firmissimā sanctitatē. Et vt nobis absoluta verbor possit stare cōtextio: illi/et superiori versu iungendū est cur metradebas. [Ueniat mors sup † eos: t descendāt in in- Alr. illos.
fernū viuētes. Qm̄ nequitie in † hospitijs eor: in me- Alr. habita-
dio † ipsor: ū]. Cū de iuda superius singulariter sit lo- culis.
cutus: nunc per sentētiam cōmunis pene cōuertit ad Alr. eorum.
iudeos. Sz mouere potest quare dixerit Ueniat mors super eos: t subiūxit Et descendant in infernū viuentes: quod vtiq̄ fieri nō potest vt t moriatur aliquis/t viuus descēdat ad inferos? Sed hoc magis spiritualiter accipiendum est: q: more suo emendationem magis q̄ cōsumptionem venire postulat inimicis. Moris enim dicitur vite finis: t qui in meliorem partē cōuertitur/ occasum prioris cōuersationis merito reperisse iudicatur. In infernū autem descendunt viuentes (sicut paruitati nostre videt) qui cogitationes suas pessimas expauescunt: et ad melioris institutionis tramitem diuina gratia transferunt. Sic em̄ quasi in infernum viuentes descendimus: quando malorū nostrorum recordatione terremur. Tali siquidez intellectu predictam euadimus questionē. Juste quoq̄ illos petit conuerti: qui in suo pectore quasi in quodam hospitio nequitiam susceperunt. Et bene dixit hospitio: vt ostenderet maliciam non esse naturalem: sed aduētitia quadam hospitalitate susceptam. Qz autem dixit In medio/designat precordia eoruz: vt pernitiosissima cogitatio mōstrarek/que cor hominis obtinebat. [Ego autē ad deum clamaui: t dominus † exaudiuit Alr. saluauit.
me]. Malorū increpationibus vt decebat premissis:

nd sua desideria/votaq; remeauit:ex forma seruiverba deprimens. Clamauit enim tugiter ad deū/qui se diuina cōuersatione tractauit:z cōsequens erat illum exaudiri/q; maiestate sua nō poterat segregari. Nō schema dicit prophonesis/ iarme exclamatio: quotiens inter alia que loquimur / ad deum subito verba conuertimus. [Uespere z mane z meridie narrabo et annūciabo/z exaudiet vocē meā]. Intendamus animo:quia hec verba magna nobis denunciant. Uespere significat tempus traditionis:quandoq; eū iudas cohortibus nosciur prodidisse querentibus. Mane/cū ad pontium pilatum perductus est audiendus. Meridie/q; hora sexta(vt euangelista dicit)in cruce suspēsus est. Meridies quippe dictus est quasi medi⁹ dies. Hiis consequentia verba redduntur. Narrabo pertinet ad vesperam: q; omnia locutum cōstat que iudas nequissimus facere disponebat. Annunciabo ad mane respondet: quando dicēte pilato Tu es rex iudeorum. Annūciauit In hoc natus sum:et cetera que ibi dicuntur a dño. Jungit etiam Et exaudiet vocē meā: ad meridiem pertinet:quando in cruce dixit Consummatū est:z emisit spiritum. O mira brevitas. In hoc vno versiculo tam magnus actus ille narratus est:vt quod in illa latitudine cognoscit expositū/in hac brevitate pbaretur esse collectum. [† Liberauit in pace aiam meā ab his qui appropinquant mihi:qm̄ inter multos erāt mecū]. Hoc est quod superius exaudiā dicit vocem suam:vt resurrectionis beneficio/ei⁹ anima liberaretur in pace. Et a quibus liberaretur cōsequēter exponit. Ab his scilicet qui appropinquāt mihi. De illis dicit quib⁹ laudibus fictis reddere videbantur obsequium / et corde fauebant nichilominus inimicis: a quibus merito aiam suā dicit esse liberatam. Erat enim grauissimū inimicitie genus esse corde aduersarios/et lingua simulare devotos. [Exaudiet deus:z humiliabit † eos:qui est ante secula]. Exaudiet vtiq; superiora que dicta sunt : humiliabit eos scilicet ad credendū : vt qui per superbiam fidem declinauerant christianam/ per humilitatem iterum lumen veritatis agnoscāt. Nam qd additū est Qui est ante secula/verbum significatur coeternum patri: ne ex tempore aliquo extitisse videretur/qui secula creauit vniuersa. Tempus enim tunc cepit:quando mundus sumpsit initium. Designat ergo arrianorum insana temeritas creatorem temporū predicare sub tempore:dum coeternus patri/z consubstantialis cū sancto spiritu incōmutabiliter vnigenitus filius perseverat. [Non est enim illis commutatio:z non timuerunt deum]. Interiecto diapsalmate venit ad tertiā partem. Prius enim solita pietate converti optauit errantes:nunc virtute diuinitatis sue futura cognoscēs/sensum esse dicit incōmutabilem perfidorum : q; duritia mentis non poterant recipere veritatem. Commutationes vero duplici modo debemus accipere: siue istā que hic fit/ quando ad confessionē piam ab obstinata voluntate transitur:siue illam quam dicit apostolus. [Omnes resurgemus:sed non omnes immutabimur. Quapropter qui hic cōmutatus fuerit: ibi non potest immutari. Sed de istis talibus quare nō cōmutabuntur/causa subsequitur:q; non timuerunt deum. Nam qui timet deum a sua perfidia cōmutatur : duz iudicij pauore / et charitatis studio eligit dificis iussionibus obedire. Et nota q̄ in hoc/z in duobus aliis versibus qui sequuntur:pariter cōiū z vitiones dicit z culpas. [Extendit manum suam in retribuendo. Contamina

uerunt testamētum eius]. Ipsa nūc allegorice dicuntur : que in futuro iudicio sunt agenda cum perfidis. Manum hic virtutem/operationemq; significat:que tunc fit: quādo illa discretio bonorū/malorumq; prouenerit. Subiūgit etiam cur iudeos pena iustissima consequatur: q; mandata dñi prauis actibus polluerunt:dum hoc nec passi sunt credere/quod eis cognoscitur scripturarū veritas predicasse. Ille enim testamentū dei q̄tū ad se est cōtaminat:qui minime ipsius imperijs obsecundat. [Diuisi sunt ab ira vultus eius: et appropinquauit cor † eius. Molliti sunt sermones eius super oleum:et ipsi sunt iacula]. Hoc dicit quod in illa iudicatione futurū est. Diuidūtur enim perfidi a populo fideli:z tanq̄ arsure palee segregant a granis. Ab ira vultus eius iudicij tempus exprimit. Ira enim hic p vindicta ponitur:quam p suis actibus impij sustinebunt. Ceterum ille incōmutabiliter omnia/placideq; discernit. Addidit Et appropinquauit cor eius. Ipsum adhuc tempus exponit:quando cor dñi: id est volūtas eius ommbus innotescit. Illo em̄ tempore appropiauit cor eius:quando illud quod hic per pphetas suos precinuit/ z per apostolos predicauit/ generalitas manifestissime tunc videbit. Sed cur illa faciat que dicta sunt subsequēter exponit. Mollierūt sermōes suos super oleum:z ipsi sunt iacula. Mollierunt enim perfidi iudei sermones suos: quando dicebant:Magister scimus quoniā a deo venisti:z viā dei in veritate doces. In mundo enim quid lenius oleo? Sed exaggerationem nimiam supra oleum perfidorum sermones dicit esse mollitos:ne tanto sceleri par potuisset aliquid inueniri. Ipsi etiam fuerunt iacula: quando dixerunt Reus est mortis. Hoc enim sermones illi pbantur effecisse/quod iacula. O execrāda diuersitas potuisse homines mollia loqui:cū essent tam dura facturi. [Jacta † in deum cogitatum tuū/z ipse te enutriet: † non dabit in eternum fluctuationem iusto]. Cum de perfidis iudeis celestis iustitia loqueretur:saluberrimū consilium nostris infirmitatibus dedit. Cogitatio enim seculi nos semper affligit : quam si nō abiciamus atterimur:sicut Salomon ait. Quēadmodum vermis ligno/z tinea vestimento:ita tristitia viri nocet cordi. Sed quando iactatur in dominū non solum non nos consumit/sed etiam nutrit: vt que solet imminuere/ augmētum nobis videatur afferre. Sequitur Nō dabit in eternum fluctuationem iusto. Uera est dñi/immutabilisq; sententia : sed si eam qua dicta est integritate noscamus. Justis in isto solo/seculi non admit fluctuationes: q; hic eos temporaliter probat:vt ibi quos coronet inueniat. In eternum autem(sicut hic dicit) neminem permittit iustissimū fluctuare: quando iam perpetua pace cum ipsis cognoscitur in eternitate regnare. Ibi enim nequaq̄ excitabitur fluctus:vbi est semper tranquillissimus portus. [Tu vero deus deduces eos in puteum interitus]. Quia dixit de iustis: nūc dicit de impijs/qui in gehenne pfunditate mergēdi sunt. Puteus quidem dicitur hiatus patens in terre finibus excauatus:aquas continens humanis vsibus attributas. Sed ne hunc puteū vitalem intelligere potuisses:addidit Interitus. De quo alio in loco legitur Neq; aperiat sup me puteus os suum. Fouea mortalis/mersura terribilis:vbi nec spacium vllum conceditur/ nec ipsa miseris respiramenta prestantur : sed obscuritas teneb:osa circūdans/amenti luminis tollit aspectum. Et putei siquidem similitudine / gehenne tormenta nos admonet

Ps. lxxxvi. Ps. lxxxvii. Ps. lxxxvii. Ps. lxxxvii

periculis sit erepta: nec se dicit formidare mala q̄ cognoscit esse celeriter transitura. Tertio loco in futura illa beatitudine laudes se dicit dño iugiter cantaturam: qui eam de huius seculi aduersitate liberauit.

Alt.mei. Alt.ipugnās

Expositio.

IMserere † michi dñe qm̄ cōculcauit me homo: tota die † bellās tribulauit me]. Virgo mater ecclesia que fideles populos parit/nec a sua integritate discedit: celestem spōsum ipso lachrymis rogat/ ne se patiat ab inimicis opprimi: que adhuc in mūdi istius cognoscit calamitate versari. Cōculcauit/retulit quod in titulo dixit ad torcular: q: tantū vinū exprimit/quantū enixius vua calcat. Hoc enim hic significat absolute diabolū: sicut in euāgelio de ipso dño dicit: Inimicus autē homo qui superseminauit zizania/est diabolus. Sequit Tota die bellās tribulauit me. Describit quid in hoc mūdo sancta patiat ecclesia: q: sine aliqua intermissiōe diaboli cognoscit certamina sustinere: sicut dicit apl̄s. Non est nobis colluctatio aduersus carnē z sanguinē: sed aduersus principes et potestates tenebrarū harū. Bellū graue/q: occultū: pugna difficilis q: cum fortiore dimicat. Quale est em̄ cū hoste confligere: et eius insidias non videre? Aduersarius quoq; noster nec labore deficit/nec victus aliq̄n discedit: sed tāto atrocior redit/quantū eum per diuinā gratiā debellari posse cōgerit. Bellū vero schematice p̄ Antiphrasim dicimus: sicut lucum qui non lucet/et piscinam que nō habet pisces. Quapropter nulli se querātur fidelīū frequentissima diaboli machinatione vexari: q: si christi esse volumus/hic aduersariū semper diaboli sustinemus. [Conculcauerūt me inimici mei tota die: ab altitudine diei. † Qm̄ multi q̄ debellār me timebunt]. Grauissimū quidem genus iniurie est/vsq; ad pedum cōtumeliam quenire: sed inde p̄cedit quod sanctis altaribus offerat. Vinū em̄ non p̄fluit/nisi pedibus vua tundat: sic in mēbris suis ecclesiam cōculcat inimicus/vt sanctoq; inde merita gloriosa nascantur. Repetit quoq; Tota die: vt reuera intelligas in hoc seculo nullū rēpus omnimodis a talibus tēptationibus alienū. Hā q̄ dixit Ab altitudine diei: mūdum istū significat/vbi tumet altitudo superbie. Nam sicut christi regula humilitatē p̄cipit: ita diaboli cōsuetudo ruinose altitudinis culmina p̄suadet. Et vt graue pōdus sue cōpressionis exprimeret/ab altitudine superbie se dicit fuisse calcatā: vt nec leue pōdus crederes/qd̄ tanta mole premeret. Sequit Qm̄ multi qui debellāt me timebūt. Nonvacat q̄ multos dicit/z nō omnes timere: scz qm̄ ex ipsis qui ecclesiam debellāt/plurimi conuertunk ad dñm: z incipiunt eterna exitia nō timere/cū beatorū partibus aggregank. Illi autē qui in sua obstinatione p̄manserint/ omnes timebunt penale sibi iudiciū: qm̄ dñi declaratur aduētus. Felix cōmutatio: vt hic paruo tēpore caste timeam fideles/ z in illa penni exultatiōe securi sint. At contra infelicīū sors omnino durissima est: hic sub breuitate gaudere/z in illa ꝑpetuitate cruciari. [Ego vero in te speraui † dñe]. Dicit causam quare sic timere non debeat sicut impij formidabunt: qm̄ sperat in dño/qui nunq̄ in se decipit confidentes: sicut Salomon dicit: Quis speravit in dño/z cōfusus est? Aut quis permānsit in timore illius/z derelictus est? [In deo laudabo sermones meos † tota die: in † dño sperabo: nō timebo quid faciat michi † homo]. In deo laudat sermones suos: qui omne qd̄ bene loquitur nō sibi/sed diuinis cognoscit muneribus applicare. Suos em̄ ita intelligēdum est/nō qui ꝑpria ꝑferunt arbitrio: qm̄ semp mali sunt: sed qui dñi largitate cōcessi sunt. Nostra enim que nobis data sunt recte dicimus: si tm̄ eadem concessa nobis dñi munere sentiam⁹. Sed hoc tota die: id est vniuerse vite tēpore cōstat esse faciendū: z cum aduersis deprimimur/z cū ꝑsperis subleuamur. Sequitur In deo sperabo nō timebo quid faciat michi homo. Sententia ista nisi subtiliter querat: superioribus videt esse cōtraria. Hā cū se cōculcatam diceret/z debellatam ab hoie: et imminēta pericula metēs/misericordiam dñi postularet: hic iterū asserit se hominē non timere. Utrūq; verum: qm̄ ꝑius dum ꝑsentes calamitates id est seculi istius aspiceret/formidauit: nūc timorē cū futura contuck/adiecit. Quid enim poterat ab homine pati: qui spem suā posuerat in illa retributiōe iudicij? Seuiat licet carnificū manus/ ꝑparenk incēdia caminoq;: oia tormenta despicit ecclesia in mēbris suis: que expectat dñi munera saluatoris. [Tota die verba mea execrabant: aduersum me † omnia cōsilia eoq; in malū]. Venit ad secūdam partē: vbi sub dolore conquerk verba p̄dicationis sue cōtinue a perfidis execrata: q: cū vera diceret/detractiones abominabiles incidisset. Qd̄ ad hereticos/vel male latentes ptinet christianos: qui dū verba dñi audiunt/ salutaria dicta cōtemnunt. Sequit Aduersum me oia cōsilia eorū in malū. Consilia solent puidere que ꝑsunt: a cōsulendo em̄ dicta sunt. Sed vt intelligeres tractatus eoq; nulla bonitate subsistere: addidit In malu3: ne quid eos boni in illa crederes deliberatione tractasse. [Inhabitabūt et abscōdent: ipsi calcaneū meū obseruabūt. Sicut † expectauit aīa mea]. Isti ergo subdoli christiani habitare publice videnk ecclesiam/ z cōgregationes sequt: cōuentusq; populorū: sed virtus sue peruersitatis abscondunt. Hec palam ausi sunt prodere qd̄ sciunt apostolicas regulas nō habere. Malū intestinū/vulnus insanabile: qd̄ quanto plus tegit/tanto ampli⁹ incurabili putredine sauciat. Sequit Ipsi calcaneū meū obseruabunt. Nos iste diabolicus est/vel eoq; qui ministri ipsius esse noscunk: vt calcaneū: id est vltima nostra insidiosa calliditate respiciāt: sicut serpenti a dño dictum est Illa tuum obseruabit caput: z tu insidiaberis calcaneo eius. Scit em̄ diabolus finitima nostra iudicare: z ipsa vult euertere vt possimus ad reat⁹ discrimina puenire. Addidit Sicut expectauit aīa mea: id est sicut ante ꝑcuidi/sicut instructa fui sicut a dño regulā predicatiōis accepi. [Pro nichilo † facies eos: in ira populos cōfringes † deus] Illos quos supius dixit mediatores/et venenosa se simulatione celātes/hic per gratiam dñi facile ꝑmittit esse saluādos: vt de nullo ergo errantiū desperare debeat/quis culpabilem esse cognoscat. Hoc q̄ dicit Pro nichilo saluos facies eos: significat q: gratis ola sua pietate cōcedit: nec cuiusq; meritū exigit/vt possit ꝑpria labore saluari. Quid em̄ meruit latro: vt sic paradisum velociter introiret? Quid publicanus: qui repente de templo absolutus exiuit? Ipse dedit confessionis subitū votū/qui donauit et premiū. Constat ergo ꝑ nichilo peccatores saluos fieri: quando certū est cōuersionem gratuita largitate cōcedi. Sequitur In ira populos cōfringes deus. Prius dixerat maligna turbam esse liberādam: nunc quemadmodū saluari possit exponit. Iustitia dñi que putatur ira: confringit populos cōtumaces. Nam cum tribulationibus eorū corda quassauerit: z diuersarū angustiarum

Wat.13.

Ephe.6.

SCHOL.

Alt.qm̄ multi bellantes aduersus me Ab altitudine diei timebo.

Alt.non hz.

Eccli.2.

Alt.non hz. Alt.deo speraui. Alt.caro.

DOG.

Alt.oēs cogitationes

ETY.

Alt.suffinuerūt aīam meam.

Gen.3.

Alt.illos. Alt.non hz.

numerositate cōpleuerit: ab iniquitate reuocati/ compellunk dño confiteri: z per iram eius videtur fieri/cū tale placidus atq; immutabilis salutis nostre causas nosc̄ak operari. [† Utram meā annūciaui tibi: † posui lachrymas meas in cōspectu tuo. Sicut † in ꝑmissione tua]. Utram suā annunciat deo/qui peccata ꝑpria cōfitet: sicut fecit apostolus dicēdo: Pri⁹ fui blasphemus/z psecutor/z iniuriosus. Hoc est cū gloriaz deo dare: vt publice denūciemus quales nos dignat⁹ fuerit sustinere/z ad cōuersionem adducere: qui mereamur peccatis facientibus interire. Et inspice qd̄ dicit Utram meā: q: semp ꝑbatur esse culpabilis. Quādo em̄ non aut cogitando delinquimus/aut verbis offendimus/aut labil actione peccamus. Utā ergo suam sicut perfidi absconditur/ita fideles annūciant: non vt eam deo notam faciāt/ qui nullatenus potest aliquid honorare: sed vt se magis cōdemnantes mereank absolui: sicut ꝑpheta dicit: Dic tu pri⁹ peccata tua vt iustificeris. Sequitur Posui lachrymas meas in cōspectu tuo. Lachryme que in cōspectu dei ponunk locum semt: q: nō cruciat/sed a cruciatibus liberāt. Pias ergo lachrymas fundebat/qui pro inimicis rogabat: z ideo meruit obtinere/q: preceptum dñi ꝑbatur implesse. Addidit Sicut in ꝑmissione tua. Pollicitatio quippe dñi est vt pias lachrymas non refutet: sicut et in alio psalmo dicit Invoca me in die tribulationis tue z eriptam te: z magnificabis me. [†† Conuertenk inimici mei retrorsum. In quacūq; die invocauero te: ecce † agnoui qm̄ deus meus es † tu]. Conuertendos retrorsum dicit inimicos: ne in suo itinere ꝑseuerantes/ pessimos implere doceank errores. A malo em̄ qui retro redit/ꝑfidie sue culpanda derelinquit. Sic em̄ petro apl̄o dño dicit ꝑpritius: nō iratus: Vade retro Sathanas. Ipse em̄ quando errantibus cōtingit: errorē piissime p̄auitatis abscedit. Sequit In quacūq; die invocauero te. Hic clementiā dñi p̄nūciat/mirabileq; pietatē: vt in quacūq; die invocatus fuerit/semper se miseratus indulgeat. Quacūq; die/significat diuersi temporis satisfactiōes. Alter em̄ tota pene vita dñm supplicat/alter in media etate conuertit/alius in vite fine saluatur. Ipsum est em̄/in quacūq; die: q: dño clemēti patiētia quodlibet tēpus nostre cōuersionis expectat: et ideo culpabiles sustinet/expectat errantes dicēs Nolo mortē peccatoris: sed vt cōuertatur z viuat. Solum est em̄ vt in hac vita peccatū omne fatea mur: vbi z humana fragilitate delinquimus. Addidit Ecce agnoui qm̄ deus me⁹ es tu. Dulcis ꝑfessio z vera ꝑbatio: vt ipe cognosceret impletū/qd̄ magno desiderio nouerat exquisitū. Sequitur Qm̄ deus meus es tu: licet sit generaliter dño omniū nostrū: tm̄ confidēter dicimus Deus meus: qm̄ ab eo nos respici posse gaudemus. [In deo laudabo verbū: † z in dño † ꝑdicabo sermone]. Reuera orthodoxe dicta nosc̄unk ecclesie. In patre se ꝑmittit filiū laudaturꝫ: vt quicquid de illo dicit/de isto pariliter sentiat. Nam cū predicam⁹ eternū atq; omnipotentē patrē: eternū atq; omnipotētem filium sine dubio cōfitemur. Unum est em̄ in vtroq; preconium/qm̄ vna virtus amboꝝ: indiuidua gloria/quādo indiuisibilis est natura. Denīq; sic ipse in euangelio testatur: Ego in patre/et pater in me est. Quid rogo nō habeat filij: q̄ naturā omnipotētis filij habet? Aut quid nō habeat patris: q̄ naturā omnipotētis patris habet? Una est reuera substātia: q: nichil in eoꝝ essentia dissimile/aut discrepans reperik. Non hic amplius/minus ve reperis: nisi qd̄ sibi hereticus arriana cōfingit. Hec aūt regula vnitatis atq; equalitatis/ spiritum quoq; sanctū sine dubitatiōe cōsubstantialez patri/filioq; cōplectit: qm̄ sancta trinitas vnus est deus: nec potest vni gloriā dare/qui se nō intellexerit cōmuniter obtulisse. Sciēdū plane q̄ doctissimus Augustinus in lib.15. trinitatis ita dicit. Spiritꝰ sanctus fm̄ scripturas diuinas nec patris est solꝰ/nec filij solius: sed esse cōstat amboꝝ. Quapropter patris z filij charitas est vnica: cum tñ z ipse ꝑfecta sit charitas. Hoc etiaz multipliciter ꝑbat in expositiōe epistole sancti Joānis apertius homelia septima dicens: Quia q̄ charitatē nō habet fraternā: vtiq; nō habet spiritus sanctū. Sequit Et in dño predicabo sermonem. Hic iam venit ad dñm christum: qui vnus ex trinitate verbū caro factū est: z habitauit in nobis. Cuius sermones: id est predicatiōes merito se laudaturā ꝑmittit ecclesia: q: humano generi viuendi regulā prestitit et salutē. Reuera sermōes vbiq; predicādi: per quos mūdi salꝰ celesti potuit miseratiōe reparari. Hec em̄ duo sancta mater se predicaturā ꝑmittit: que nostre fidei eternā tribuūt solpitatē: scz potētiam verbi/z humanitatē eiusdē dñi christi. Sed ne aliquis pessimoꝝ ista noīa dei z dñi sub discretiōe aliqua suscipiēda iudicaret: vt patri z filio vocabulū istud dñi/non omnimodis diceret cōuenire/ in cēte simonono psalmo ꝑpheta testat dicēs: Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. [In deo † sperabo: non timebo quid faciat michi homo]. Reuera nō potest hoiem timere: q̄ se mundana nō formidat amittere. Quid ei potest inimicus auferre: nisi illud qd̄ sancta mater a sua mēte ꝑbatur abiicere? Hic em̄ homine (sicut superius dictū est) diabolū debemus accipere: q̄ sanctā ecclesiā iniqua semper volūtate persequik. Uersus aūt iste z in ꝑia parte finalis est (sicut et hic videt esse repetitus) vt quasi margaritarū quibusdā filis relucētibus/ paritas sibi partiū decoꝝ constaret]. In me sunt de⁹ vota: † q̄ reddā † laudes tibi]. Uenit ad tertiū mēbrū: vbi tam liberata de malis huius seculi/laudaturā se dñm ꝑstitetur ecclesia. Dicit em̄ in se esse vota laudatiōis: dei tñ munere cōtributa/que in illa ꝑpetuitate reddenda sunt: qm̄ tam sancti indefessis vocibus ꝑsoluēt laudis obsequiū. Ista sunt em̄ que cū deum diligimus/habemus semp intrinsecus/ que a nobis omnimodis nō recedūt: sed in illa ꝑpetuitate reddimus/cum semp solūmus z debemus. Nam de futuro nos z hūc versum debere intelligere sequētia demōstrant: q: huic mundo nequeunt vllatenus cōuenire]. Qm̄ eripuisti aīam meam de morte: † oculos meos a lachrymis: z pedes meos de lapsu]. Causam reddit cur vota laudis sit pijs immolatiōibus oblatura: scz q: eripuit aīmā ꝑpti fidelis de morte ꝑpetua. Que figura dicit Ethiologia: id est cause redditio. Et bene suā aīmā sancta mater a morte dicit ereptā: que filiorū liberatiōe gaudebat. Sequit Oculos meos a lachrymis: et pedes meos a lapsu. Singulis singula reddit: animam dicit ereptaz de morte/oculos a lachrymis/pedes vero de lapsu. Sed hec tria in futuro seculo prestabūt: qm̄ iam nec aīa peccādo moriek/nec oculi mala sua deflebūt/ nec pedes labenk. Nam hic cui beatoꝝ aufert lachrymas: cū ipse dicat Beati qui lugent: qm̄ ipsi consolabunk. Nec pedes iustorū in isto seculo a lapsu reddūtur alieni: q: dum in hoc mundo ambulant semp in lapsu sunt: sed diuina misericordia continenk: sicut legit Septies cadit iustus z resurget. [Ut placeā cora deo in lumine viuentiū]. Dicit quemadmodū dño placere

Joan.14.

Alt.non hz. al.laudabo

Joan.1.

Pś.109.

Alt.speraui.

SCHOL.

Alt.tua.

Alt.laudationes.

Alt.non hz.

Wat.5.

Prouer.24.

possit ecclesia in manifestatiõe sanctorũ: hoc est in lumine viuentium: in quibus ipsa pulchra/ipsa sine macula/ipa redditur sine ruga. Quicquid em in illis acciderit: in vultu illi⁹ illucescit. Sicut hominis sana vicera reddunt faciem pulchriorem: sicut Salomon dicit: Corde letãte vultus floret: ita oris sancte ecclesie decus aspergitur/quod in beatorũ meritis inuenitur. Ibidem.15.

Conclusio.

¶ Peracta sunt verba sancte virginis / et matris ecclesie. Illa enim nos incorrupta generat: illa casto vtero pfundit in perpetuam lucem. Sed vtinam quales ba prismate illas generat/ tales nos vite hui⁹ terminus inueniret: ne habeamus cum populo nefandissimo portionez: qui sicut titulus dicit A sanctis longe diuisus est: quinimmo torcular nos istius seculi gaudentes premat: vt copiosa de nobis vina pfundat. Afflicti ergo gratias agamus/contristati minime desperemus: quado illa tormẽta prosunt/que nos ad premia beata perducunt.

¶ Explicit expositio in psalmum. 55.

¶ In finem ne disperdas Dauid in tituli inscriptione cum fugeret a facie Saul in speluncam. Lvi.

MIserere mei de⁹ miserere mei: qm in te confidit anima mea. Et in vmbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas. Clamabo ad deum altissimũ: deũ qui benefecit michi. Misit de celo z liberauit me: dedit in opprobrium cõculcantes me. Misit de⁹ misericordiam suam z veritatẽ suam: z eripuit animam meã de medio catulorum leonum dormiuit cõturbatus. Filij hominũ dentes eorũ arma z sagitte: z lingua eorum gladius acutus. Exaltare sup celos deus: z in omni terra gloria tua. Laqueũ parauerunt pedibus meis: et incurauerunt animã meam. Foderunt ante faciem meã foueam: et inciderunt in eam. Paratum cor meũ deus/paratũ cor meũ: cantabo et psalmum dicam dño. Exurge psalterium et cithara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis dñe: et psalmum dicam tibi in gentibus. Quoniam magnificata est vsq ad celos misericordia tua: z vsq ad nubes veritas tua. Exaltare super celos deus: z super omnem terram gloria tua.

QEr finem/frequenter diximus dñm significari: qi ipsa est nostra pfectio ad ipsum feliciter puenire. Nam sicut cum terminũ alicuius itineris destinati/labore finito in loco desiderantissimo cõquiescis: ita cum ad dñm venerio vltius nil requires. Ne disperdas Dauid: phibetur Dauid a Saule disperdi: qui ad regnũ fuerat voluntate dñi preparatus: sicut factũ esse manifestũ est. Sequitur In tituli inscriptione. Hoc non Dauid/sed in passione christo dño puenisse manifestũ est: ne a põtio pfaro scriptus rituius mutaretur. Sz qi diximus personam dñi saluatoris portasse Dauid: hoc nũc de ipso dicitur/qđ erat in christi dñi passione faciendum: ne disperderetur Dauid de regno deputato: sicut nec illa dñi potuit tituli inscriptio cõmutari. Addidit Cũ fugeret a facie Saul in speluncam. Actus iste et Dauid/z dño multũ videtur esse cõsimilis. Nã sicut Dauid Saulẽ fugiens/in spelunca se abscondit: ita z dñs saluatoris deitas intra templum corporis sui iudeis perfidis fuisse pbatur abscondita. Sic singula que de Dauid z christo puenerunt facta: illis sunt sub hac allusione cõmunia. Que imagines rerum in hoc titulo ideo pludunt: qz totus psalmus de passione dicturus est. Sic enim ille truculentum Saulem: sicut iste indeos nequissimos pferebat. Oportet ergo memimisse psalmũ hũc quintum esse illorum/qui passionem et resurrectionem dñi sub breuitate commemorat.

Diuisio.

DOminus christus in primo ordine psalmi orat de sua passione sollicitus: pm id quod ppter nos homo fieri inestimabili pietate dignatus est. Factus enim (vt ita dixerim) humana tus de⁹: q etiã in assumptione carnis deus esse non destitit incõuertibilis manẽs: assumpto cõuertibili homine/naturã suam nõ mutãs: sed conditionẽ mortalitatis exaltãs. Unus enim atq idẽ est dñs christus: q z in dei forma operatus est miracula magna virtutis/z in forma serui subijt seruitiã passiõis. Secũdo ordine/resurrectiõis sue gloriã stupenda varietate describit. Tertio/post beatissimã resurrectionẽ laudes se patri dño cãtare pmittit: que membra dia psalmatũ quoq interpositiõe separãtur.

Expositio.

MIserere mei de⁹/miserere mei: qm in te cõfidit aia mea]. Christus dñs humanatus clamat ad patrẽ: ex eo qđ futuram metuit passionẽ: vt cuius voluntariam susciperet mortẽ anime sue declararet absolute formidinẽ. Misericordiã petit dei filius: qui miserek omnibus q tanta ad nos liberandos humilitate descendit: vt visũ ex fidelib⁹ clamare puteo: z creator: mũdi assumpte carnis infirmitate deprecatur. Nam cuz dicit Miserere mei deus/miserere mei: repetitio ista periculũ future mortis ostẽdit: vt sepe poscret resurrectiõis miraculum/qui subiturus erat discrimina passionis. Sequitur Quoniã in te cõfidit anima mea. Oratio ista forma fidelitũ est: vt qui ppter salutem nostrã talia pertulit/ precatiõib⁹ quoq nos suis pius doctor instrueret. Oravit ergo/vt regulã nobis sancte orationis ostẽderet. Passus est ppter nos / vt nullus pro ipso pati velle refugiat. Resurrexit/vt ad resurrectionẽ quoq ipsius spes se nostre infirmitatis extendat. Ille enim istarum rerum indignus non fuit: sed omnia causa nostre salutis excepit. [Et in vmbra alarum tuaruz sperabo: donec transeat iniquitas]. Intelligamus orationis istius purissimã sanctitatem. Primo versu misereri sibi dominũ ante omnia postulauit. Secũdo dicit quare debeat obtinere. Tertio quẽadmoduz possit ab imminenti persecutione liberari. Alarum enim vmbra/tecta materna sunt: que pullos teneros z blãdimẽto quodam fouent/z ab irruente tempestate custodiunt. Sed qi hec minima magnum auxilium materne pietatis ostendunt: talis comparatio frequenter in scripturis sanctis posita reperitur: sicut dño in euangelio dicit Hierusalem/hierusalem: quotiẽs volui cõgregare filios tuos sicut gallina pullos suos sub alas suas/et nolisti. Que figura dicitur Parabole: id est comparatio: quotiens sibi res genere dissimiles comparantur. Sequitur: Donec trãseat iniquitas. In ipsa comparatione permansit: vt sub eadẽ vmbra requiesceret: donec feruida iniquitas estuaret. [Clamabo ad deum altissimum: deum qui benefecit michi]. Magnus ordo pie predicationis ostenditur: ad altissimũ clamare: ad quem non voce valida: sed puritate conscientie peruenitur. Clamabat ille ab humanitate susceptaia quo sugne creature opem nõ desinũt postulare. Nã qđ dicit: Deũ qui benefecit michi: designat excellentissimũ incarnationis arcanũ: quod humano generi gratia diuina collatũ est. [Misit de celo z liberauit me: dedit in opprobriũ cõculcantes me]. Natura humanitatis vnita dei filio cõfitetur liberatã se ab humana imbecillitate: que post resurrectionẽ meruit celoz regna percipere. Misit aũt quod dicit: nõ significat angelũ: non aliquã creaturã. Illa enim per se seruire non liberare poruerũt: sed milit: intelligе auxiliũ superne potẽtie sue. Liberauit enim pater filiũ suum: sicut apostolus dicit: Propter quod z deus illũ exaltauit z donauit illi nomen qđ est super omne nomen. Liberare quoq se posse et filius ipse testatur dicens. Potestatẽ habeo ponendi animã meã: z potestatẽ habeo iterũ sumendi eam. Verũ iste locutiones cooperationem sancte trinitatis ostendũt: que vnũ vult: vnum semp operatur. Addidit: Dedit in opprobriũ conculcantes me. Opprobriũ persequentib⁹ fuit: quãdo illũ quẽ se credebant extinguere: viderũt fideles populos de ipsius resurrectione gaudere. Dedecus enim suum iudicat mala cõscientia: quãdo ppria nõ videt impleri posse disposita. [Misit deus misericordiã suã et veritatẽ suã]. Jamũ scde partis ingreditur. Nã quis in superiore versu similia verba dixerit: hinc tamẽ in gratiarũ actionẽ prumpit: vt spem credentiũ de sua prosperitate firmaret. Misit enim de patre dicit: quod ad humanitatẽ susceptã pertinet: sicut z in euangelio ait: Nõ sum missus/nisi ad oues que perierũt dom⁹ israel. Misericordia est ergo: quia humano generi i suscepta carne compatitur: dum clamat: Saule saule quid me persequeris: vel his similia. Veritas/qm vnicuiq sua facta retribuet. [Eripuit animã meã de medio catulorũ leonũ: dormiui conturbatus]. Crucifixo corpore: animã suã dicit ereptã: de qua maxime nos ẽcipit esse solliciros. Totũ enim in toto reddit: quãdo illa saluat. Resurget enim corpus ad spirituale gloriã: si illa non fuerit obstinationis vulnere sauciata. Catulos enim leonũ: plebẽ significat iudeoz: quã principes z sacerdotes ferali voluntate genuerũt: vt leones iint qui mala consilia de nece dñi tractauerũt. Catuli eoz populi qui perperã inuẽta secuti sunt. Addidit: Dormiui conturbatus. Mors dñi mirabili proprietate describitur: qui cõturbatus fremitu iudeorũ quiete altissima dormiebat: ostendẽs tam nichil fuisse pfectionẽ impioz vt occisus perduceretur ad somnũ. Dormire enim nõ est conturbari: nisi illius qui in cruce positus: spiritũ reddidit sua voluntate. [Filij hominũ dentes eorũ arma z sagitte: z lingua eoz gladius acutus]. Hec de illis dicit qui in nece dñi impia voluntate grassati sunt. Ipse enim exponit: qui isti filij hominũ sunt quorum dentes fuerunt arma et sagitte: eorũ scilicet qui sicut legitur: supra eũ dentib⁹ stridebãt: Quod per quintã speciẽ dicitur definitionis: que grece appellatur Catantilexin: latine ad verbũ. Singulis enim verbis definitur quid sint dentes hominũ furentiũ: id est arma z sagitte. Idem: Et lingua eorũ gladius acutus. Arma retulit ad cõsilia pessima: sagittas ad verba quidẽ volantia: sed ad operationẽ mortis emissa. Addidit: Et lingua eoz gladius acutus. Acuto gladio cõparantur voces ille que dicebãt: Crucifige crucifige. Nam sicut ensis acutus celerrimũ operatur mortis effectũ: ita z illa verba citã exitij compleuere sententiã. Uno enim impetu visi sunt peremisse: sicut arma solent acutissima desecare. Per que tamen subtiliter cõmonuit: quia et lingua seuiens possit occidere: sicut Salomon ait: Mors et vita in manibus lingue. [Exaltare sup celos deus: z † super omnẽ terrã gloria tua]. Dum in cruce talia christi paterentur humanitas: z dominũ celi iudei viderentur habere derisui: exclamat a forma serui quã pro nobis assumpsit: Exaltare super celos de⁹: vt qui pendis in cruce: cognoscaris semper in tua maiestate regnare. Non enim de⁹ supra se exaltari poterat: quia nõ est vltra quo crescat. Sed exaltabatur plane inter homines: quãdo gloria maiestatis eius cõuersis mentibus apparebat. Super celos aũt dixit: quia dño z virtutes supernas noscitur habere subiectas. Sequitur: Et super omnẽ terrã gloria tua. Hoc vtrũq̃ complerum esse. Exaltatus enim supra celos est: quãdo sedit ad dexteram patris. Glorificatus est supra omnẽ terrã: quãdo totũ mundũ catholica replet ecclesia: in qua laudes domino iugiter cõcinnuntur: sicut Ysaias prophęta dicit: Uiuo ego dicit dominus: z implebitur gloria mea vniuersa terra. [† Laqueos parauerũt pedibus meis: et incurauauerũt animã meam. Foderunt ante faciem meam foueam: z inciderunt in eam]. Judeos significat insidiatores: qui predicationib⁹ rectis dolos se annectere crediderunt: sicut euangelista de phariseis dicit: cũ ante eum statuissent aduleram mulierem dicentes: Hanc inuenimus in adulterio deprehensam: Moyses enim precepit nobis huiusmodi lapidare: tu autem quid dicis: et cetera huiusmodi que maligna interrogatio cõmouebat. Pedes aũt christi sunt increpationes maloz promissioneq̃ fidelitũ: quibus ille in hoc mundo euangelizans: quasi quibusdã pedib⁹ incedebat. Sequitur: Et incurauauerunt animã meam. Hic pietas dñi sanctitasq̃ describitur. Incurauauerunt enim animã christi: quãdo scelerati iudei credere noluerunt. Ipsis enim condolendo: sicut z alibi dicit: ieiunus z sterilis reddebatur. Anima enim eius in suis actibus curuari nõ poterat: que peccati maculam non habebat. Addidit: Foderũt ante faciem meã foueam. Bene dicitur fouea: sentẽtia mortis: que mittit ad foueam. In eius enim faciem dixerunt: Reus est mortis: et ideo dicti sunt foueam fodere: quia eum neci vili sunt tradidisse. Addidit sententiam generalem: Et ipsi inciderunt in eam. Omnis enim iniusta vox suos damnat auctores: et anteq̃ alteri noceat: se prius ipsa cõdemnat. Quod similiter z Salomon dicit. Qui fodit foueã incidet in eam. [Paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ: cantabo z psalmũ dicam dño]. Postq̃ dixit malorum debitas penas: nunc venit ad tertiam partem: in qua post resurrectionem acturum se gratias politetur. Sed per illud gratias agit: per quod z resurrexit a mortuis. Ceterum deitas Christi cum patre coeterna semper prestat: semper omnipotens: semper equalis est. Nam cuius laqueos parasset inimicus: foueam aperuisset ingratus: Paratum se dicit ad agendas gratias: quia sibi sciebat resurrectionis gloriam modis omnibus affuturam. Sed in quo sit paratus: per verba sequentia declaratur: Cantabo et psalmũ dicam domino. Cantare diximus: vocibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mat.15.

Act.9.

Ps.

Joan.10.

Phil.2.

Mat.15.

Joan.8.

Luc.23.

Prouer.18.

Ps. In omni terra

Ps. laqueũ

Watth.26.

Eccli.10.

DEF.

gratiã referre. Psalmũ dicere: ꝓdicabili dñm actione laudare. Que duo supiori geminationi merito vident aptata: qñ in vtroq; se ꝓfitek esse paratũ. Sed dũ illa de se dicit: nos quẽadmodũ ꝓfiteamur instituit. Nã & apostol⁹ Paulus sequẽs magistrũ paratũ se ꝓfitek dũ ait: Gloriamur in tribulationib⁹: sciẽtes qñ tribulatio patientiã operat: patiẽtia ꝓbationẽ &c. [Exurge glia mea: exurge psalteriũ & cithara: exurgã diluculo]. Per Tropologiã exurge dicit: quasi surge ad miraculũ faciendũ: sicut scriptũ est & in vndecimo psalmo: Nunc exurgã dicit dñs. Qui sermo ad potẽtiã diuinã ꝓpter exp̃imẽdas causas ab humana imbecillitate transl̃atus est. Geminat etiam: Exurge psalteriũ et cithara.

SCHE. Que figura dicit Epembasis: id est iteratio verbi: qũ etiam in superiore versu fecit vbi ait: Paratũ cor meũ de⁹ paratũ cor meũ. Hic enim natura assumpte humanitatis exp̃imit. Psalteriũ fuit: quãdo caro operabat diuina mandata: vt sancta se conuersatione tractaret. Cithara ꝙ: gloriosam significat passionẽ: que neruis tensio dinumeratisq; ossibus virtutẽ patientie intellectuali quodã carmine psonabat. Addidit: Exurgã diluculo: quod est inter tenebras noctis & diei claritatẽ: quo tẽpore eũ resurrexisse euãgelij lectio sancta testatur. Luc.24. Alt enim: Diluculo valde venit Maria ad monumentũ: & reliqua. [Cõfitebor tibi in pplis dñe: † psalmũ dicã tibi † inter gẽtes]. Illud iam dicitur a parte membrorũ: quia ipsum cõstat patri in populis cõfiteri: qui caput et dux ecclesie ꝓbatur intelligi. Nam quod ait: Psalmũ dicam tibi inter gentes: celestẽ significat actũ vniuersalis ecclesie: que per oẽs gentes linguis variis psalmodiã dño deuota mente persoluit. [Qñ magnificata est vsq; ad celos misericordia tua: et vsq; ad nubes veritas tua]. Ista est causa cõfessionis: ista ꝓmissio psalmodie: qñ magnificata est misericordia dñi vsq; ad celos: id est quia humanitas filij vsq; ad celoꝝ regna perducta est. Periclitãti quippe homini: qui peccatis tenebatur obnoxius fecit misericordiam suam: vt dispensatione mirabili faceret eximiũ: quem nefandi populi iudicio putabant extremũ. Sequitur: Et vsq; ad nubes veritas tua. Nubes significant prophetas: quos spiritus sancti irrigua veritas velut copiosius imber implenit. Merito enim nubes vocantur: quia celesti fonte satiati sunt: & supra steriles peccatores spiritualis copie dona fuderũt: que duo prepostero sunt ordine collocata. Veritas est tempore anterior: misericordia vero aduẽtu posterior. Que ideo cõmutata sunt: vt sine aliqua differentia in his potuisset vnũ decus / vnus auctor agnosci. [Exaltare sup celos deus: & super omnẽ terram gloria tua]. Hunc versum et in secunda parte tam dixit: fidem nostram tali promissione cõfirmans: quia super omnes creaturas eius nominis sit gloria regnatura. Conclusio.

¶Quis virtutẽ psalmi huius: ꝙs benivolentiã digne possit effari? Erat Christus vt nos doceat: resurgit vt nos erigat: laudes patri dicit vt nos instruat. Merito via nostra: merito redemptio: merito apud patrẽ noster legitur aduocatus. Amem⁹ clementẽ defensorẽ: ne patiamur seuerũ iudicẽ. Ultra omnẽ constat esse amentiã: eũ toto corde non expetere: qui nos ad eterna gaudia tam crebris admonitionibus cognoscitur inuitare.

¶Explicit expositio in psalmum.56.

¶In finem ne disperdas Dauid in tituli inscriptione. lvij.

IN FINEM

IN finem significat Christũ qui in hoc psalmo locut⁹ est. Ne disperdas Dauid in tituli inscriptione. Et Dauid sepe diximus Christũ significare: quia & rex erat: & nomen eius manu fortis: siue desiderabilis interpretat: quod & dño cõpetenter aptatur. Cõmonet ergo pontius Pilatus ne dispdat scriptũ titulũ: qui regẽ dñm declarabat: quia reddi non poterat incassum: qõ diuina noscebatur tustione cõscriptũ. Regem enim illum quis poterat abolere: quẽ cõstat esse celi terreq; creatorem? Quod adeo frequenter repetitur: vt excusatio contradicentibus auferatur. Diuisio.

DOminus Christus & virtutib⁹ Saluator: & monitis: In prima narratione psalmi iudeoꝝ cognoscitur exprobrare nequitiam. Sed dũ illis imputat que fecerunt: nos ne faciamus similia cõmonemur. Scda narratione: retributiones eoꝝ aptissimis cõparationibus declarat. Tertia qualis fiat correctio tustoꝝ de peccatoũ vitione memoratur. Expositio.

SI vere vtiq; iusticiã loquimini: † iusta iudicate filij hominũ]. Christus dñs iudeos inuehitur de his que longa post erãt etate facturi. Loquunt enim falso iusticiã legis: qui nõ sunt recta iudicaturi. Vere autẽ illi equabilia dicũt: qui iusta facturi sunt. Sermo enim rectus: vite debet esse ꝓsimilis. Voces ergo illas hic arguit iudeoꝝ: qñ captiose dicebãt: Magister scimus q̃ a deo venisti: & viã dei i veritate doces. Ista q̃dẽ iusta erãt: sed illi ea veraciter minime loquebant: qm̃ si tutissent certissima mẽte plata: irreprehensibilia eoꝝ poterant esse iudicia: nec postea dixissent pontio Pilato: Crucifige crucifige: quia se dei filium esse confirmat. Joan.19. Sic enim iudicauerũt: vt non recte sed ficte locuti iusticiam comprobentur. Hoc argumentũ in Topicis Top.

Matth.22.

Sap.5.

Psa.54.

1.Tim.5.

dicitur ex cõtrario. Cõtrariũ est enim recta loqui: & peruersa facere. Nõnulli ꝙ hinc faciũt qstionẽ dicentes. Luc.6. Hic quidẽ preceptũ esse: iusta iudicare: cũ legatur in euãgelio: Nolite iudicare me iudicemini. Sed ista sententia nõ nobis tollit in totũ licẽtiã iudicandi. Nã qđ dicit: Nolite iudicare: de illis factis vult intelligi que sensus noster nõ preualet intueri. Sũt enim q̃dã media q̃ ignoram⁹ quo animo fiãt: qi & bono & malo fieri possunt: de quib⁹ temerariũ est hominẽ iudicare. Hic aũt precipit nobis de his q̃ manifesta sunt iusta iudicare. Ita fit vt sentẽtie iste cũ discusse fuerint: nequaq̃ sibi ꝓrarie esse videant. Quẽ locũ pater Augustinus de sermone dñi in monte: libro scdo: lari⁹ diligentiusq; tractault. [Erenim in corde iniquitates operamini in terra: † iniquitatẽ manus vestre cõcinnant]. Hic si diceret: Quomodo potuistis de me iudicare: qui in corde vestro iniquitates operamini: vbi perfectũ crimen est anteq̃ fiat & omne malũ plectibile fit: quod desiderũ prave voluntatis accusat? In terra vero dicit: siue arcano pectoris: siue supra populũ cui p̃cipes & pharisei preesse videbãtur. Et vide q: supra cordis posuit iniq̃tates: nũc etiã per manus res significat actuales vt non solũ cogitatũ scelus: sed etiã completũ esse doceatur. Cõcinnant enim: ad iniq̃tates bene positũ est. Cõcinnatio autẽ significat quãdo ex multis partibus sibi cõuenit adunata puersitas. [Alienati sunt peccatores a vulua: errauerũt † a ventre: locuti sunt falsa]. Merito peccatores tanq̃ abortiuos ab vtero piectos dicit ecclesie: qui nulla doctrine confirmatione pfecti sunt: sed tanq̃ teneri pecudis fatuata mollicies: nõ ad lucem vitalẽ: sed in pfidie tenebras ꝓbantur abiecti. Juste quippe vterũ habere dicit ecclesia q̃ nos sacro baptismate pfundit in ppetuã lucẽ. Sed ve illis q̃ immaturi ab eius viscerib⁹ exierũt. Sequitur: Errauerũt a ventre: locuti sunt falsa. Errauerũt vtiq; a vẽtre: qui contraria matri dogmata sunt secuti: nec aliũ sanctũ pia deuotione venerant. Ipsi enim & falsa locuti sunt: qui ab eius scris traditionibus errauerũr. [† Ira illis Fm similitudinẽ serpentis: sicut aspidis surde & obturantis aures suas]. Ira iudeoꝝ per similitudinem nimis aptissimã definitur. Obstinatoꝝ quippe hoim ira irrevocabilis est: qui ne docentiũ predicationes exaudiant ꝓcurant sibi volũtariã surditatẽ. Cui malo consuetudo aspidis cõparatur: que ne verba incantantis exaudiat: sua sq̃ latebras derelinquat: vnã aurẽ caude sue inflectione dicitur obturare: alterã ꝙ in terrã deprimere. Cui merito iudei comparati sunt: qui cordis auribus obturatis: sancte scripture audire noluerunt saluberrimã tussionẽ. Obturare enim a sacerdotibus tractũ est: qui aures suas thure replebant: ne peregrinis verbis intercedentibus: cõfusa carminũ memoria turbaretur. [Que non exaudiet vocem incantantiũ: & † veneficia que incantantur a sapiente]. In exponẽda similitudine perseverat. Dicit enim de aspide que nõ exaudit vocẽ incantantiũ: vtiq; qm̃ auribus damnatis obsurdoit: nec passa est audire vocem que illã trahere potuisset ad lucẽ. O humanũ genus: nisi illuminetur misericordia divina cecissimũ est. Creatus ad imaginem dei: similitudinẽ vult habere sepẽtis. Sapientẽ vero hũc dicimus mũdane artis operatorẽ: qui ꝓpositam rem dño se iuuãte astuta cõpler industria. Nota igitur: qm̃ dicuntur sapientes & in malo: de quibus legitur: Ubi sapiens: vbi scriba: & his similia. [De⁹ conteret dentes eoꝝ in ore ipsoꝝ: molas leonũ confringet dñe]. Introitus scdẽ narrationis aperitur: in qua describitur que sint mala passuri qui cõtempserunt vt aspides diuina predicatione saluari. Primũ dicit: dentes eoꝝ specialiter cõterendos: qñ dolosa verba ipsoꝝ et captiose interrogationes deducebantur ad nichiliũ: sicut eis contigit quando subdole interrogabant: Lutinum cesaris pederetur. Sed tale a dño responsum recepere: vt vnde tentauerãt mordere: cõtritis dentibus viderentur abscedere. Ait enim: Reddite cesari que cesaris sunt: & deo que dei sunt. Sequitur: In ore ipsoꝝ molas leonũ cõfregit dñs. Hic nescio qã videt excrescere: quando & leones nominauit & molas: illos videlicet significans qui non tam captiosis verbis: sed beluino fremitu in necem dñi consurgere tentauerũt. Aspides erant quãdo ei insidiose dixerũt: Licet dare tributũ cesari? Leones fuerũt: quãdo cruento ore clamauerũt: Crucifige crucifige. Ita infanta eoꝝ nõ solũ veneno serpentis: sed imanib⁹ beluis cõparata describitur. In ore autẽ ipsoꝝ mole cõfringebantur: quando dictis nõ poterãt respondere verissimis. [Ad nichiliũ deuenient † velut aqua decurrens: intendit arcũ suum donec infirmentur]. Dixit aspides: dixit leones: nunc venit ad torrentes: qui hyemalib⁹ imbribus concitati subita inundatione descendũt. In hoc terribiles: quia impetuosi. In hoc periculosi: quia ꝓcipites. Sed mox vt impetu trãseunte quasi atrocia colla posuerint: sereno celo deficiunt: qui nubibus compluentibus intumescunt. Que figura dicitur Synatrismos: id est congregatio: vbi multas reo & crimina sub aliqua narratione colligimus. O inaudita feuitia iudeoꝝ: comparantur illis tot ingentia mala: vnde immania nouimus venire pericula. Addidit: Intendit arcũ suum donec infirmentur. Hic clemẽtia diuine virtutis ostenditur: cuius arcus tenditur ad salutẽ. Deus enim cõtra malos arma sue potestatis intẽdit: & tamdiu terret donec infirmati cedant: & ad confessionis salutem melioriata se mente cõuertant. [Sicut cera † liquefacta auferent que fluit sup eos † cecidit ignis et nõ viderũt solẽ]. Superius dixit de his quos cõuertendos esse dñi terroꝝ ꝓnunciat: nũc exponit eos qui perfidia facienteiu sua obstinatione durati sunt. Justis digna vicissitudo redderetur: vt illa cordis duritia sicut cera liquefacta dispereat. Auferentur dicit a conspectu dñi: quando in gehenne tormenta mittendi sunt. Deniq; sic sequitur: Sup eos cecidit ignis & non viderũt solem. Ignem dicit malemẽtis ardorẽ: quẽ in hoc seculo cecatis sensibus hauserũt: qui tenebrat potius q̃ illuminat: qui non aperit sed claudit aspectum. Talis enim ignis supra impios cadit: vt solem verum: id est dñm saluatorẽ videre non possint: sicut & ipsi iudicio futuro dicturi sunt: Sol nõ ortus est nobis: & iusticie lumen non luxit nobis. Illũ enim solem cõspicere nequeũt: nisi qui cum mundis & sanctis mentib⁹ intuentur. [Priusq̃ † producãt spine vestre † rhamnos: sicut viuẽtes † sicut in ira absorbet eos]. Rhamni spinarum genus est permolestũ: quod ꝓtius in herbam mollissimam pubescit: sed vbi adulta etate calluerit: ramusculos producit acutissimos: posteaq̃ eius sudes duresc unt in arboream firmitatẽ. Hoc ergo iudeis presens sentẽtia cõminatur: q̃ ꝓtius absorbeantur q̃s longa etate eoꝝ malitia cõualescat: sicut & in alio loco de talib⁹ dicit: Uiri sanguinũ & dolosi nõ dimidiabũt dies suos. Sequit celeritas perditionis eorũ. Sicut viuentes: sicut in ira absorbet eos. Bene dixit: Sicut viuẽtes: quia viuere videnr & mortui sunt. Quis enim peccato: in prauitate degens veritati moritur: sicut ait a postol⁹? Uidua q̃ in deliciis est: 1.Tim.5.

Alt.iniusticias

Alt.furor

ETY.

Alt. venefici incãtãtis sapientes

Alt.recte

Matth.22.

Joan.19.

Alt.que fluit

Alt.superce-cidit

Alt.intelligerent

Alt.rhamnũ

Alt.sic

Universidad de Deusto

vtuēs mortua est. Quod autē adiecit: Sicut in ira absorbet eos: illud significat: quia dñs tanq̄ iratus: peccatores videtur percellere non iratus: de quo scriptū est: Tu autē dñe virtutū cū tranquillitate iudicas. Nā quod dictū est: Absorbet eos: eorū subitū significauit interitum: quia quāta dño in sustinendo patientia fuit: tanta erit pcussio in celeritate iudicij. Et respice: quia sicut supius duobus versibus in peccatis Auxesim fecit: ita t hic p quattuor crescit in penis. [Letabitur iustus cum viderit vindictam † impiorū: manus suas lauabit in sanguine † peccatoꝝ]. Membrū tertie narrationis ingreditur: in quo iustorū letitiam: t sceleratorū etiam in ipso seculo dicit prouenire vindictū. Ut debit enim vindictā impiorū iustus: cum eos respexerit talia facere vnde semper debeant formidare. Dñe enim malū suam portat dum cōmittitur vitionē: quia torquente conscientia ipse in se probatur implere vindictam. Cōtra iustus letus est: cāuis molestiarū fasce deprimatur. Animo enim liber est: vnde vera letitia semp exurgit: si vtraq̄ genera hoīm qualitates suarū in se sustinent actionū. Sequitur: Manus suas lauabit in sanguine peccatorū. Quid est hoc quod ille qui precepit orare p inimicis: in peccatorū sanguine piorum manus asserit abluendas? Sed hoc si diligētius intuemur correctionis potius q̄ feuitie prestabit exēplum. Nam cū sanguis peccatoris effunditur: manus/ id est actus iustissimi contingunt. Impio enim peresite: cōmonetur innocuus cautius se diligēt⁹q̄ tractare. Ita fit vt manus iusti non crudeliter sed pie sanguis peccatoris emūdet: sicut Salomon dicit: Stulto pereunte sapiens astutior fit. [Et dicet homo si vtiq̄ est fructus iusto: vtiq̄ est deus iudicans eos in terra]. Cum iusta fiunt que supius dicta sunt: tunc fidelis intelligit atq̄ dicit: Si iusti etiam hic bonorū suorū premia cōsequuntur: manifestū est et in hac terra eis iudicare dominū qui eos degere infructuosa sanctitate nō patitur. Vult enim intelligi: quia nec malū in hoc seculo oīno a pena sunt liberi: cuius florere videantur: nec bona a beneficio sequestrati: licet mūdanis oneribus imprimantur. Quod argumentum dicitur a consequentibus: quando cum iusto dantur premia: iustus est dominus. Conclusio.

Sāp.11.

SLXX.

Al. non hz. Al. pctōis

Joan.8.

TOp.

¶ Ecce verus sol qui tenebras nostras caligineq̄ discutiens: quid in veritate sentire debeamus ostendit. Iam nemo sit dubius nemo remurmurer. Et in isto mundo deū occulte res humanas examinare cognoscimus: quod in hoc seculo facere manifestius comprobatur. Merito ergo istū solem verissimū diem dicimus: qui ad numerū horarū per duodecim nobis apostolos lumē sue veritatis intudit. Nam t ipse sic dicit: Abraam concupiuit videre diem meum: vidit t gauisus est. Dies iste bonarū mentium: dies iste iustoꝝ est: cui nec nubium caligo prepedit nec nox aliquando tenebrosa succedit.

¶ Explicit expositio in psalmum. lvi.

¶ In finē ne disperdas David in tituli inscriptione: quando misit Saul et custodiuit domū eius vt eum interficeret. lviij.

¶ Ripe me de inimicis meis deꝰ meus: t ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem: et de viris sanguinuꝝ salua me. Quia ecce ceperūt animā meam: irruerunt in me fortes. Neq̄ iniquitas mea neq̄ peccatum meū domine: sine iniquitate cucurri t direxi. Exurge in occursum meum t vide: et tu domine deus virtutum deus israel. Intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatē. Cōuertentur ad vesperā et famē patientur vt canes: et circuibunt ciuitatem. Ecce loquentur in ore suo: t gladius in labijs eorū: qm̄ quis audiuit? Et tu dñe deridebis eos: ad nichilum deduces omnes gentes. Fortitudinē meā ad te custodiā: quia deus susceptor meus es: deus meus misericordia eius preueniet me. Deus ostendit michi sup inimicos meos: ne occidas eos nequando obliuiscātur populi mei. Disperge illos in virtute tua: t depone eos protector meus dñe. Delictū oris eorū sermonem labioꝝ ipsoꝝ: et comprehendantur in superbia sua. Et de execratione t mendacio annunciabuntur in cōsummatione: in ira cōsummationis t non erunt. Et scient quia dominabitur iacob: et finiū terre. Cōuertentur ad vesperā et famē patientur vt canes: t circuibunt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducandū: si vero non fuerint saturati et murmurabunt. Ego autē cantabo fortitudinez tuam: t exaltabo mane misericordiam tuam. Quia factus es susceptor meus: t refugium meum in die tribulationis mee. Adiutor meus tibi psallā: quia deus susceptor meus es: deꝰ meus misericordia mea.

IN finem iam dictum est/ sine fine. Ne disperdas david in tituli inscriptiōe: t hoc quoq̄ frequenter ponitur: vt passio domini p hec indicia declaretur. Irrite siquidem tentabat disperdere iudeoꝝ insaniam: quod diuina totiens interdixit auctoritas. Per huius enim tituli incorruptibilem inscriptionem: manifestat regni domini incōmutabilem firmitatem. Sequitur: Quando misit Saul et custodiuit domū eius vt eū interficeret. Hoc quoq̄ ad passionem dominī cōuenienter aptatur. Domus enim indicat monumentū: vbi triduana morte requieuit. Ad quod custodiendū miserunt principes iudeoꝝ ad gloriam nominis eius quasi disperdendā: ne per fraudem diceretur resurgere: qđ auditus fuerat christus antea predicasse: sed melius quod inimici per se maluerunt probare: vt totus mundus factum firmius potuisset agnoscere. Indubitatū siquidē testimonium est quod prestat ingratus. Et non potest gratiosum dici: quod confirmat ille qui reus est. Qua propter causas istas nullus ambigat ad passionē dñi pertinere: vnde psalmus iste dicturus est. Sed hoc sollicite debemꝰ intelligere: vt quando loquitur dño Christus quedam ab humilitate carnis: quedam ab excellentia diuinitatis eius accipere debeamus: nō duos filios putātes: sicut nestorei sacrilega somniatur iniquitas: sed in duabus naturis vnitis atq̄ perfectis permanere dñm christū: sicut doctissimoꝝ patrū sancte chalcidonensis synodalis testatur auctoritas. Ait enim: Vnū eundēq̄ filium dñm nostrū iesum christum cōfiteri consonanter omnes instruimur t docemur: perfectū eundē in diuinitate: t perfectū eundē in carne: deum veraciter hominēq̄ eundē: ipsum veraciter ex anima rationabili t corpore: homousion/ id est vnius essentie patri sm̄ diuinitatem: t homousion nobis eundē ipsum sm̄ humanitatē: per omnia nobis absq̄ solūmodo peccato consimilē. Ante secula quidē de patre natū sm̄ diuinitatem: in nouissimis autē diebus eundē ipsum propter nos t propter nostrā salutē ex maria virgine theotocon: id est dei genitricē sm̄ humanitatē: vnū eundēq̄ christū filiū dei dñm vnigenitum: in duabus naturis sine cōfusione: sine cōuersione: sine diuisione t sine separatione noscendū. Vnius q̄ naturarū differentiā per vnitatem penitus amputatam: magis autē salua proprietate vtriusq̄ nature t in vnam coeunte personam vnāq̄ subsistentiā: nec in duas diuisuz partitiq̄ personas: vnū eundēq̄ filiū vnigenitum deū verū iesum christum dñm confitemur. Sancta fides: inuiolata veritas: amplectenda predicatio: quā merito per spiritū sanctum cōuenienter effusam per totum mundum catholica profiteretur ecclesia. Diuitio.

Joan.14.

Al. salua

IAmo ingressu psalmi orat dominus christus non ex eo qđ de patre natus est deus: sed ex eo quod de maria virgine factus est homo ne et inimici ipsius nocere preualeant: ad instar luminis materialis ex imo surgens: ad resurrectionis sue paulatim conscendens excellentissimā summitatem. Secundo prosequitur: quēadmodū in fine seculi cōuertendi sint iudei: et pro eis oratio mirabili pietate deprimitur. Tertio designatur que facturi sint post cōuersionem: et se in sanctis suis gaudere testat. Que partes diapsalmatis termino diuiduntur: vt nō tam exquisite q̄ minus neglecte esse declarentur. Expositio.

¶ Ripe me de inimicis meis deus meus: t ab insurgentib⁹ in me libera me]. Dum humanitas domini saluatoris eripi se ab inimicorum spiritualium insidijs postularet: quib⁹ tamen non tenebatur obnoxia: sicut ipse dicit: Veniet princeps huius mundi: et in me non inueniet quicq̄: nobis quod necessarie petamus ostendit. Ille quippe sine macula peccatoꝝ diabolū vel ministros eius iudeos auerti a se proposita humilitate deprecatur: nos autē sic petimus: vt capti atq̄ noxij ab immundis spiritibus diuina misericordia liberemur. Caput nostrū hic quidem petit sed sine lege peccati: mēbra vero similiter rogant sed delictis obnoxia. Inimicoq̄ autē quattuor esse genera: per hunc t aliū versum euidēter ostēdit. Primū dixit eripi se ab inimicis tm̄: qui dispositū quidē nocendi habere poterant: non tamen vt cōfestim ledere et ardētius appetebāt. Addidit secūdū: Et ab insurgentib⁹ in me libera me. Ab insurgentib⁹ dicit: quasi iam iniquitatis sue tempestate cōmotis: t futuris cladibus animi indignatione preparatis. [Eripe me de operantibus iniquitatem: t de viris sanguinum † libera me]. Dicit tertium genus: vt illi qui insurrexerant mente durata: scelus etiam operatione complerent: nec cogitationibus tm̄ iniquitatē suā: sed opis quoq̄ ipsius cōsummatione monstrarēt. Sequitur: Et de viris sanguinum libera me. Venit ad quartū genus vt ipsi inimici non solas cōtumelias apperere viderentur: sed ipsuz quoq̄ sanguinē effundere festinarent. Hic aūt significat iudeos: qui innocentis sanguinē sacrilegio crimine damnauerūt: quādo dixerūt: Crucifige crucifixe. Et iterū: Sanguis huius sup nos: t super filios nostros. Qui merito viri sanguinū dicti sunt: qm̄ supra se iniuste mortis onera susceperūt. Petit ergo ab eis pro humana infirmitate eripi t liberari: qui totū tamen voluntarie sustinebat. Et intende quia per figurā ꝓsopopeiam: que iteratio nuncupatur: in his duobus versibus verba geminauit: Eripe me: t libera me. [Quia ecce † occupauerūt animā meā: irruerūt in me fortes. Neq̄ iniquitas mea neq̄ peccatū meū dñe]. Anima hic dicitur vita corporalis. Leterū animā dñi saluatoris nulla potuit aduersitas occupare: que vnita deo imaculata se cōuersatione tractauit. Sed cū dicit: aia occupata: tēpus ostendit passionis. Sequitur: Irruerunt in me fortes. Fortes diabolum significat cum ministris: sicut ipse in euangelio dicit: Nemo potest intrare in domū fortis et vasa eius diripere: nisi prius alligauerit fortem. Ipsi enim in corde iude ascenderūt: vt saluator morti traderetur. Ipsi populū pessimis instigationibus incitarūt: vt liberatorē humani generis perfida voluntate damnarent. Qui fortes ideo dicunt: quia mortaliū superant fragiles imbecillitates. Leterū potentie christi fortes esse nō poterant: qui eos diuinis virtb⁹ alligauit. Addidit: Neq̄ iniquitas mea neq̄ peccatū meū dñe. Quānis in dñm saluatorē diabolica fortitudo surrexerit: modo eum in pinna templi cōstituendo: modo offerēdo diuitias: tamen michil tale in eū presumere ausi sunt/ qualia nobis vitiorum tentamenta efficaciter ingerere consueuerunt. Iniquitas hic p maliuolentia intelligenda est. Peccatū vero pertinet ad sceleris operationem: que omni modis a domino fuere extranea. Natura enim humanitatis a dño assumpta ꝓbatur esse nō culpa: sed tamē ipsum fortē sustinuit tentatorē: quia carnē nostre fragilitatis assumpsit: nec aliter fieri potuit vt ius suum extitiū iuste perderet: nisi ad vite peruenisset auctorē. Sic triste frigus veniente tepore dissolui: sic nox tenebrosa discedit quādo claritas serene lucis aduenerit. Sed hec de se vere dicit caput nostrū: ceterū ista professio mēbris nō potest cōuenire subiectis. [Sine iniquitate cucurri t † dirigebar. Exurge in occursuz † mi chi t vide]. Potest q̄s currere t non dirigi: vt illi quorū vita tortuosis semitis irrotatur: nec ad rectū peruenīt iter qui nulla veritate diriguntur. Christus enim mūdanā vitā recto tramite trāscurrit: nec iniq̄tas illi obuiare potuit: q̄ actus semp humanitatis introiuit. De ipso enim. 18. psalmus ait: Exultauit vt gygas ad currēdā viā: a summo celo egressio eius: t occursus eiꝰ vsq̄ ad summū eiꝰ. Hoc est erat dirigi: vnde venerat vt rediret. Sed sic venit a patre vt non recederet a patre: sic discessit a mundo vt non desereret fideles: sicut ipse ait: Non vos dimittā orphanos. Et: Ecce ego vobiscum sum vsq̄ ad cōsummationē seculi. Sequitur: Exurge in occursum michi. Hic tam tropicis alluisionibus potentia resurrectionis expumitur: vt petat patrem sibi occurrere: ad se scilicet venientem: cum nec ille ab ipso aliquādo discesserit: nec iste ad eum ꝑtum ad supernam naturam pertinet facie nouitatis aduenerit: sed sic ipse in euangelio dicit: Ego in patre t pater in me est. Quod autem addidit: Et vide/ significat fac videri: sicut abrae dictum est: Nunc cognouī qm̄ diligis dominū deum tuum: id est cognosci fecī.

Al. direxi

Al. meum

Pō. 18.

Joan. 14.

Matth. 28.

Joan. 14.

Gen. 22.

Luc. 23.

Matth. 27.

SLXX.

Al. ceperūt

IDJ. Tropice est enim ista locutio: et in scripturis diuinis crebertima consuetudine seminatur. [Et tu dñe deus virtutū deꝰ israel. Intende ad visitandas oēs gentes: nō miserearis oibus qui operant iniquitatē]. Duo isti versiculi in vno exponendi sunt: qm̄ de se inuicem pendere noscuntur. Post resurrectionis igit mirabilē narrationē: pius aduocatus interpellat p nobis dicēs ad patrē: Et tu dñe deus virtutū deus israel. Aut nō putaris nisi deꝰ solius israel: id est vnius gentis: intende nūc ad visitandas oēs gentes: vt tibi credentiū copia crescat ex gentibꝫ: quia sterilitatē fidei in iudaico populo comperisti. Et respice q̄ oēs gētes dicat: qm̄ de vniuersis nationibꝫ erant dño iuuante creditur: sicut est illud: Et dabo tibi gentes hereditatē tuā: z possessionē tuā terminos terre. Ubi autē reuertit ad iudeos dicit: Non miserearis omnibꝫ qui operant iniquitatē. Hec oratio si bene cōspiciatur: preceptis eius in nulla parte dissentit. Dicendo enim: Non miserearis oibus: ostendit illis esse miserendū: qui puro studio supplicabant. Nā licet oēs homines operentur iniquitatē: illis tm̄ parcendū esse nō dubiū est: qui predestinati sunt z ad eā deuota mente cōfugiunt. [Cōuertentur ad vesperā et famē patientur vt canes: et circuibunt ciuitatem]. Uentū est ad psalmi ianuā secundā: in quo iudaici populi futura ꝓuersio declaratur. Significat ergo in fine mundi ex eis innumeros dño esse credituros: quod et apostolus dicit: Nolo vos ignorare fratres mysteriū hoc: vt non sitis vobismetipsis sapientes: quia cecitas ex parte israel ꝓtigit: donec plenitudo gentiū introiret: z sic omnis israel saluus fieret ꝛc. Uides z tibi ꝓmissum esse: vt q̄uis sera: tamē aliquādo salutifera cōuersione saluent: z ideo ad similitudinē dieī finis mūdi vespera cōpetenter edicit. Sequit: Et famē patient vt canes. Illius tēporis iudeoꝝ significat voluntatē: quia sicut nunc crudelissima obstinatione durati sunt: ita z tunc fidei auiditissima desideria patientur. Qui merito canibus cōparantur: qm̄ antichristū illū imanissimā belua fidei calore raptati: religiosis latratibus insequentur.

ETY. Canes enim a canendo dicti sunt. Meliores erūt tūc canes: q̄ nūc sunt hoies: quādo legē in qua modo delinquunt: tūc fideliter defensare ꝓtendūt. Nā qđ dicit famē: celestis verbi significat auiditatē: sicut ait ꝓphe
Amos.8. ta: Ecce induco famē super terrā: nō famē panis/neq̄ sitim aque: sed famem audiendi verbū dei. Addidit: Et circuibūt ciuitatē. In eadē comparatione permansit. Canum enim consuetudo est: illa loca defendere in quibus se nouit alimoniā reperire: ita z iudei tam conuersi ciuitatē: id est sanctā ecclesiā defendēt: quā correctis predicationibꝫ circuibunt. Canes enim fidelibꝫ comparatos: euāgelij scriptura testatur. Dicit quippe
Mar.7. mulier chananea: Etiā dñe: nā z canes edūt de micis que cadunt de mensa dnoꝝ suoꝝ. Hoc schema dicitur
SCHE. Enigma: id est obscura sententia: que z ipsa ptinet ad allegoriā. Aliud enim dicit: et aliud significat. [Ecce
Al. non hꝫ. † ipsi loquentur in ore suo: z gladius in labijs eoꝝ: q̄m̄ quis audiuit]. Loquentur plane tūc in ore suo qđ nūc habere nō merent in corde: alioq̄ ad bona cōuertent: que ipsi prius credere noluerūt. Sequitur: Et gladius in labijs eoꝝ. Erit vtiq̄ in labijs eoꝝ gladius celestis: qui legitur bis acutus: ex vtroq̄ testamento ferieno: z ad sanitatē felices animas sua vulneratione producens:
Ephe.6. de quo ait apostol⁹: Et gladiū spūs: qđ est verbū dei. Addidit: Q̄m̄ quis audiuit? Bene premisit in labijs eoꝝ esse gladiū: id est in ore ipsoꝝ predicationes frequentissimas: quoniā rarus gentilis auditurus est cū in sceleratā antichristi religione permanserint. Quis enim cum pondere proferendū est: quasi pene nullus: quasi oīno rarissimus. Significat enim hec syllaba frequenter nullū: vt illud: Quis similis tibi? Aliquando vnum: vt illud: Quis dabit ex syon salutare israel? Michee.7. pō.13.
[Et tu domine deridebis eos: † ꝓ nichilo habebis omnes gentes]. Irridendos eos pronunciat: qui predicationes rectas audire noluerūt: sicut est illud Salomonis: Meis autem increpationibus non intendebatis: sed irrita facietis consilia mea: ideoq̄ et ego in vestra perditione ridebo: gratulabor: quādo superuenerit vobis interitus. Derisui enim erunt: quando inanes et fatui ab eterni regni intromissione pellētur. Sequitur: Pro nichilo habebis omnes gentes. Gentes z in bono et in malo poni notissimum est. Hic tamen illos dicit: qui obstinatione crudeli in sua nequitia perseuerant. Ipsos enim pro nichilo habet dominus: qui eum creaturarū omniū non venerātur auctorem. Nam si hoc vniuersaliter dictū intelligas: vnde erit ecclesia domini cōstruenda? Sed mos est scriptu- IDJ.
re diuine dicere pro parte totum: sm illud dñi dictum. Luc.18.
Nam cum venerit filius hominis: putas inueniet fidem in terra? Quod z si hoc generaliter velis accipere: quibus dicendum est: Uenite benedicti patris mei Mat.25.
possidete paratū vobis regnum a constitutione mundi. Restat ergo vt hic oēs gentes eos intelligas: qui perfidia faciente damnandi sunt. Sunt enim ex oīnibus gentibus perituri: sicut iustos constat ex oīnibus nationibus congregari. [Fortitudinem meam ad te custodiam: quia deus susceptor meus es]. Superius fortes diximus esse diabolum cum ministris: qui fortitudinem suam in se ponentes: ab eterna celsitudine corruerunt. Sed dominus christus humane ignorantie formam veritatis ostendens: fortitudinem humanitatis sue / dominū dicit beneficijs applicandam: vt sicut per illum insidiatorem noxia didicimus: ita per verū redemptorē que sunt profutura noscamus. Nam quod ait: Ad te custodiam: mutata syllaba / significat per te custodiā fortitudinē meā: quod in scripturis diuinis septies inuenitur. Que figura dicit Prothesios SCHE.
paralliage: cū altera prepositio pro altera ponitur. Sequitur: Quia tu deus susceptor meus es. Merito illi suam fortitudinē pronūciat deputandā quē susceptorem suū esse nouerat. [Deus meus misericordia eius Al. non hꝫ.
preueniet me. Deus † meus † ostende michi † inter Al. ostēdit
inimicos meos]. Exponit quod superius dixit: Fortitudinē meā ad te custodiā. Nichil enim et dignū ob- Al. super
tulit humana conditio: vt mereretur muneris eius largitate gaudere. O vere pietas stupenda creatoris: de se nos docet quod in nobis intelligere z cuiustodire debeamus. Sed ve illis qui hanc regulam declinantes: in hominis putant arbitrio consistere: vt mereatur ad aliqua dei munera peruenire. Ipse enim donat vt bona velimus: ipse perficit vt ad eius premia peruenire possimus: qđ apostolus lucidissime declarauit. Quid 1.Corin.4.
autē habes quod nō accepisti? Si autē accepisti: quid gloriaris quasi nō acceperis? Delinat ergo pelagiana heresis: redimuas suscitare calumnias. Nichil boni ex nobismetipsis habere possumus nisi hoc a domino sumpserimus. Sequitur: Deus meus ostende michi inter inimicos meos. Secundū dicit munus beneficij: vt etiam inter inimicos ipsius virtus manifestatis eius possit ostendi: scilicet vt de blasphemis fiant religiosi: et de iniqua conuersatione iustissimi. [Ne Al. occidas
† occideris eos: nequando obliuiscantur † legis tue. Al. ppli mei

Al. depone Disperge illos in virtute tua: et † destrue eos ꝓtector meus dñe]. Hoc est qđ superius dixit: Ostende michi inter inimicos meos: qm̄ ab istis inimicis qui deo largiente crediturī sunt: ideo ira suspenditur: ne dñi legē vsq̄ in finem seculi ignorare videantur: z incipiant interire vt nullus ex eis possit bonos fructꝰ emergere. Obliuiscitur enim legē: qui eius precepta nō complet q̄uis aio verba ipsius tenere videat. Precat ergo ne gens iudeoꝝ funditus pereat: sed magis errasse se gloriosa satisfactione cognoscat. Addidit Disperge illos in virtute tua. De iudeis hoc dictū restatur eoꝝ facta dispersio: vt pene per totū mūdū diuisi dispertiq̄ declarent. Nā q̄uis iugo romano sint subditi: suo tamen more viuūt vbiq̄ dispersi. Hoc est: ne occideris eos. Nā si fuissent vt merebātur extincti: spes cōuersionis eorū funditus interisset. Dispersi ergo sunt iudei: siue vt ad cōuersionis prouocarent studia: seu sicut quidā volūt: vt inter cōtentiones hereticoꝝ ab inimicis suis veteris legis paratū testimoniū haberet ecclesia: dum illud mdubitanter credit quod aduersario suffragante firmatur. Sequitur: Et destrue eos ꝓtector meꝰ dñe. Adhuc in hūdē supplicationibꝫ pseuerat: vt destructi iudei in melius cōstruant: siq̄s saluatoris elcuatio postruīā. Non enim Paulus apostolus surrexerat ad salutē: nisi ad vocē dñi cadere meruisset. [† Delicta eius
Al. delictū eoꝝ † sermo labioꝝ ipsoꝝ: z cōprehendantur in superbia sua. Et de execratione et mendacio † euellentur].
Al. fmonē Delicta eius eoūs: id est cogitationū insanie fuerunt: quādo ꝓsilijs fecerūt vt nec traderent dñm saluatorē. Sermo quoq̄ labioꝝ ipsoꝝ detestabilis fuit: quando dixerūt: Reus est mortis. In superbia cōprehensi sunt: Matth. 26.
qñ idē dixerūt: Quis tibi dedit hanc potestatē? Et in Ibidē.21.
qua potestate hec facis? Captos enim ꝓstat in superbia sua: qñ viderūt postea resurgentē: quē prius facientē miracula respuerūt. Sequit: Et de execratione z mendacio euellentur: scilz qñ ab eis post cōuersionē dedecus amouef: qđ in cūctis gentibꝫ nūc habere noscunt. De mendacio idē euellenf: quādo scripturas diuinas veraci illuminatione cognouerint: quas nūc sub falsa interpretatione suscipiūt, f In ira ꝓsummationis z nō erūt. Et scient quia deꝰ dñabitur Iacob: z finū terre]. Ira dñi duobꝫ dicitur modis. Siue q̄uis vindicat ad sa- Hebr.12.
lutē: vt est illud: Flagellat enim oēm filiū quē recipit. Siue qñ mittit in ignē eternū: de quo alius psalmꝰ ait: Pō.6.7.37.
Dñe ne in ira tua arguas me: neq̄ in furore tuo corripias me. Abuliue quippe tractum est ab hoibus: quia quādo aliquā culpā vindicamꝰ: perperā factis trasc- mur. Ceterū deus omnia sub tranquillitate disponit: qui nescit ꝑturbationis sustinere cōfusa. Cōsummationē vero illā dicit: quā vnusq̄sq̄ patrū: qñ memor peccatoꝝ suoꝝ interna se castigatione discruciat. Non erunt vtiq̄ superbi: dū eos cōsiet ad humilitatis penitentiā esse venturos. Sequitur: Et scient quia deꝰ dñabitur Iacob z finū terre. Cū iudei fuerint ꝑfecta religione veraciter instituti: tunc agnoscent christum dñm esse Iacob patriarche sui: quod primitus nō credebāt. Et finū terre: id est catholice ecclesie: que toto orbe diffusa est: quod modo durato corde nō sapiunt. [Cōuertentur ad vesperā z famē patientur vt canes: z circuibūt ciuitatē]. Post secūdi diapsalmatis interiectionē ad ingressum tertiū venit: vbi iterū cōuersio iudeoū et resurrectio dñi saluatoris ostēditur. Et qm̄ presens
IDJ versus q̄ in secūda parte tā positus est hīdē ꝓbis: sed nō ipso intellectu repetit: qđ scripturis diuinis inesse sepe tā diximus. Ille enim primus ptinet ad finē seculi: iste ad dñi passionē. Sic enim vtroūq̄ sequentia manifestant: z ideo sm causas predictas eoꝝ est intentio pquirenda. In superiore enim diuisione vesperā diximus finē seculi significare: sed hic intrin ipsum ferre etatis ostendit qđ est vespera: quādo dñs saluatoꝝ mūdi saluator is aduenit. Sic enim de ipso dicit Moyses:
Occidetis agnū ad vesperā. Post cuius resurrectio- Exo.12.
nis miraculū: multitudo credidit iudeorū. Sequitur:
Et famē patient vt canes. Canis voracissimū animal atq̄ importunū: consuenit illas domos latratibus defendere: in quib⁹ edacitatē suā nouit accepto pane saciare. Hīs merito cōparantur iudei: qui christiane fidei munere saginati: ecclesiaꝫ dei clamosa predicatione defendere festinabūt: sicut Paulo apostolo cōtigit: vt qui ante fuit ꝑsecutoꝝ christiani nominis: postea diuino munere iungeretur apō. Addidit: Et circuibūt ciuitatē. Ciuitatem significat Hierusalē: que vniuersaliter per mundū nosc̄itur esse diffusa. Hanc ergo circuisse paulū / salutares generi humano testant epistole: que per vniuersas gentes velut sacra diuina tonuerunt. O canē istū beatū: qui populos persequitur infideles: fures abigit: et omnia sancta custodit: cuius latratus per totū mundū quasi grandisona tuba cōcrepuit. [Ipsi dispergentur ad manducandū: si vero non fuerint saturati z murmurabūt]. Isti ergo qui veram meruerunt habere doctrinā: ad manducandū dispergūtur cibū scilz spiritualē: vt cōuertantur gentes ad fidē catholicā venientes: sicut Petro apō in visione
dictū est: Macta z māduca. Sequit: Si ꝓ nō fuerint Act.10.
saturati z murmurabūt. Saturantur doctores: quādo predicationes suas viderint populos desiderāter assumere. Cōtra / ietunt murmurāt: si ꝓba sua fructificare nō cognouerint in mentibꝫ perfidoꝝ. Hos ergo verbi dñi distributores murmurare posse dicit: si no fuerint populoꝝ credulitate saturati: sicut ipse dicit z in.34.
psalmo. Retribuebāt michi mala ꝓ bonis: sterilitatē Pō.34.
anime mee. [Ego autē cantabo † virtutē tuā: et exal- Al. fortitu-
tabo mane misericordiā tuā. Quia factꝰ es susceptor dinem
meus z refugiū meū in die tribulationis mee]. Postq̄ de iudeorū conuersione locutus est: ad patrem subito cōuertit. Que figura dicitur Prophonesis: latine ex- SCHE.
clamatio. Ipse enim cantabit in sanctis suis: dū eius membra gaudebunt. Et quale est illud gaudiū de dñi semp cōtemplatione gaudere? Nā sicut virtus diuina nunq̄ deficit: ita nec gaudiū qđ de ipsius inspectione ꝓuenerit. Sequitur: Et exaltabo mane misericordiā tuam. Mane scilicet cū nox seculi istius obscura transierit: quando iam misericordia dñi in sanctorū remunerationibus elucescit. Ibi enim ipse exaltaturus est tanq̄ rex z dñs: vbi suū populū in se gaudere cōspexerit. Addidit Quia factus es susceptor meꝰ. Exposuit quare in christo dño exultauit humanitas: quia factꝰ es susceptor meus. Ipse enim suscipitur: quādo ecclesia cuncta saluatur: quale est illud: Si quis fecit vni ex Matth.25.
minimis istis michi fecit. Adiecit: Et refugiū meū in die tribulationis mee. Q̄ gratum est refugiū quādo tribulationis tempore condonatur. Omnis enim caro suspecta est q̄diu audiat: Uenite benedicti pris mei ꝛc. Ibidem.
Sed tunc eternum refugiū efficitur: quādo ad istā vocem desiderantissimā peruenitur. Hoc sicut z in superioribus diximus: accipiendū est a parte membroū.
[Adiutor meus tibi psallā: quia deus susceptor meus es: deus meus misericordia mea]. Diximus psalmum ad actualē pertinere virtutē: quā caro dñi saluatoris etiam in hoc mundo sancta et venerabili operatione

monstrauit. Repetit etiã frequẽter beneficia: vt nobis quẽadmodũ gras agere debeam⁹ ostẽdat. Susceptor enim humanitatis nostre verbũ est: quod eaz in marie virginis vtero sibi sociare atqz vnire dignatum est: nequaqz facta confusione vel permixtione substantiarũ: sed vnitate ineffabili atqz inenarrabili pmanẽte. Adicit: Deus me⁹ misericordia mea. Mirabilis z amplectenda sententia. Nam cum multa dixisset/ nec tamen fuissent omnia comprehensa: ad postremũ vno verbo complexus est: Quid est deus meus: id est Misericordia mea. Ibi omnia sunt beneficia: vbi vniuersa munera designata. Quid enim boni non sentitur: vbi misericordia donata cognoscitur? Conclusio.

Didicimus domine Ihuste q̃ multa in carne pertuleris: z quia p persecutoribus tuis semper orauerit. O vere iudicem pium: sub quo nulli est confitentium desperandũ. O par benignitas z potestas. Nam qui pro inimicis orat: quis tuoriũ possit formidare quod pereat? Dona facere que precipis: dona implere quod expedit: quia sicut nichil preter te sumus: ita tecum boni totum possumus implere quod mandas.

Explicit expositio in psalmum. lvii.

In finẽ p his qui cõmutabuntur in tituli inscriptione ipsi Dauid in doctrinam: cum succendit mesopotamiam syrie: z syriam sobal: et cõuertit ioab z percussit idumeam in valle salinarum duodecim milia. lix.

DEus repulisti nos z destruxisti nos: iratus es z misert⁹ es nobis. Cõmouisti terrã z conturbasti eã: sana contritiões ei⁹ qz cõmota est. Ostẽdisti pplo tuo dura: potasti nos vino cõpunctionis. Dedisti metuentibus te significationẽ: vt fugiant a facie arcus. Et liberentur dilecti tui: saluũ fac dextera tua z exaudi me. Deꝰ locutus est in sancto suo: letabor z partibor sichimã: z cõuallem tabernaculorũ metibor. Deus est galaad z me⁹ est manasses: z ephraim fortitudo capitis mei. Juda rex meus: moab olla spei mee. In idumeam extendã calciamentũ meũ: michi alienigene subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitã: quis deducet me vsqz in idumeam? Nonne tu deꝰ qui repulisti nos: z non egredieris deꝰ in virtutibus nostris? Da nobis auxilium de tribulatione: et vana salus hominis. In deo faciemus virtutem: z ipse ad nichilum deducet tribulantes nos.

TItulus hic: nisi compendiũ queramus: et interpretatione nominũ: z cõmemoratione bellorũ opus plurus est. In primo positũ est In finẽ hic qui cõmutabunt. Cõmutantur aũt in finẽ: qui veteris hominis errore deposito: dño saluatori pura mẽtis intentione famulant. De quib⁹ dicitur: Fuistis enim aliquãdo tenebre: nũc autẽ lux in dño. Quẽadmodũ vero possint immutari subter exponit. In tituli inscriptione: Dauid in doctrinam. Tituli inscriptio: Jesum christũ significat regẽ. Sic ergo mutentur vt deserentes diabolũ: regem sibi christũ esse cognoscant. Dauid enim sepe dixim⁹: dñm significare. In doctrinã: adde scilz christianã: quia nõ sufficit cuiqz illum regem suum dicere: nisi z eius quis studeat preceptis obedire. Sequit: Cũ succendit mesopotamiã syrie z̃c. Duas victorias postqz Saul successit in regno fecisse dauid regũ hystoria comprehendit: quas incongruũ videt sub hac cõcinnitate depromere: quãdo ibi latissime narrata noscũtur. Hoc tamẽ debemus aduertere bella ista figuraliter posita ꝓpter victorias dñi saluatoris: quas in totũ mundũ de paganis agit z perfidis: quoꝝ verba psalmus iste dicturus est: vt revera destructi a suppstitione veteri mereantur per gratiã nouꝰ hominis immutari. Diuisio.

POpulus ille qui erat pristcis erroribus illigatus: in nouam gratiam sancte religionis aduentens: Primo capite supplicat: vt post afflictionem quam satisfaciendo passus est: beneficij nouitate reparetur. Secundo: interpositione dia psalmatis collocata: idem populus rogat vt post tribulationes quas pertulit: deducatur a dño in munitissimã ciuitatẽ: petens auxilium sibi de tribulatione concedi: quod solt domino probatur esse possibile. Expositio.

DEus repulisti nos z destruxisti nos: iratus es z misertus es nobis]. Populus iste qui erat pristcis erroribus illigatus: repulsum se z destructum sub gratiarũ actione commemorat: vt strages illas debellatarũ gentium: quas titulus regem dauid fecisse precinuit: sicut dictũ est: manu fortis z desiderabilis: christus in vniuerso mũdo potius peregisse declaretur: non ferro: sed cõuersionis studio: non per ignẽ visibilẽ: sed per charitatis ardorem: quomodo diuinitas debellare ac vincere inuisibiliter cõsueuit. Qui populus supplicat: vt a vetere superstitione destruct⁹: z in sancto ꝓposito cõmutat⁹: noue regenerationis gratiã ꝓsequat. Nec mouent q̃ numerus pluralis adiunct⁹ est. Populus enim cũ dicitur: plures in eo significari posse non dubiũ est. Nã cũ dicũt Repulisti: ostendũt diuino munere ab studio scelerũ se fuisse reuocatos: ne in prauis dogmatibus eoꝝ vita finiretur. Sequitur: Et destruxisti nos. Merito ad gratiarũ actionẽ venit ista destructio: que sic euertit vt ꝓstruat: sic deponit vt erigat: sic humiliat vt ad celoꝝ regna ꝓducat. Hec enim verba: non ingratorũ suscipias: sed magis gaudentiũ esse cognoscas. Addidit: Iratus es z misert⁹ es nobis. Iratus: aduersatus debemus aduertere: quoꝝ suppstitiones z vitia iustitie sue virtute ꝓstrauit. Nimis cõgrue populus z iratum sibi dicit dñm cũ peccaret: et misertũ dum ad cõuersionis remedia confugisset. Sic vtraqz causas singulis sermonibus fecit intelligi. Que figura dicitur Emphasis: id est exaggeratio: latione pbens intellectũ q̃ verba p seipsa declarãt. Ira misericors: indignatio salutaris: captiuitas libera: aduersatio fructuosa. Ira tua est ergo: qñ suppstitiones eoꝝ subuertit. Misertus: qñ eos ad cultũ vere religionis adduxit. [Cõmouisti terrã z cõturbasti eã: sana cõtritiones ei⁹ quia † mota est]. Terrã/vniuersum peccatoꝝ cetũ debemus intelligere: qui aduentu dñi cõmotus est: sicut z in alio psalmo dicitur⁹ est: Vidit z cõmota est terra. Cõmoti sunt ergo peccatores: quãdo culturas suas deo cognouerũt abominabiles extitisse: qñ simulachra sua tandem aliquãdo itellexerũt esse lapidea. Anima duertũt etiã

SCDE.

Ephe. 5.

Al. cõmota

Psã. 96.

diuitias et honores: ceteraqz mũdi huius apud deum postrema: que ante putauere pcipua. Conturbati sunt quoqz: quãdo inter doctrinas alias audierunt. Apprehendite disciplinã/ne quãdo trascat dñs: z pereatis de via iusta. Et vide ordinẽ psalmi pulcherrimã narrationẽ dispositũ. Prius enim fuit vt cõmouerẽtur: post vt cõturbarẽtur. Sequitur Sana cõtritiones eius: qz mota est. Celesti medico produnt vulnera: vt ꝓtritis egris cõpetens medicina succurrat. Sed intelligamus q̃ diu eos dicit afflictos: vt vsqz ad contritiones peruenisse videantur. Ista est cõtritio/que nos efficit fortiores: ista debilitatio que reddit valẽtes. Cõterimur enim mente: quando ad humilitatẽ tota anim intẽtione descẽdimus: sicut in quinquagesimo psalmo dictum est. Cor contritum et humiliatuz deus non spernit. Et vt misericordiam clementissimi iudicis imperraret: addidit Quia mota est/id est a pristino errore translata est: vt tibi dño pareat qui ante idolis seruiebat. [Ostẽdisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis] Post victorias salutares quas dño mundi istius recõciliatione pfecit per gratiã: dicit populo tuo/id est tibi subiugato atqz deuoto. Ostendit enim dura fidelibus suis: quãdo martyriũ cateruas seuis passionibus acquisiuit. Ostendit enim in hoc trãsituro mundo iustis suis dura: vt reddat in illa eternitate preciosa. Non enim iubet vacare famulos suos: nec de latitudie se otiosa tractare: sed vt duris laboribus exercitati: ad palmã eius misericordie mereantur adduci. Sic enim et Paulus dicit: Nemo coronat nisi legitime certatus fuerit. Addidit Potasti nos vino cõpunctionis. Vino comparata est virtus: que in bonũ propositum studiũ nostre voluntatis imutat: z facit recta sapere: postqz se inde meruerint hoies diuina largitate cõplere. Cõtra hoc humanũ poculum sanitatẽ mentis excutiens: itromittit verba vanitatis. Sed potus ille non otiosus: sed mẽtis est nec humana industria ꝓparat: sed diuina inspiratione cõceditur: sicut superius dictũ est. Et poculũ tuum inebrians q̃ preclarũ est. Nã qd sit istud poculũ: pulchre breuiterqz definitũ est/id est vinũ in quo non est vitiorum copia: sed compunctionis vbertas. [Dedisti metuẽtibus te significationẽ: vt fugiãt a facie arc⁹]. Dedit timẽtibus significationẽ: qñ ꝓ scripturas suas edocuit in hoc mundo passiones multiplices suos fideliss. moꝰ sustinere: sicut in euangelio dicit. Tradent enim vos ante reges z presides: et in synagogis suis flagellabunt vos: z eritis odio oibus gẽtibus ꝓpter nomen meum. Petrus quoqz apostolus dicit: Cẽpus est vt iudicũ incipiat a domo dei. Videt ergo q: significationẽ dedit timentibus se. Hec ideo fieri: vt futuri iudicij pena possit euadi. Ipsa enim causa subsequitur: Ut fugiant a facie arcus. Facies arcus dicẽ iudicij euidenter ostẽdit: vbi noui et veteris testamẽti quasi duobus insignis iugis ois populus iudicat. Sed ille ab isto arcu sagittam/id est sententiã nõ suscipit: qui se in humilitatẽ cõfessionis deuota intẽtione ꝓstrauerit. Agam⁹ ergo dño gras: qui per significationes predicationũ timeri fecit huncarcum: per quem in iudicio dñi ois pcutitur indeuot⁹. [Ut liberẽtur dilecti tui: saluũ † me fac dextera tua z exaudi me]. Populus ille fidelium diuinis iam virtutibus subiugatus: secundã partẽ supplicationis ingreditur: deprecans vt dei ꝓtus tribulationes eoꝝ in gaudij alacritatẽ cõuertat. Et bñ precat populꝰ iste vt salvus fiat dextera: qz in ipsa parte stituri sunt: qui ppetua felicitate gaudebunt. Poterat enim supplicare vt saluus fieret et in hoc seculo: sicut in languoribus petitur: sicut in tribulationibus postulat: sed dextera dñi saluum se fieri deprecatur: vbi eterna salus est z sine fine leticia. [Deus locutus est in sancto suo: letabor et † diuidã sichimã: et cõuallẽ tabernaculoꝝ metibor]. Deus pater locutus est in sancto suo/id est in Christo: qñ verbũ caro factum est: z mundi Saluator apparuit. Locut⁹ est autẽ significat euangelicã veritatẽ: per quã venit redẽptio fidelium z beatitudo sanctoꝝ. Addidit Letabor z diuidam sichimã. Juste letabat populus: ut prospere locutus fuerat dñs. Sed hec hebrea nomina: per hunc et alios tres versus qui sequuntur: mixta gregcis latinisqz sermonibus: figurã faciunt Sardissimos: q fit diuersarum cõmixtione linguarum. Nunc ad exponenda verba veniamus. Sichima interpretatur humerꝰ qñ ad onus portandum diuinũ: humeri decenter aptantur: Vnde dixit: Diuidam sichimã/id est onus deuotionis diuine: qñ vnicuiqz celesti distributione concedit tur. Hoc est onus qñ si defuerit cadimus: si portamus erigimur. De quo scriptum est. Jugum meum suaue est: et onus meum leue est. Letus ergo populus diuidere se dicit supra humeros suos gratiã seruitutis z fidei: quam nouit leuissimo fasce portare. Addidit Et cõuallem tabernaculoꝝ metibor. Patriarcha Jacob supellectili pecoribusqz ditissimus: cum se a Laban socero suo migrare decreuisset: venit ad conuallem Syrie vbi mansionẽ ponens oues eius quieuisse narrantur: loco ipsi ex habitatione sua tabernacula nomen imponens. Et quia oues Iacob hic iudaice plebi cõuenienter aptantur: populum qui typum sancte tenet ecclesie dicit metibor. Et cõuallem tabernaculoꝝ/id est de iudaica collectione habeo non minimã portionem. Cõstat enim de variis nationibus ecclesiã dñi quasi ex diuersis floribus in vna corone specie esse formatã. Conuallis enim dicta est: quasi cauata vallis. [Deus est Galaad et meus est Manasses: et † Effrem fortitudo capitis mei. Juda rex meus]. Discutiamus hec noia: qñ ea (sicut iam diximus) significationes rerũ ꝓtinere manifestũ est. Galaad interp: etat aceruus testimonij: qꝰ ad martyres referre posse nõ dubium est. Testes enim greca lingua martyres dicunt. Ergo aceruus iste testimonij qui celestium granoꝝ numerositate collect⁹ est: magnã significat esse martyrum congregationẽ. Acertius enim/de imo surgens ad summũ tendit. Qui iuste martyribus cõparat: qñ ad immortalia dona ꝓducti celesti summitate potiunt. Hũc ergo aceruum merito suũ fidelis populus dicit/ex quo cõstat effectus. Sequitur Et meus est manasses. Manasses interpretat oblitus. Inter illas enim ꝓsecutiones fidelũ magnum opprobrium videbat ecclesia sustinere: quando quicunqz christian⁹ inuẽtus fuisset: precepto principũ paganorũ capitali crimine damnabat. Hoc ergo opprobriũ iã probat abolitũ: z felici oblitione consumptũ/quando christianũ esse in orbe romano nunc gloria est. Merito ergo fidelis populus dicit oblitionẽ illam esse suam: q̃ erat de scelerum abolitione ventura: sicut Joseph dicit. Obliuisci me fecit deus doloꝛem: et domum patris mei. Addidit Et Effrem fortitudo capitis mei. Effrem fructificatio dicitur. Sed que sit ista fructificatio consequenter exponit. Fortitudo capitis mei. Quis alter nisi saluator est dominus: qui carne mortendo per gloriosissimam resurrectionẽ suam contulit spei nostre copiosissimum fructum? Sicut in euangelio dominus dicit. Nisi granum tritici cadẽs in terram mortuũ fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multũ fructũ affert. Adiecit Juda rex me⁹. Juda Christus

Pss. 2.

Psã. 50.

2. Timo. 2.

Al. non hꝫ.

Psã. 22.

Matth. 10.

1. pe. 4.

Gen 49.

Joan. 12.

Universidad de Sevilla Biblioteca

significatur: qui ſm carnē de iude ſtirpe deſcēdit. Iſte ergo populus a tituli illius inſcriptione non diſcrepat: qui regē ſibi Iudam: id eſt ſaluatorē eſſe teſtatur. Et cum exultatione dicendū eſt. Juda rex meus: qm̄ hec eſt fideliū gloriosa cōfeſſio. [Moab olla ſpei mee. In idumeā extendā calciamentū meum: michi † allophili ſubditi ſunt]. Moab pro gentibus ponit: vnde congregandā predicebat eccleſiā. Olla ſpei tribulatio ſignificatur: ſed illa quā in hoc mūdo ſanctiſſimi ſuſtinēt chriſtiani: que ad ſpem vite eterne dño p̄ſtante porrigitur: ſicut dicit Apl̄s. Gloriamur in tribulationib⁹: ſcientes q̄ tribulatio patientiā opat: patiētia autē probationē: probatio ſpem: ſpes autē non cōfundit ⁊c̄. Olla ſpei decoctionis exeſtuat. De hac ſcriptum eſt. Olla ſuccēſa in aquilone: q̄s vtiq; diaboli ſignificat machinationes: qui dixit. Ponam ſedez meā ad aquilonē. Sequitur In idumeā extendā calciamentū meū. Idumea terrena ſignificat: q̄bus mūdus tenet obnoxius. Ad hec venit euāgelij: quando peccatoribus clemētia diuina ſubuenit. Calciamentū enim predicationē euāgelij cōueniēter aduertimus: q̄ ſicut pedibus noſtris munimina calciamentoꝝ: moleſtias ſpinarū aliaſq; iniurias repellunt: ita et vite noſtre gloriosiſſimum inſtitutum q̄ frequēter greſſibus cōparatur: euāgelica premunit autoritas vt tali beneficio cōmuniti: hunc mūdum ſine aliq̄bus leſionibus muniente dño trāſeamus. Scriptū eſt enim. Quā ſpecioſi pedes eoꝝ qui annūciant pacē: qui annunciant bona: ⁊ calciati pedes in preparationē euangelij. Hoc eſt ergo calciamentū q̄ nos munit cōtra victa. Hec defenſio que ſeculi huius ſpinoſa trāſcēdit: vt ledere non queant que acuminatis inſidijs prodantur armata. Adiecit: Michi allophili ſubditi ſunt. Hoc idē dicit populus chriſtianus: allophilos: id eſt alienigenas ſibi ſubditos: quos tam quidē conſtat eſſe cōfeſſos. Sed iſtos allophilos ficros vult itelligi chriſtianos: qui inter fideles aſſidua quidē frequentatione cōueniunt. Sed q̄m viuunt animo puerſo: nō ſunt regnaturi cum dño. [Quis deducet me in ciuitatē munitam: ⁊ aut q̄s deducet me vſq; in idumeā?] Deſiderio future beatitudinis fidelis populus exclamat ad dñm: Quis deducet me. i. nullus niſi tu ſolus deus. Ciuitatem munitam Jheruſalem futurā dicit: que ſic munita atq; perfecta erit: vt nulla vlterius p̄ſecutione quatiatur: nec allophilos habeat mixtos: quos nunc ſuſtinet patienter eccleſia. Sequitur Aut q̄s deducet me vſq; in idumeā? Idumea (ſicut ſuperius diximus) terrena ſignificat. Quis deducet me: ſub interrogatione legendum eſt: ipſe. ſ. deus qui dicit inferius. Deſiderat enim et illos populos ſibi applicari qui adhuc nō meruerūt eſſe p̄fecti: vt cōpleto numero predeſtinatoꝝ ſimul ad eterne beatitudinis gaudia queniret. [Nōne tu deus qui repuliſti nos? et nō egredieris deus in virtutib⁹ noſtris]. Dicēdo Nōne tu deus? oſtēdit de quo ſuperius q̄s dicebat. Tu reuera dñe q̄duces ad regna tua: qui nos feciſti dāmnare ſimulachra: vt proſit nobis te ſecutos: q̄ē euidēter agnouimus ſolū creatorē noſtrū: ſolum debere eſſe ppiciū. Dicit enim. Qui repuliſti nos: id eſt a malo p̄ſtituiſtine in noſtra voluntate verſaremur errore. Repulit enim dñs a religione puerſa q̄ē digna⁊ q̄ducere ad dogmata chriſtiana: ſicut ⁊ in ꝓmo verſu huius p̄ſalmi dictū eſt. Deus repuliſti nos ⁊ deſtruxiſti nos: iratus es et miſertus es nobis. Sequit. Et non egredieris deus in virtutibus noſtris. Senſus talis eſt: q̄uis in futuro de miſericordie tue ſpe magna letemur: tamen in preſenti ſeculo non ita nos cernimus adiuuari: vt aduerſarios noſtros te opitulante vincamus. Hec cum non fiant: ſed magis afflictionibus exponamur: eſtimāt inimici q̄ non egrediaris in virtutibus noſtris. Uerū iſta diſſimulatio ſalutaris ⁊ gloriosa probatio eſt: ſicut dicit Apl̄s. Jā enim q̄ in preſenti eſt momentaneū ⁊ leue tribulationis noſtre: ſupra modum in ſublimitate eterne glorie pondus operatur in nobis. [Da nobis auxilium de tribulatione: et vana ſalus hominis]. Poſtq̄ dixit ſancta congregatio ab inimicis ſe in hoc ſeculo minime vindicari: venit ad conſolatoriam oratorem vt de tribulatione mundi iſtius quā iugiter ſuſtinebat dominū proueniret auxilium: ſciens tanto vnumquēq; illic conſolandū: quanto hic p̄ eius nomine fuerit vehementer afflictus: ſicut in euangelio dicit. Beati qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiam: q̄m ipſoꝝ eſt regnum celoꝝ. Sequitur Et vana ſalus hois. Saluti preſtare non poteſt indignus ſalutiſte: ideoq; ſperare in hoie non debet qui propriis viribus p̄batur eſſe infirmus. Hinc eſt q̄ Hieremias p̄pheta dicit. Maledictus homo qui ſpem ſuā ponit in hoie: et a dño recedit cor eius. [In deo faciemus virtutē: ⁊ ipſe ad nichilum deducet tribulātes nos]. Populus beatoꝝ humana confidentia derelicta: in deo ſe dicit facere poſſe virtutē. Non enim cū diabolo incendio gladioq; certandū eſt: ſed illis virtutibus quibus Chriſtus ipſe pugnauit: vt ſuperbiam humilitate vincamus: diuitias mundi pauptate ſuperemus. Ad poſtremum ipſe in deo facit virtutē: qui in mādatis eius ingreditur pſeuerans: diabolicas tentationes eodē miſerante calcauerit. Sequitur Et ipſe ad nichilum deducet tribulantes nos. Quid tibi fideliſſime opus ſunt arma: q̄ habere talia probaris auxilia? Ipſe enim p̄ te pugnat: cui nullus reſiſtit. Ipſe inſequitur q̄ē nullus declinat. Ad nichilum quippe perducit inimicos fidelium ſuorum: q̄m delet eos de libro viuentium: vbi ſibi ſcripti videbantur elati.

Concluſio.

¶ Ecce mundi iſtius: ſi ſm dñi tolleret impetum beata contritio. Ecce humiliatē terrenis culminibus celſitorem: quādo non poteſt deficere cui venit auxiliū de tribulatiōe. Et in ipſo periculo beneficiū repperit: q̄s atterere conſueuit. Sine te enim deus: vniuerſus mūdi reus eſt principatus. Angia ſibi eſt quelibet poteſtas: et per te gaudet humilitas. Reconditi ſunt domine theſauri tui: aliud videt ad faciem: aliud facis itus habere veritatē. Quis poſſit enarrare magnificentiam tuam: qui noſti reponales tribulatiōes in gaudia eterna cōuertere? Et illud apud te eſt pretioſum: quod in hoc mundo ſceleratis hominibus videtur abiectum.

Explicit expoſitio in p̄ſalmum. 59.

¶ In finem in hymnis Dauid. lx.

Exaudi deꝰ deprecationē meā: intēde oroni mee. A finibus terre ad te clamaui dum anxiaret cor meū: in petra exaltaſti me. Deduxiſti me q̄ factus es ſpes mea: turris fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo i tabernaculo tuo i ſecula: protegar i velamēto alarū tuarū. Qm̄ tu deus meus exaudiſti oratione mea: dediſti hereditatē timētibus nomē tuum. Dies ſup dies regis adijcies: annos eius vſq; in diem generationis ⁊ generationis. Permanet in eternum in cōſpectu dei: miſericordiam et veritatem eius quis requiret? Sic p̄ſalmū dicam nomini tuo in ſeculū ſeculi: vt reddam vota mea de die in diem.

Absolutum ⁊ breuiſſimum p̄ſalmum: latinitas et compendiū tituli euidenter inſinuat. Non enim vt ſuprā: nominibus obſcuris hyſtoriaq; cōpletus eſt: vt euidēter appareāt tituloꝝ indicia: reuera ſalutarium preconeſſe p̄ſalmoꝝ. In finē ſignificari dominū ſaluatorē nullus ignorat: enim hoc tam frequenti expoſitione clarueſcit. In hymnis/ grecū vocabulum eſt. Interpretat⁊ eñ in laudibus: quia totus p̄ſalmus Chriſti preconia perſonabit. Dauid autem ipſius ſignificat dñm ſaluatorē: cuius laudē decantat populus chriſtianus qui toto orbe diffuſus eſt.

Diuiſio.

In ꝓma parte p̄ſalmi/ a finibus terre deprecatur populus fidelis: vt eius audiatur oratio: quatenus in ſancta eccleſia pſeuerans: alarū eius velamine p̄tegā⁊. Secunda parte gratias agit: q̄ iuſtis hereditatem ſuam pius miſerator indulſerit: et nomen ſuum in eternā gloriam conſecrauit: ex qua re ſe laudes redditurum iugiter domino pollicetur.

Expoſitio.

Exaudi deus deprecationē meā: intende oration̄ mee]. Fidelis populus: qui tamen mēbra ſunt domini/ ſancta charitate ſuccenſus petit vt eius audiatur oratio. Sed conſideremus quid ſit hoc: q̄ exaudiri deprecationem ſuam ⁊ intendi orationi ſue: ſi qua hec poterimus ſubtilitate diuidere. Deprecatio: eſt aſſidua quidē cōmuniq; ſupplicatio/ quam ⁊ hominibus a quibus aliquid petimus frequēter offerimus. Hāc a domino deprecā⁊ audiri. Orationi vero ſue/ quam tm̄ ſancte trinitati iure perſoluimus: poſtulauit intēdi/ id eſt proſpici atq; miſereri: quoniā eam puriſſimā diuinis conſpectibus offerebat. Cuius talis virtus eſt: vt cum fideliter depoſcit probabile deſiderium obtinere monſtretur. [A finibus terre ad te clamaui dū anxiaretur cor meū in petra exaltaſti me. Deduxiſti me]. Congregatio ſancta iuſtorum que eſt hereditas dñi: depreſſa malis ſeculi in vniuerſis ſita gentibus congemiſcens clamat ad dominū: que et carnis neceſſitatibus ſubiacebat: et ab eius vicijs toto mentis deſiderio deſinere feſtinabat. Clamat enim a finib⁹ terre/ id eſt ab vniuerſo orbe terrarū: in quo eſt oiporentis dñi eccleſia cōſtituta. Sed non a ſolis finibus hoc clamat: verūetiam ab interioribus et vmbilico ipſo terrarum: ſicut in decimooctauo p̄ſalmo dictum eſt. In omnē terram exiuit ſonus eoꝝ. Clamat ergo iſte populus q̄ ſuperius dictus eſt. Exaudi deus deprecationem meam: intende orationi mee. Dicit enim quando iſte clamor velut ſacrificium deo fuerit immolatus in anxietate cordis: quando enixius clamat ad dñm: cum periclitanti anime neceſſaria remedia poſtulant. Sequitur clamoris exauditio: et premiū ſingulare iuſtoꝝ: In petra exaltaſti me. Petra ſignificat dñm ſaluatorem: ſicut dicit Apoſtolus. Petra autē erat Chriſtus. In hac petra ſe exaltatum eſſe pronunciat: in qua ois edificatus eſt chriſtianus. Conſtat enim exaltatum: qui ibi noſcit eſſe fundatus. Adiecit eſt Deduxiſti me: in illam. ſ. futuram requiē quam beatis ſuis dñs pollicetur. Nā q̄ dixit Deduxiſti me: vſus iſte ꝓphetie eſt: vt illa que vētura ſunt pro preteritis dicat: ſicut in vigeſimo primo p̄ſalmo ſam dictū eſt. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerunt oſſa mea. Que figura dicitur Prolepſis: id eſt occupatio futuroꝝ. [Quia factus es ſpes mea: turris fortitudinis a facie inimici]. Cauſa reddit quare ſit deductus ad premium: q̄ ſpem ſuam cōſtituerat ſibi dominū qui confidētes edificat: ⁊ in ſe preſumentes ſemp exaltat: ſicut dicit Apl̄s. Gloriamur in tribulationibus: ſcientes q̄ tribulatio patientiam operatur: patientia probationē: probatio vero ſpem: ſpes autem non cōfundit: ⁊ reliqua. Sequitur oīno magna cōparatio: Turris fortitudinis a facie inimici. Per turris ſimilitudinē: ipſum dñm ſignificat ſaluatorem. Turris enim ciuitatis muros vēdicat: ⁊ irruētes hoſtes ex alto vulnerat: ſic virtus dñi populū ſuum defendit: cum aperte inimicū eius oris ſui contradictione p̄ſtauerit. Sed turris illa ꝓtinus eſt plena non gladijs: pugnat verbo non ꝓelio: tubens oīa non decertans. Quā non aries quaſſat/ non aliqua machinamēta debilitāt/ nec localiter deleāt/ ſed per totū mūdum famulos ſuos inuicta protectione cuſtodit. [Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſeculo: protegar in velamēto alarū tuarū]. Et hic quoq; cathegoricus ſyllogiſmus enaſcitur: qui eo modo colligitur. Juſtus inhabitat in tabernaculo dñi. Ois qui habitat in tabernaculo dñi in ſecula protegit in velamēto alarum eius. Juſtus igitur in ſecula protegit in velamēto alarum eius. Nunc ad exponenda verba redeam⁹. Mens ſancta dñi Chriſti: ſibi dñicia largiēda cōſtitit: quo in huius mūdi periculis in tabernaculo dñi tutiſſime pſeueret: ⁊ hoc nō ad breue tēpus: ſed quouſq; ſecula vite iſtius diuina adminiſtratione peragant. Ita enim fidelium populus decurſa ſibi etate ſuccedens in tabernaculo dñi per ſecula cōtinetur. Sed intēdamus q̄re frequēter velamentū alarū dñi ſacris defenſionibus cōparet. Primū: q̄ ale auiū in modū palmarum quaſi quedam coſte pulcherrime porrigūtur. Deinde: q̄ ſic defendunt vt onerare non poſſint. Tertio: q̄m eſtus ⁊ frigoris inclementia a dilectis pullis affectuoſa protectiōe depellunt. Ita deſenſio dñi ſi ad eum pie cōfugiamus: poteſtates aereas a nobis efficit alienas: vt nec furor eoꝝ incenſus nocearit nec venenū frigidū viperea qualitate gerat. Merito ergo protectio dñi alis noſcitur cōparata: q̄ne nec ſubiectos onerant: et leſionem totius cōtrarietatis emendant. [Qm̄ tu deꝰ † exaudiſti oratione meā: dediſti hereditatē timentibus nomen tuum]. Interpoſito diapſalmate: populus fidelis venit ad ſecundam partē letus: exultans quia orationē ſuam gloriaſ auditā: per figuram. ſ. Ethiologiā: cauſam rei rationēq; ſubiungit: cur in velamēto alarū dñi petitioneq; letet: imerito q̄m eius exaudita probaſ oratio. Sequitur Dediſti hereditatē timētibus nomē tuū. Hereditatē ſignificat futuri ſeculi regnū: q̄s beatis famulis pollicetur. Hereditas que nō morte relinquitur: ſed cū largitore ſuo ꝑpetuo munere poſſidet: que ſic venit ad filios vt a teſtatore minime deſeraſ. Hec hereditas non habet finem: ſed cum ſemel ſuſcepta fuerit: nunq̄ a nobis aliqua p̄mutatione diſcedit. [Dies ſup dies regis adijcies: annos eius vſq; in diem † ſeculi ⁊ ſecula]. Eternitatē ſignificat dñi ſaluatoris qui vere rex noſter dicitur: q̄m ab ipſo regimur: et eius virtute ſaluamur. Dies enim ſupra dies/ more humanitatis pfert: qui ideo plurimi dicunt: q̄m illis ⁊ noctes ſuccedere cōprobant. In illa

Aliengene. — Roma. 5. — Hiere. 1. — Jſa. 14. — IDUMEA. — Jſa. 52. — Al. non hz.

SUrgat deus et dissipentur inimici eius: ⁊ fugiāt qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores a facie dei. Et iusti epulēt tur et exultent in conspectu dei: et delectentur in leticia. Cantate deo psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: dominus nomē illi. Exultate in cōspectu eius: turbabuntur a facie eius patris orphanorum et iudicis viduarum. Deus in loco sancto suo: deus q̄ inhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperant qui habitant in sepulchris. Deus cum egrederēris in conspectu populi tui: cum pertransires in deserto. Terra mota est: etenim celi distillauerūt a facie dei sinai/a facie dei isrł. Pluuiam voluntariam segregabis deus hereditati tue et infirmata est: tu vero perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus. Dominus dabit verbum: euangelizantibus virtute multa. Rex virtutum dilecti dilecti: ⁊ speciei dom⁹ diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros: penne columbe deargentate: et posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit celestis reges super eam nix dealbabuntur in selmon: mons dei mons pinguis. Mons coagulatus mōs pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finē. Currus dei decem milibus multiplex milia letantium: dominus in eis in sinai in sancto. Ascēdisti in altum cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes: inhabitare dominum deum. Benedictus dominus die quotidie: ꝓsperū iter faciet nobis deus saluatorium nostrorum. Deus noster deus saluos faciendi: et domini domini exitus mortis. Verūtamen deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantiū in delictis suis Dixit dominus ex basan conuertam: cōuertam in profundum maris. Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorū ex inimicis ab ipso. Viderunt ingressus tuos deus: ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Preuenerunt principes cōiuncti psallentibus: in medio iuuencularum tympanistriarū. In ecclesijs benedicite deo domino: de fontibus israel. Ibi beniamin adolescentulus: in mentis excessu. Principes iuda duces eorum: principes zabulon et principes neptalim. Māda deus virtuti tue: confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in hierusalem: tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis congregatio taurorū in vaccis populorū: vt ex-

cludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes que bella volunt/venient legati ex egypto: ethiopia preueniet manus eius deo. Regna terre cãtate deo: psallite domino. Psallite deo qui ascẽdit sup celũ celi: ad orientẽ. Ecce dabit voci sue vocẽ vtutis: date gloriã deo super israel: magnificẽtia eius et virtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutẽ et fortitudinẽ plebi sue/benedictus deus.

Joan. 8.

VIm nominis istius hinc debemus aduertere: quia dñi finis dicat/in initio semp apponi tur. Significat enim rerũ caput et eternale principiũ: sicut ipse in euangelio dicit. Ego sum principiũ ꝓpter qđ ꝛ loquor vobis. Sequitur psalmus cãtici qui humana tñ solet voce cãtari. Dauid autẽ ipsum dñm designat: quẽ ꝛ finis ille pnunciat. Cõgus psalmus/ꝛ ad fastidium releuandum: quinq; diapsalmatibus prenotatus: per que nos diuisiones cõpetenter impressimus. Nam licet has in aliis psalmis ẽctum aspirat dñs humana pscrutetur industria: iuste tñ mctiones absolute sequẽde sunt: quas ꝓ dia psalmata diuina fecit auctoritas. Sciendũ est autẽ toto psalmo ꝙ mysticas similitudines psalmigraphus loquit: qui sacramentis euangelicis oĩno repletus est: ꝛ ascẽsionis christi descriptione deuota monstratur esse precipuus. Diuisio.

PRouidentie spiritu ꝓpheta cõpletus/que inmicis domini accidant: vel que fidelibus in futura iudicatione contingant: per optatiuũ modũ. Primo ingressu psalmi huius conuenienter edicit: vt ꝛ perfidos de pena terreat: ꝛ famulos domini promissa remuneratiõe letificet. Secundo ingressu virtutes significat/quas cõtulit populo iudeorum: ac deinde dicit quẽadmodũ ex his perfecit ecclesiã. Tertio per montis speciem significat dñm saluatorem/asserẽs que beneficia prestiterit ecclesie: qñ eã resurrectionis sue munere subleuauit. Quarto inimicoꝝ dñi superbiam conquassandã esse ꝓnunciat: ꝛ conuersionẽ et martyria ab vtroq; sexu etiã ex pessimis dicit esse faciendã: cũ aduentus dñi mundo salutaris illuxerit. Quinto dicit in ecclesijs dñm debere benedici: vbi apostoli ꝛ christi ipse ꝓdicauit/supplicãs vt dona que dedit fidelibus suis/cõseruare dignet. Moner etiam vt velociter ad dominũ veniant: qui in hoc mũdo tanq; in egypto ꝛ ethiopia cõmorãtur. Sexto ingressu: vniuersitatem monet vt psallat dño christo: qui iam resurrectionis sue miracula patefecit: ac deinde psalmum dominica laude concluſit. Expositio.

SUrgat deus et dissipent inimici eius: et fugiãt a facie eius qui oderunt eũ]. Confidenter ꝓpheta videt optare: qđ nouit esse vẽturum. Petit eñ resurrectionẽ christi: qua dissiparetur aduersi sciz iudei: qui resurrectionis eius videndo potentiam: sceleris sui facinora formidabant. Ultio quippe eorum vno verbo descripta est. Non enim in vnã gentẽ populus ipse collectus est: sed per orbem terrarũ effusa charitate dispersus est. Sequitur inestimabilis pena maledicti: vt ab eius facie fugiant: cuius vbiq; constat esse presentiam. Quale est enim semper fugere: ꝛ infensi iudicis presentiam nõ vitare: Addidit Qui oderunt eum: vt eos significaret q̃ in sua pertinacia constiterunt. Odii enim illis reb⁹ debemus: quibus nos acquiescere nullatenus posse prositemur. [Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie dei]. In istis duobus versibus sub cõparatione gemina peccatorũ pena predicitur. Fumus est eñ ex flamma ista corruptibili surgens: tenebrosa conglobatio. Que ẽtum plus extollitur: tantũ ꝙ inania tenuat. Hunc peccatores merito cõparant: qñ ex flãma nequicie sue producunt fumiferas actiones: que licet ad altiora superbia fatiente cõsurgant: necesse est vt sua magis velut fumus elatiõe deficiant. Sequitur eoꝝ alta cõparatio: Cera est ex fauis collecta tenera molliscq; substantia/que sic ignis calore resoluit: vt eius corpulentia penitus absumatur. Huius similitudo delinquẽtibus competenter aptatur: qñ in iudicio dei a facie ipsius sic dissipabunt peccatores: quẽadmodũ cere deliquatitudo proximo igne consumit. Et intuere ꝙ hic peccatores in substãtia sua/non dicit posse cõsumi: qui perpetuo igne torquendi sunt: sed dicit eos a facie dei esse perituros: qnãq; ad gratiã ipsius beneficiaq; vẽturi sunt: sicut q̃dã errantium dicere tentauerunt. Et nota ꝙ in his versibus figura est ꝓparabole: id est rerum dissimilitũ comparatio. Peccatoribus enim fumus ꝛ cera comparata noscuntur. [Et iusti epulentur ꝛ exultent in conspectu dei: † delectentur in leticia]. Sicut superius dicta est pena peccatoꝝ: ita nunc iustorũ remuneratio ventura narratur. Epulas dicimus exquisitas et abundãtes copias ciboꝝ: quibus ꝛ corpus reficit: et plerũq; desiderii edacitatis augetur. His cõparant pabula fidelium: fagina iustorũ/qui saturati adhuc desiderant: et de celestibus delitijs merepletur faretur. Sed vbi reperiãtur iste delitie: subsequenter adiungitur: scilicet In cõspectu dei: vbi semp est desiderabilis ꝛ vera leticia. Quale est enim exultare sub conspectu tanti iudicis: vt illũ quẽ hic iuste metuimus: ipsius munere liberati sub eius presentia gaudeamus? Addicit Delectentur in leticia: vt hoc ipsum illos possit delectare qđ leti sunt: quia dum leticiã suam nullo nouũ fine claudendã: suauius in ea delectãtur: quã se amissuros esse nõ sentiũt. Sic beatitudinis illius ventura felicitas: sub lucẽtibus q̃dam modulis indicatur. [Cantate deo psalmũ dicite nomini eius: iter facite ei qui ascẽdit sup occasum dominus nomen † est ei. Exultate in conspectu eius]. Postq; pessimoꝝ penas: iustorũq; premia vẽtura narrauit: hortatq; populos ꝓpheta vt in his que audierãt fidelli mẽte presumẽtes: laudes deo hymnica exultatiõe concelebrent. Cantat enim deo: qui contemplationem eius puro ac fideli semp animo contuet. Psalmũ dicit nomini eius: qui opera efficit que ille precepit. Sequitur Iter facite ei: id est corda vestra purificata preparate: que dignetur sanctus dñs introire: siue predicatiõibus beatis cunctos imbuite: sicut Ysaias ꝓpheta dicit. Parate vias domini: rectas facite semitas ei⁹. Sy cui fiat istud iter edicitur. Qui ascẽdit super occasum. Ascendit vtiq; dñs christus super occasum a mortuis resurgendo: vt captiuã duceret nostrã captiuitatem: et mors relinqueret liberos: quos peccatis alligantibus tenebat obnoxios. Necesse enim fuit vt occasus tenebrosus cederet: sup quem sol iusticie ꝓbabatur exortus. Et ne quis ambigeret q̃ ascẽdit sup occasum dicit Dominus nomen est ei: vt nemo dubitaret deum esse dñm saluatorẽ/quẽ nefandi iudei velut cõmunem hominẽ trucidandũ esse putauerunt. Sequitur Exultate in ꝓspectu eius: non in ꝓsentia hominũ vbi est caduca

DES

DES

SCHOE

Al. et

Isa. 40.

Al. illi.

leticia: sed in cõspectu eius vbi lugiter se puritas mentis oblectat: ꝛ qua libet hic erumnas patiaꝝ considerata tione futuri premij semper erigitur. [Turbabunt a facie eius patris orphanorum ꝛ iudicis viduarũ. Deus in loco sancto suo]. Postq; dixit in conspectu dñi beatis esse gaudendum: nunc a facie ipsius predones atq; impios asserit esse pellendos: qui orphanos ac viduas seua cupiditate dilacerant. Turbati eñ ꝛ nimiũ formidantes a facie dei rales expellunt: qñ audierint Ite in ignẽ eternum qui paratus est diabolo et angelis eius. Sed qui sit iste a cuius facie pellunt exponit: id est Patris orphanoꝝ ꝛ iudicis viduarũ. De quo et alibi legitur: Pupillo ꝛ vidue tu eris adiutor. Quid ergo deprecator: eorum pati poterit: qui iudicis sui susceptos impia laceratione contriuit? Patris autẽ ꝛ iudicis genitiuos posuit casus: vt qđ sit deus: his cõplexiõibus posset ostẽdi. Addidit quoq; Deus in loco sancto suo: subaudiendũ est: qui immutabilẽ seruat firmamoꝝ sententiã: sicut de ipso a patre Augustino dictum est. Mutas tẽpora nec mutas consilia. [Deus qui † habitare facit † vnanimes in domo. Qui educit vinctos in fortitudine]. In hoc versu et duobus alijs qui sequũtur ꝓ duodecimã speciem diffinitionis: que grece Catapenon: latine per laudẽ dicit: declaratur quis sit deus/id est q̃ habitare facit vnanimes in domo: sicut legitur in actibus apostolorũ. Multitudinis credentiũ erat coꝝ vnũ et anima vna: Siue qz prophete et euãgeliste in domo dñi vnũ sentientes verbũ veritatis consentanea predicatione locuti sunt. Et alibi ipse dicturus est: Quã bonum ꝛ qñ iocundũ habitare fratres in vnum. In domo essi illius illi habitãt: qui se mutua charitate consociãt. In domo vero ecclesiã significat. Sequitur Qui educit vinctos in fortitudine. Hic humanũ genus significat: qđ vinctum lege peccati fortitudinis sue robore liberauit. Alligato enim diabolo/eduxit vinctos quos tenebat ille captiuos. Bene autem dictum est. Eduxit: quia ab inferno liberãs ad gaudia regni celestis leuauit. [Similiter eos qui † in iram prouocant/qui habitant in sepulchris]. Enumerat adhuc quos educit vinctos in fortitudine sua. In iram enim prouocant dñm: blasphemi ꝛ pessima se cõuersatione tractantes. Ipsi sunt quippe qui viui habitant in sepulchris: id est q̃ in fetida et carnali actione sepulti sunt. De quibus et in alio loco dictũ est. Sepulchrum patens est guttur eorum. Nam licet mortuos visualiter suscitauerit: humanum tñ genus de sepulchris eripuit: qñ eis per veram fidem vite gaudia votiua restituit. [Deus cum † egreris in cõspectu populi tui cũ ptrã sieris. Iungendũ est huic versui cognoscetis. Adhuc eñ in opationis eius laudibus pseuerat. Egressus est quidẽ deus coram populo israelitico: dum in colũna ignis apparuit: dum in deserto eos manna largitate satiauit. Sed hoc melius ad populum respicit christianũ. Egreditur enim coram populo: qñ educit vinctos in fortitudine sua: qñ resuscitanꝫ qui in sepulchris habitant. Ipm enim cõtuek fidelis: qñ in operibus magnis eius pietatẽ potentiãq; cognoscit. Trãsgressus est etiam in deserto qñ ad gentes venit: ad quas ꝓpheta nullus accessit: que velut heremus desolata a verbo dñi reddebant aliene. [Terra mota est etenim celi distillauerũt a facie dei: † mons sina a facie dei israel]. Interiecto diapsalmate: venit ad scõm ingressum: vbi enumerat que israelitico populo virtꝰ diuina pcessit. Terra mota est/id est terreni homines videndo tam magna miracula crediderunt. Celi distillauerũt a facie dei: qñ inuicẽ stillicidiorum manna descendit a facie dei: quia per columnã ignis ac nubis presentia ipius noscebat. Mons quoq; sina a facie dei fumauit: qñ ibi moysen in duabus tabulis legem beatus accepit. Nã ꝛ in exodo ita scriptũ est. Totus autem mons sina fumabat: eo q̃ dñs descẽdisset super eum. [Pluuiam voluntariã † segregãs deus hereditati tue et infirmata est: tu vero perfecisti eam]. Exponit illud qđ superius dixit: Celi distillauerũt. Ipsa est enim pluuia voluntaria: quam tunc comedendi auida gens iudea promerut. Nam vt voluntati eius satisfieret: ne experta miraculum mundus accepit. Pluuia siquidem illa voluntaria fuit: non ista que generaliter vbiq; diffunditur. Deniq; sic segregans deus hereditati tue: qz non hoc dñs alijs gentibus dedit: qđ tũc hebreo populo miseratus indulsit. Hereditas enim ipsius fuit populus hebreoꝝ: sicut legit. Et facta est portio dñi populus eius Jacob funiculus hereditatis eius israel. Hec si ad tẽpus infirmata est dño saluatori minime credendo pfecit hereditatẽ suam: qñ gentes reliquas in supplemẽtum credulitatis admittit. [Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus]. Quia superius dixerat de hereditate dñi. Tu vero pfecisti eam: nunc adiecit vnde eam pficeret. Alialia fuerunt gentes vera religione vacuate: sed cum ad dñm venerũt facte sunt ei⁹ que iam nichil indigeãt sed rationabili ac pleno lumine cõpleantur. Hec habitabunt in ecclesia: cũ vere religionis cultũ ipso miserãte pceperint. Iterumq; que sint ista a alia: consequenter exponitur. Dicit eñ Parasti in dulcedine tua pauperi deus. Parasti significat predestinatos: qui ab origine mundi ipso miserãte preparati sunt. In dulcedine tua/non seculi huius vbi amara patiuntur: sed in illa suauitate i qua pauperes dei reges ditissimos antecellunt. [Dñs dabit verbum euangelizantibus † virtutes multas]. Uersus isti⁹ ordo talis est. Dñs dabit virtutes multas euangelizantibus verbum. Dedit enim virtutes multas apostolis: qui verbum eius venerãda confessione predicabant: qñ eis languentiũ turbas sanare concessum est. Nam ipsum quoq; euangelium multarũ constat esse virtutũ. Quid enim fortius q̃ animas saluare: que errorum suoꝝ vicijs poterãt interire? Sicut iacobus apostolus dixit. Scire debet q̃s: qz qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore vie sue/saluat animam eius: ꝛ operit multitudinẽ delictoꝝ. [Rex virtutum dilecti: † et species domus dimidere spolia]. Uersus iste sollicitius inquirat. Est enim verboꝝ subtilitate perplexus. Hic enim dilectũ/filiũ patris debemus accipere: sicut ipse in euãgelio dicit. Hic est filius meus dilectus in quo michi bene cõplacui. Mõ schema dicitur Antonomasia/id est vice nomis posita: qñ sic aliud nomen ponitur: vt tñ illud qđ necessarium fuerit sentiatur. Dilecti ergo patet: rex angelorum ꝛ potestatũ est: qui virtutibus imperat. Quod ꝛ de filio conuenienter accipitur: de quo alius psalmus dicit. Dominus virtutum ipse rex glorie: quod tamen sancte trinitati certum est conuenire. Hic tamen patrem vult intelligi: qi dilecti positus/id est Christi. Sequitur Et species domus dimidere spolia. Pulchritudo domus diuine cognoscitur: quando spolia diaboli/id est homines scelerati in domũ ecclesia transferuntur. Spolia siquidem diaboli/sunt populi quos dominus alligatos forte liberauit: sicut in euangelio ipse dicit. Nemo intrat in domum fortis et vasa eius diripit: nisi prius alligauerit fortem: et tunc domum illius diripiet. Dum enim spolijs domum sue potestatis ornauit: ecclesiam sanctã gaudere fecit:

Al. exasperant.

Al. inhabitare.

Al. vnius moris.

Act. 4.

Psa. 132.

Al. sinai.

Exo. 19.

Al. segregabilis.

Al. virtutes multa.

Jaco. 5.

Al. dilecti: et speciei.

Matth. 3. Sl. hoc est

Psa. 23.

Marci. 3.

quoniam ferocis inimici vota frustrauit. [Si dormitis inter medios cleros penne columbe deargentate: z
Al. pallore posteriora dorsi eius in † specie auri]. Subaudiendū: suscipient vos. Hic dormire nō stuporem somni significat/aut oblationē rerum quam pati cōsueuimus dormientes: sed dormientes dicit in preceptis domini quiescentes: z in idipsum requiem habentes. Cleros enim auctoritate patrum/duo testamenta debemus accipere: inter que mōnet continere atq; quiescere christianos. Sensus ergo talis est. Commonet fideles si dormitatis inter duo testamēta: hoc est si animam vestram in scripturis diuinis victima dormitiōe reponatis.
Joan.11. Dormitionem vero pro morte ponit: dominus in euangelio testatur dicēs. Lazarus amicus noster dormit: sed eamus vt a somno suscitem eum. Sequitur Penne colū be deargentate. Per hec comata (sicut superius diximus) subaudiendū: suscipient vos. Penne significant claritatem/que nos in illam patriam ducunt: si hic in lege domini quiescere mereamur. Columbe deargentate: ecclesiam significant. Que merito columba deargētata dicit: quia innocentiam habet columbe: et diuinis eloquijs argenteo candore resplendet. De qua scriptū est. Una est columba mea: vna est dilecta mea. Huius columbe posteriora/id est victima in specie auri clarificata resplendent: q; postq; de hoc mūdo discesserit: supra aurū eius gratia relucebit. Et respice q; in hoc mūdo argento comparata est. In illa resurrectione aurī eam specie dicit ornandā: sicut in.44.psalmo tam dictum est. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circumamicta varietate. [Dum discernit celestis
Pō.44. reges super † terram: niue dealbabuntur in selmon].
Al. eam. Post dia psalmatis silentium: venit ad psalmi tertium membrum: vbi enumerat dona que contulerit ecclesie resurrectionis gloria contributa dominus celestis. Reges sunt apostoli sanctiq; pontifices: vel ceteri fideles
ETy. qui phabiliter regere corpora sua diuino munere meruerunt. Rex ergo a regendo vocat⁹ est. Et merito hoc illis nomen impositum est: qui cupiditates seculi refrenare diuina virtute potuerunt: sicut apostolus quosdā
1. Corin.4. increpans dicit: Sine nobis regnatis: z vtinam regnaretis: vt et nos vobiscum conregnaremus. Hos ergo reges dum sup eam columbam/quam superius dixit discernit concorditer dominus atq; distribuit. Super nue dealbabunt in selmon/id est supra candore nubis eluceſcunt: qui ecclesiam regere fideliter atq; ordinare nosc̄unt. Q̄ autē dictū est In selmon: nomen hui⁹
JNTER. montis vmbra interpretat̄: que hic congrue diuina virtus intelligitur. Ipsa enim ab estu viciorq; nos defendit et reficit: ipsa nobis celestia dona concedit: sicut sancte
Luc.1. marie angelus annunciauit. Spiritus sanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Et alibi.
Pō.16. Sub vmbra alarum tuarum ptege me. Hec est vmbra que in bono ponit. Deniq; laudē montis sequēti versu dicturus est. Dealbabunt autē ponitur z in malo: sicut
Act.23. in actibus apostolorū legitur. Percutiet te deus paries
Matth.23. dealbate. Hoc z euangelium quoq; testatur. Similes estis monumētis dealbatis: que plena sunt ossib⁹ mortuor. [† Montem dei montem vberem. Mons coagu
Al. Mons dei mons pinguis. latus mons pinguis]. Per quintam speciem diffinitionis: que grece Cata antifrin latine verbum dicitur: exponit prophetа qui sit mōs ille selmon quem superius
DEF dixit. Ac si diceret Mōtem dico/id est ipsum dominū
Isa.2. saluatorem: de quo Isaias prophetа cecinit. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in verticem montium: z elevabit̄ super colles: z ibunt ad eum oēs gentes. Addidit Et montem vberem: ex quo perpetua et suauis fluēta descendūt: qui aquas habet irriguas z celesti suauitate cōditas. Subiungit Mōs coagulatus: scilz ꝓpter paruulos enutriendos: qui nō esca corpulenta: sed coagulato lacte potādi sunt. Addidit etiam Mons pinguis: qi fertilitate sua semp̄ vberrimus est. O mons breuiter quidem laudatus: sed celestium rerum qualitate copiosus: ex quo aque viue decurrunt/lac in paruulorum salutem preparatur pingue do spiritualis cognoscitur: et quicquid summe bonum creditur: in montis istius est gratia constitutum. [Ut
Al. suspica mini montes coagulatos. quid † suscepistis nos montes vberes. Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo]. Dixit superius: montem debere intelligi dominū saluatorē: sed nunc reprehendit prophetа: ne quis debeat mōtes istos intelligere qui a apostolor⁹ eminētie cōparantur: Quis et ipsos per dei gratiam vberes esse noscamus. Addidit enim Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo. Sed quem montem deberemus aduertere: euidenter designat. Christus est enim solus mons qui patri
DOS. complacuit vt in eodem habitaret: sicut ipse testatur.
Matth.3. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Nam quod dicit Habitare in eo: et patri z filio
Joan.14. vtriq; cōmune est: sicut ipse in euangelio dicit. Ego in patre: et pater in me est. Cum ergo dicit: In quo beneplacitū est deo habitare in eo. In quo/z in eo: quia cōmuni lingue non conuenit: proprium hoc scripture diuine esse dicamus: sicut in.65.psalmo dixit. Dbi in idip
JDJ sum. [Etenim dominus habitabit † vsq; in finem]. Al. non hz. Illos montes quos dixerat non debere intelligi: quia de domino saluatore loquebatur qui est mons montium: et sanctus sanctorum: z rex regum: z dōs dominantiū.
Al. ascendit Redit ad salutis auctorem dicens: montibus illis/id est apostolis inhabitare dominū christum vsq; in finē: scilicet vsq; ad manifestatio sue ꝓfectissimum terminū/
Al. cepisti. quiesti finis sine fine: et bonorum omnium perfecta plenitudo. [Currus dei decem † milium multiplex: milia
Al. milibꝰ, Al. eis letantium dominus in † illis in sina in sancto]. Consuetudo est scripture diuine allegorice loq̄: vt cū aliud dicat/aliud velit intelligi. Quod in hoc psalmo positum frequenter inuenies. Unde hic currus significatur hominum iuncta copulatio: quia ita sanctos charitas vincit: sicut iouis et iugis animalia sociantur. Unde et dominus ait. Jugum meum suaue est: et onus meum leue est. Sanctorum ergo vnanimitas currus est domini: quem ille velut auriga insidet: et ad voluntatis sue ministerium salutari lege moderatur. Sed vt istum currum ostenderet/non equis deditum: sed humanis cogitationibus attributum ait. Decem milium multiplex. Quod bene ad inumeros populos: nō ad equos noscitur pertinere. Subiunxit Milia letantium: quod vtiq; de fidelibus debet intelligi. Et vt ostenderetur letitie plenitudo: ait Dominus in illis qui magne exultationis est cumulus: z bonorum omnium dulcedo mirabilis. Sequitur In sina in sancto. Sina mōs est de-
JNTER serti in quo moyses legem accepit/interpretaturq; mādatum: vbi reuera dominus requieſcat: quoniam in sanctis mandatis eius solet presentia contueri. [† Ascen
Al. ascendit dit in altum captiuam † duxit captiuitatem.] Quam pulchre per Jdeā figuram: triumphatoris actus de-
Al. cepisti. scribitur. Judea est enim species: cum rem futuram velut oculis offerentes motum animi concitamus. Ille enim crucifixus descēdit ad inferos: et liberatos a captiuitate perduxit ad celos. Necesse enim fuit mortē perire: cui⁹ regnum vita peruasit. Hec sunt spolia illa

que superius dixit: vnde sancta ornatur ecclesia: vnde domini complenda sunt castra. Ascēdit ipse/vtiq; qui propter nos descendit eruditos. In altum: videlicet supra celos celorum. Et quod super omnes altitudines/atq; honores esse dinoscitur: sedet ad dextram patris. Quis iam fidelium de concessa libertate dubitet: cum sit extinctus interitus z captiuata ca-
Al. accepisti. ptiuitas? [† Dedit dona † hominibus. Etenim † qui
Al. in Al. non credentes. non credunt: inhabitare dominum deum]. Adhuc in illa triumphi similitudine perseuerat: quādo ad immensa gaudia concitanda festiuitas indicitur z dona prestātur. Dona enim dñi fuerūt super apostolos: spiritus sancti concessa magnalia/siue qđ doctor gen-
Ephe.4. tium dicit: Unicuiq; autem nostrum data est gratia: ſm mensuram donationis christi. Sequitur Etenim qui non credunt inhabitare dominū deum. Hic subaudiendum est eos conuertit: vt nobis possit verbis integris constare sententia. Nam qui non credunt inhabitare: id est qui ad domini negligunt penetralia peruenire: vt in domo eius cū fidelibus habitare prevaleant: dñs deus eos conuertit qui fidem suam humano generi miseratus indulget. Ipsa enim est gratia que gratis datur: quia nos ipsius bona preuenit/
Al. die quotidie. dum et ipsum quoq; bonum velle conceditur. [Benedictus dñs † die in diem: prosperum iter faciet no-
Al. saluta rium nr̄or. bis deus † salutaris noster]. Post triumphalem illā descriptionem: breuis quidē sed magna dicitur laus. Benedictus dñs de die in diem/id est cūctis diebus: omniq; tempore benedicendus est: qui ascendit in altum captiuam duxit captiuitatem/dedit dona hominibus: ipse etiā prosperū iter faciet nobis. Iter quippe curſum vite significat/qui iam prosper effect⁹ est: quoniā redemptor̄ suum mundus agnouit. Adiecit Deus salutaris noster: vt nullus de prospero dubitaret itinere: cui dux salutaris est dominus Christus. Dicant michi quos spectacula humana delectāt: qd tale in editionibus pompose cōsulum videant? Huc animos: huc ora deflectant: illud salutariter corde respiciant: vnde non ad fugitiuam letitiam: sed ad exultationem destinentur eternam. [Deus noster de⁹ sal-
Al. domini. uos faciēdi: et domini † exitus mortis]. Post dia psalmatis incisionem/ad quartū venit ingressum: vbi dicit quemadmodū morte sua nos saluos effecerit. Ait enim Deus noster deus saluos faciendi: subaudiam⁹: hic habet potestatem saluos faciendi nos. Quapropter ipse nos saluos fecit/qui est dominus noster Jesus christus: qui pro nobis mori dignatus est: qui ascēdit in altum: et fecit illa que dicta sunt. Deniq; sic sequitur: Et domini exitus mortis. Exitus mortis q̄ domini fuit: ipse nos liberat: ipse a morte perpetua facit exire. Quod pulchre arbitror esse subiunctum: ne humana causaretur infirmitas: quare mori or? quare deficio? Adhibita est q̄relis nostris magna curatio: Domini exitus mortis. Exitus mortis est dominus: hoc est resurrectio votiua fidelium. Revera exitus ille singularis ac mirabilis fuit: quia et ipse ab inferis egressus est: et inde suo nos munere prestitit exire. [Verumta-
Al. ꝓfiget men deus † conquassabit capita inimicorū suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis].
Ne mala pertinacium multa esse crederētur dicit: Verūtamen deus conquassabit capita inimicorum suorum: quatenus supra perfidos et pertinaces vindictā quoq; peruenire cognoscerēs. Capita inimicorū/sunt auctores iudaice quidem seditionis: sed et hereticorū sine dubitatione doctores. Illi enim in carne christum persecuti sunt: isti autem crudeliores in ipsa etiā (si dici fas est) deitate deserunt. Sequitur Verticem capilli perambulantium: id est qui tales sibi calumniarum minutias querunt: vt ipsos quoq; vertices capillorum perambulare ac perscrutari posse videantur: significans versutias inanium questionum: que profutura deserunt: et non necessaria detestabili disputatione perquirunt. Et vt eorum studia inania comprobaret: addidit In delictis suis. Ubi cogitatio insipiens fuit que perduxit ad culpas: vt sunt manichei/priscillianiste/donatiste/montani: et ceteri qui se damnosi dogmatis fetoribus miscuerūt. [Dixit dominus ex basan conuertam: conuertam † de profun-
Al. in ꝓfundum dis maris]. In hoc versu auctoritas nobis doctissimi Hieronymi absolute sequenda est: qui translatio ei⁹ lucida cunctam nobis abrogat questionem. Dixit dominus: Queramus qđ dixerit: q̄ nescio que magna promissio est/quaz dominus pollicetur. Interpretat
JNTER basan/siccitas/que humanum genus possederat arditate peccati: sed eam dominus conuertit ad viriditatem suam dum illi fluuios salutis infudit: et germinare fecit vite fructum que prius inferebat exitium. Adiecit Conuertam de profundis maris: scilz populos quos de mundi istius profundo liberauit. Mare enim mundum istum debere suscipi frequēti lectione tam notum est/qui et gustu amarus est: et viciorū fluctibus inquietus. [Ut intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso]. Illum populum quem supertus conuertendū direrat ex ꝓfundis maris: nūc ad quid perducatur exponit. Utiq; vt pes eius/id est actio boni propositi: vsq; ad sanguinem gloriosi martyrij peruenire. Nam qui ante gradiebatur in voluptuoso mari: post ambulare fecit in sanguine: qđ est durum iter carni: sed beata via est anime quam ipso miserante transimus: si in eo spem nostram coidaq; reponimus. Addita est obscura quidem: sed nimis complectenda sententia. Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Canes/et in malo ponuntur: sicut apostolus ait. Videte canes: videte
Philip.3. malos operarios. Et in bono: sicut hic positū est. De quibus ait in euangelio chananea. Utiq; dñe: nā z ca-
Marci.7. tules edunt de micis que cadunt de mēsa dominorum suor̄. Et in alio psalmo dictum est. Conuertentur ad
Pō.58. vesperā: z famē patiētur vt canes. Isti eīn canes pro dño latrare non desinūt: domūq; ei⁹ cautissima sagacitate custodiunt. Hic ergo dicit: Lingua canū tuor̄ ex inimicis ab ipso: q: prius inimici fuerant/qui postea clamosis latratibus ecclesiam domini vendicarūt. Sed hoc ipsum a quo fieri potuisset adiecit: id est ab ipso. Ab ipso vtiq; dño/qui amara mutat in dulcedinem/tristiciam vertit in gaudium/egritudines detestabiles in salutem. [† Uisi sunt gressus † tui deus:
Al. Videbꝰ ingressus dei mei regis † qui est in sancto † ipsius].
Al. tuos. Al. mei. Totus hic versus incarnationem significat dñi saluatoris. Dicit enim Uisi sunt gressus tui deus: siue per
Al. non hz. assumpti corporis formam/siue vestigia predicationis: quibus innocenter ille in hoc mūdo sanctis gressibus ambulauit. Et vt dominū saluatorem euidēter ostenderet: adiecit Ingressus dei mei regis: quia ipse rex in hoc mūdo specialiter ingressus est: de quo scriptum est in titulo passionis: Rex iudeorum. Nam et
War.15. corpus ipsius euidenter expressit dicens. Qui est in sancto ipsius. Sanctum enim templum corporis fuit dñi christi. In eo eīn erat plenitudo diuinitatis: quā perfidi videre non poterant. [Preuenerūt principes

Al'. iuuen larum.

contenti psallentibus:in medio † iuuenum tympanistriarum]. Principes apostolos significat:qui z principes sunt credentium populorum: z preuenerūt oēs in sanctitate doctrine. Et ideo duces effecti sunt: qi ipsos sunt postea populi subsecuti. Addidit Cōtenti psallentibus: ne crederes paucos fuisse. Contineam quoq; multitudinē psallentium cōuenienter adiunxit: qui tam laudes dō non voce tm: sed et bonis actibus personarent. Sequitur In medio iuuenum tympanistriarum. Ne sexum femineum crederes esse contemptum: in medio dicit istum actum iuuenū tympanistriarum/id est iuuencularum prima etate florentium que tympana sua: hoc est corporis tensionē ad domini laudes gloriamq; verterunt: macerantes se teiunijs:carnisq; magis afflictione gaudentes:qđ hodieq; in multis virginibus diuina virtus operatur.

Alij vero tympanistriarum: ecclesiarum intelligi voluerunt: quarum atria velut quidam tympanus: laudes dño populorum iubilatione concelebrant:de quibus sequenti versu dicturus est. [In ecclesijs benedicite † deum: dominū de fontibus israel]. Interiecto diapsalmate/ad quintam psalmi trāsitus est sectionem:in qua dicit vbi dño debeat benedici. Ait enim fidelibus: In ecclesijs benedicite deum dñm: q: non per diuersa conuenticula paganorum;neq; hereticoꝝ speluncas: sed in ecclesia catholica dominus benedici debet:vbi recta fides est:z vera confessio. Vbi enim iuste laudatur: vbi non maledicitur. Nam quomodo ab illo laudem suscipiat:qui se impia superstitione cōmaculat? Sequitur De fontib⁹ israel:de doctrina scilicet christiana/quam gentibus apostoli infuderunt.

Al'. dominio.

Al'. deo:do

ETy.

Al'. adolescētulus in mēte excelsu.

Al'. Et. IDJ

Fons enim religionis inde per ceteras nationes emanauit. Fons quippe a fouendo dictus est: q' corpora nostra labore fessa refoueat. [Vbi beniamin † adolescētior in pauore. Principes iuda duces eorum: principes zabulon † principes neptalim]. Hunc modum locutionis propium scripturarum diuinarum esse diximus:quādo hebrea nomina ad aliquod mysterium significationis interserit. Dubium quippe nō est omnes prophetas euangelice predicationis beatū tempus optasse:qđ nūc psalmigraphus vehementer affectans per nomina tribuum:et dñm christum: z ipsos indicasse probatur apostolos. Vbi beniamin adolescētior in pauore. Vbi scilz in templo hierusalē: vbi verba dñi paulus audiuit:qđ et textus actuū apostolorū euidēter enarrat. Siue vt quidam volunt:ubi in ecclesia:vbi dixit psallendum esse. Beniamin: Paulū destinat apostolum:qui fuit de tribu beniamin. Ipse enim dicit: Nam z ego israelita sum ex semine abraham:de tribu beniamin. Adolescentior in pauore:q; licet etate fuerit adolescens sicut in actibus apostoloꝝ:in passione beati stephani Lucas dicit. Et falli testes deposuerūt vestimenta sua secus pedes cuiusdam adolescētis nomine saulī. Qui q̄uis esset adolescēs etate:adolescentior extitit in pauore: quādo ad vocem dñi corruit: qui ei miseratus intonuit. Saule saule: quid me persequeris? Adolescens autem ab adolendo:id est a crescendo dictus est. Principes iuda dominum significat saluatorem:qui de tribu iuda descendit:sicut Joannes in apocalypsi dicit. Vicit leo de tribu iuda: radix dauid. Addidit Duces eorum:id est populorū qui erant in ecclesia constituti:qđ non solum ad Paulum vel ad dominū: sed z ad illos aptandū est: quos dicit iferius: Principes zabulon: principes neptalim Zabulon z Neptalim:tribus fuerunt iudaico populo constitute: vnde reliqui apostoli trahere leguntur originem. Et hi omnes principes bene appellati sunt:qa eos honore ac primatu dignissimos fidelium turba sequebatur. Dicuntur enim principes z qui reges nō sunt sicut in exodo legitur: in dedicatione tabernaculi: quomodo obtulerint dona duodecim principes singuli de singulis tribubus israel. Congruit autem ipsorum quoq; nominum significationes edicere:quoniam et ipse probantur ecclesie conuenire. Judas:confessio dicitur: Zabulon:habitaculū fortitudinis. Neptalim dilatatio mea. Que si diligenter inspicis:ecclesie catholice competenter aptabis. [Manda deus virtuti tue: confirma hoc deus quod operatus es in nobis]. Post illam de aduentu domini beatissimam predicationem:quasi eam inestimabili accepto munere: ad patrem propheta conuertitur dicens. Manda deus virtuti tue. Virtus enim patris: Christus est domine: sicut apostolus dicit. Christum dei virtutem z dei sapientiam. Manda: ad personarum pertinet distinctionem. Nam vnum velle illis est: vnum posse potestue. Quid autem mandetur edicit: Confirma hoc deus quod operatus es in nobis. Magna petitio: vt confirmet deus in nobis fidem suam quam donare dignatus est. Opus enim domini fuit: vt ceca gētilitas lumine veritatis afflata: verum dominum saluatorē cognoscere potuisset: sm illud Apostoli. Benedict⁹ deus et pater domini nostri Jesu christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus: in quo et elegit nos ante mundi constitutionē vt essemus sancti et immaculati in ipso. [A templo tuo † qđ est in hierusalem: tibi offerent reges munera]. Lum soleant in templo munera offerri: hic a templo hierusalem dicit nichilominus offerenda. A templo ergo Hierusalem offerunt reges munera: qui in ecclesia dei recta conuersatione viuentes/ sui cordis offerunt puritatem: c ādo iam ventur ad premiū:quando grana segregantur a paleis: et vna fit hierusalem mater omnium qui sub Christi lege vixerunt. Reges vtiq; possumus accipere:quia z ipsi imperatores offerunt seipsos deo munera/siue fideles homines: qui suum corpus per christi gratiam regere meruerunt.

Et respice q' Hierusalem tantum dixit domini templum:vbi et visio pacis est: et discordantium hereticorum non miscetur aduersitas. [Increpa feras † syluarum: concilium taurorum † inter vaccas populorum]. Ut illa sancta credulitas confessionis munimine firmaretur:dicit propheta. Increpa feras syluarū/ id est argue superbos homines et feroces qui in prana persuasione consistunt:vt istorum inuerecto fidelū sit solidata munitio. Pro iniquis enim hominibus vel diabolo feras ponit: sicut in alio psalmo dicitur. Exterminauit eam aper de sylua:et singularis ferus depastus est eam. Addidit Concilium taurorum inter vaccas populorum. Subiungit nichilominus increpandum:hoc est hereticos indomitos:qui erecta cervice seducunt animas innocentes:z ad suum gregem trahunt quos infelici persuasione decipiunt. Vacce quoq; populorum/sunt mulieres ductili voluntate lenissime: que perfidie doctores tanq̄ tauros sequuntur: de quibus dicit Apostolus. Ex his enim sunt q̄ penetrant domos: et captiuas ducunt mulierculas onerantes peccatis: que ducuntur variis desideriis semper discentes:et ad scientiam veritatis nunq̄ peruenientes. Cur ergo tales debeant increpari:subter adiunctum est. [Ut † non excludantur hi qui probati

INTER.

Al'. arsidis cōgregatio

Al'. ivacci

ps. 79.

Ephe. 1.

Al'. non hz.

2. Timo.

Al'. excludant eos.

Al'. dissipa.

sunt argēto. † Dissperge gētes que bella volūt]. Ut illaras illius increpationis ostēsa est: qi dū falsitas argutie:nichilominus veritas cōprobat. Oportet enim feras syluaq; increpare/ tauros abijcere/vaccas populoq; inuehere:vt hi qui probati sunt.i. quos charitas spūalis decoctis sordibus vicioꝝ:velut argentū mundissimū:ad ipse puritatē vsq; perduxit: corroborentur atq; pficiant. Addita est quoq; sentētia que dissiparet hereticos. Ipsi enī sunt gentes que bella volunt.i. que contentionib⁹ non profectū aie tendūt: sed vt peruersis suasionibus captiuēt alias innocentes. [† Offerunt velociter ex egypto: ethiopia festinet manus dare deo]. Congruat z hunc versum sm trāslationē patris Hieronymi recipere: qui z ꝑpter hebraicā veritatē sequēdus est: z nexū nobis ambiguitatis absolut. Egyptus z ethiopia pro incolarū suoꝝ tenebrosa nigredine semper in malo ponūtur.

Al'. Veniēt legati ex egypto ethiopia p̄uenient manus ei⁹ deo

SLIJE.

Que figura ō: Synecdoche.i. a parte totū. Significat enī mundū qui densis tenebris vicioꝝ a diabolo premebatur obnoxius. Hic dñi clarificatus lumine ad eterne vite meruit munera peruenire. Cōmonet ergo ꝓphera gēium populos: vt offerant velociter ex egypto deo munera: hoc est alias sua mundana sorde purgatas. Ethiopia quoq; festinet manus dare deo. Metaphora a bellātibus tracta qui ne crudeliter intereant manus suas victoribus dedunt: vt armis depositis periculum mortis euadant: sic ethiopia cōmonet ne se tardet deo tradere: quatenus victa floreat q̄ in sua libertate sordebat. [Regna terre cātate deo:psallite dño]. Hanc quoq; parrē pulchra exhortatione cōclusit:dicens enī Regna terre: omne genus humanum significare voluit: qi ls sint gentes que nō habeant regem:ñ hoc verbo concluditur quicquid gentiū esse sentitur. Quod dicit Cantate ad anime respicit puritatē Psallite ad operas sanctissimas que dño ꝓbant accepte. [Psallite deo qui ascendit super † celos celorum ab oriente. Ecce dabit † vocē suam:vocem virtutis sue]. Post quinti diapsalmatis interpositionē: ꝓphera venit ad sextā partē admonēs fideles vt deo psallāt qui resurrexit a mortuis. Nam cui deo psalleret exponit. Qui ascēdit super celos celoꝝ: dñs vtiq; Iesus qui de celo descendit ad liberandā infirmitatis nostre naturā: ipse etiā super celoꝝ celos ascendit: qui sedet ad dexterā patris. Considerandū aūt est q' frequēter in scripturis diuinis plurali numero celos dictos inuenies: dū legat In principio fecit deus celum et terrā: cum ñ pluraliter dicti: z celi legant z terre. Modus enī iste locutionis latius patet: vt abusiue singularia plurali numero dicamus: z pluralia singulari. Ab oriente vero qđ dixit: hierosolymā euidēter ostendit que est in orientis partibus collocata: vnde dñs apostolis videntibus ascēdit ad celos: terra multis plena miraculis: vbi fidelium credulitas plus aspectibus q̄ lectionibus eruditur. De qua pulchre ac vere Leo pater apostolicus dixit. Et qđ alibi non licet non credi: ibi non potest nō videri. Quid enim laboras intellectus: cui est magister aspectus? Et cur lecta vel audita sunt dubia: vbi se z visui z actui tota humane salutis ingerūt sacramenta? Unde nec illud quoq; iudicio trāseundum: qđ illi triūphali ascēsioni: illā quoq; imaginē tabernaculi in epistola ad hebreos beatus apostolus Paulus mirabiliter applicauit: dicens. Christus aūt assistens pontifex futurorū bonorum: per amplius z perfectius taberna culū non manufactum. i. non huius creationis: neq; per sanguinē hircorum et vitulorū: sed per propriū sanguinē introiuit semel in sancta eterna redēptione inuenta. Et iterū Non enī in manufacta sancta Jesus introiuit exemplaria verorum: sed in ipsum celū vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Sic igit actus iste magnificus qui nūc per gaudia preclara describitur: illo tabernaculo congrue prefiguratus esse monstrat. Sequitur Ecce dabit vocē suā vocē virtutis sue. Hoc multis modis intelligi potest. Dedit vocem suā qñ paralytico dixit Surge z ambula: qñ lazarum suscitauit: qñ demonibus vt obsessos relinquerēt imperauit. Dabit etiā vocem virtutis suę qñ in nouissimo die vt resurgat humanū gen⁹ edixerit. Quid enī fortiꝰ q̄ revocare fauillas ad corpus mobile viuāq; substātiā et naturā illā mortalitatis ad eterne vite dona perducere? Sicut in euāgelio legitur Uenient hora z qui sunt in monumētis audient vocem eius z procedēt. [Date † honorem deo super israel: magnificētia eius et virtus eius in nubibus]. Adhuc in ipsis exhortationibus perseuerat. Cum enī dicit Date honorem deo: ipsi magis vt honorētur hortatus est. Nam qui deo dat laudes se facit esse laud abilem: sic z qui illi dat honorem sibi conquirit sine dubio dignitatem. Super israel dum ō: ecclesia catholica significatur in qua deus vere conspicit: dum recta fide sentitur. Israel enī interpretat vir videns deū. Quapropter alibi non potest videri: nisi ibi vbi et probatur verissime populus confiteri. Sequitur Magnificētia eius et virtus eius in nubibus. Magnificētia pertinet ad illud: quia semper magna facit. Virtus quoniā imperio eius famulatur effectus. Omnia enī facit quę vult in celo z in terra. Sed ista magnificentia z virtus domini in nubibus esse dicit: non in istis visibilibus: que aut aquas deplunt / aut copulēta qualitate densant. Sed aliquas potestates designat sup na ratione pollentes: que iussis dñi intellectuali conditione famulant: de quibus dictum est Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Multis enim significationibus sermo iste repletus est: quod etiam respicit ad apostolos z prophetas. [Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel]. Ecce ne nubes illas intelligeres aereas: dicit Mirabilis de⁹ in sanctis suis/siue in angelis/ siue in hominibus qui eius iussionibus obsecūdāt. Iterum geminat Deus israel: vt in hominū cordibus mfigeret: vbi deus mirabilis appareret. [Ipse dabit virtutem z fortitudinem † plebis sue: benedictus deus]. Ne quis de humana imbecillitate diffideret: nec se crederet ad tanta premia peruenire veraci promissione firmatur: quia dñs dabit fidelibus suis virtutem patientie et fidei fortitudinē: vt possint ad eterna premia peruenire. Et vt designaret euidētius qui posset dare que superius dixit: addidit Benedictus deus. i. qui omnium ore semper debeat benedici: vt sicut nūq̄ beneficijs cessat: ita z benedictiones semper accipiat. Non enī duobus verbis laudem eius credamus breuiter explicandā. Nam z qui scripturas eius meditatur benedicit dominum: z qui iussa ipsius sancta operatione cōpleuerit benedicit dominum: et qui ei fideliter confitetur benedicit dominum. Sic fit vt breuis ista laudatio: totius vite nostre tempore sub assiduitate soluatur. Conclusio.

Al'. celsi ce li ad orientē

Al'. voci sue.

IDJ.

Gñe. 1.

Heb. 9.

Al'. glorię.

Joan. 5.

Al'. plebi.

Isa. 5.

Cucurrit copiosus psalmus ingentium morę fluuiorum: qui quātum plus tet

ras occupant tanto amplius agros fecūdant. Fluuius quinon ore sed magis auribus hauriatur/ fluuius qui potetur mēte non corpore/ fluuius qui sine aliquo humore semper irriguus est puros sensus mebrianꝫ: t peccatis ebrios ad sobrietatem mētis adducens. Aqua que simul sitim tollit t famē que non digestionibus effunditur: sed percepta semper auget tur. Siem⁹ vt iste nos fluuius sine intermissione possideat. Non etimus arena sterilis: sed ager fecūdus si beneficio dñi alueus eius nos semper teneat occupatos. Memento tñ q hic psalmus ascensionem domini mirabili pre ceteris fulgore descripsit.

Explicit expositio in psalmum. lxvi.

¶ In finem pro his qui cōmutabuntur Dauid. lxviij.

SAluum me fac de⁹: qm intrauerunt aque vsq ad animam meā. Infixus sum in limo pro fundi: t nō est substantia. Veni in altitudinē maris: t tēpestas demersit me. Laboraui clamās rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dū spero in deū meū. Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderūt me gratis. Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: que non rapui tunc exoluebā. Deus tu scis insipiētiam meā: et delicta mea a te nō sunt abscondita. Non erubescāt in me qui expectant te dñe: dñe virtutū. Non cōfundant super me: qui querūt te deus israel. Qm̄ ppter te sustinui opprobriū: operuit confusio faciē meā. Extraneus factus sum fratribus meis: t peregrinus filijs matris mee. Qm̄ zelus domus tue comedit me: t opprobria exprobrantiū tibi ceciderunt sup me. Et operui in ieiunio aiam meā: t factū est in opprobrium michi. Et posui vestimentū meum ciliciū: t factus sum illis in parabolā. Aduersum me loquebant qui sedebāt in porta: t in me psallebāt qui bibebant vinū. Ego vo orationē meam ad te dñe: tēpus beneplaciti deus. In multitudine misericordie tue: exaudi me in veritate salutis tue. Eripe me de luto vt nō infigar: libera me ab his qui oderunt me et de profundis aquarū. Non me demergat tempestas aque: neq absorbeat me profundum neq vrgeat sup me puteus os suū. Exaudi me dñe qm̄ benigna est misericordia tua: fm multitudinem miserationum tuarū respice me. Et ne auertas faciē tuā a puero tuo: qm̄ tribulor velociter exaudi me. Intende aie mee t libera eā: ppter inimicos meos eripe me. Tu scis ip̄roperiū meū t pfusionē meā: et reuerentiā meam. In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: imp̄roperiū expectauit cor meum t miseriam. Et sustinui qui simul contristaret t non fuit: t qui consolaretur t non inueni. Et dederunt in escā meā fel: et in siti mea potauerunt me aceto. Fiat mensa eor coram ipsis in laqueū: t in retributiones t in scandalum. Obscurentur oculi eorū ne videāt: t dorsum eorum semper incurua. Effunde sup eos iram tuā: et furor ire tue cōprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta: et in tabernaculis eorū non sit qui inhabitet. Qm̄ quē tu percussisti persecuti sunt: et sup dolorē vulnerū meor addiderūt. Appone iniquitatē sup iniquitatem eor: t non intrēt in iusticiā tuā. Deleant de libro viuentiū: t cum iustis non scribantur. Ego sum pauper t dolēs: salus tua deus suscepit me. Laudabo nomen dei cū cātico: et magnificabo eū in laude. Et placebit deo super vitulum nouellū: cornua producentē t vngulas. Videāt pauperes t letētur: querite deum t viuet aia vestra. Quoniā exaudiuit pauperes dñs: et vinctos suos nō despexit. Laudēt illum celi t terra: mare t oia reptilia in eis. Quoniā deus saluam faciet syon: et edificabuntur ciuitates iude. Et inhabitabūt ibi: t hereditate acquirēt eam. Et semen seruorum eius possidebit eam: t qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

IN finem ad dñm respicere saluatorem nullus ignorat: qui in hoc psalmo suam narraturus est passionē: ita vt eius verba t euā gelica refletur auctoritas: t de eo apls fu mere doceatur exemplū. Legitur enim in euangelio Et dederūt in escam meā fel: t in siti mea potauerunt me aceto. Et alibi Zelus domus tue comedit me. Apostolus quoq paulus ait Fiat mensa eorum coram ipis in laqueū: t in retributionem: t in scandalum. obscurentur oculi eor ne videant: t dorsum eor semper incurua. Quos versus hic positos: memor lector inuenies. Qm̄ quis dubitare possit hūc psalmū passioni dñice cōuenire: cuiusmodi ac tanta in hūc intellectū suffragatur auctoritas? Sequit Pro his qui cōmutabūtur. Ista igitur cōmutatio significat populos christianos: qui veteris hois prauitate depositā: in noue regenerationis sunt munere cōmutati. Pro his aūt qd dictū est intelligendū est: qm̄ reuera passio dñi pro cunctis fidelibus collocata monstrat. Dauid quoq subiunctū est: vt t finis et initium dño ipo cōgrueret: sicut ipse de se dicit Ego sum alpha t o/initiū t finis. Sic totius psalmi virtus titu- Apoca.i.
li huius dispositione declarat. Memento aūt quartum hūc esse psalmū: qui passionem resurrectionēq dñicam latius eloquuntur. Diuisio.

HActenus diapsalmatum beneficio diuisiones intrepidus annotauit: sciens segregationem ibi merito poni: vbi silentia diuina prouenerunt. Nunc autē oremus dñm: vt qui donat in terra viā: ipse in abyssis cauta prestet itinera. Per totū psalmū (sicut dixim⁹) ex forma serui loquit christus. Primo capite deprecat: vt saluus fiat a patre: qm̄ gratis a iudeis multas tribulationes insectionesq perpessus est. Secdo capite postulat a patre mēbror: ne decipiat spes fideliū in ei⁹ resurrectione cōfisa: oia se dicens equanimiter sustinuisse: que iniqui videbant ingerere. Tertio precat: vt ipsius exaudiat oratio: quatenus de luto huius seculi ei⁹ conuersatio imaculata liberet. Scire nāq dicit deū quātis mimicor appetat insidijs: vt vsq ad passionis exitum machinato discrimine peruenirent. Quarto virtute prescientie sue que cōtingere poterāt inimicis vētura pnunciat. Quinto a forma serui se pauperē pfitet: vnde et laudes se dicit redditurū paterne clementie: hortans fideles vt in dño debeāt confidere qui ecclesiam suā de mundi istius aduersitate liberauit: et sanctis suis in ea perenni felicitate prosperit.

Expositio.

SAluū me fac deus: qm̄ intrauerunt aque vsq ad aiam meā]. Dicitarē xp̄i impassibilē cuncta mētis sanitas cōfitet: sed assumpsit infirmitatem nostrā q subiacere potuisset exitio Ex ipsa nūc dispēsatione clamat Saluū me fac deus: vt q: morte refugere nō debuit quā volūtarie sustinebat resurrectionis auxilium humanitas eius exposcit: vt celerius fieri salua potuisset. Passus est enī ille q: voluit: patiunt̄ martyres t nolētes. Sic enim ipse dño Petro dixit apko Joan.21.
Cum senueris alius te precinget et ducet quo tu nō vis. Hunc causa reddit quare se saluū fieri postulabat: scz qm̄ intrauerunt aque vsq ad aiam meam. Aquas p̄o seditionibus plebis motuq populor debere suscipi scriptura diuina testat: sicut est Ps.123.
illud Forsitan velut aqua absorbuisset nos. Et sequitur Torrentē pertrāsiuit aia nostra: forsitā pertransisset aia nostra aquā intolerabilē. Quapropter populus ille iudaicus vsq ad aiam dñi saluatoris intrauit: iqñ eū crucifigere scelerata mēte presumpsit.
Alt.limo. [Infixus sum in † limū pfundi: t non est substantia. Veni in altitudinē maris: et tēpestas demersit me]. Primo sciēdū est schema esse Characterismos: que latine informatio vel descriptio nuncupat. Passione quippe suā vēturam quibusdā allusionibus dño describere cōprobatur. Sed hūc versum subtiliter inquiramus: q: nō parue pfunditatis esse dinoscit. In illa conditione rerū de limo quidē terre hoiem deus creauit: sed non de pfundo. Facti sunt autē homines limus pfundi: qñ et originali et quotidianis peccatis tenentur obnoxij. Per hunc limū pfundi infixus est dño: qñ dementiū turba iudeorū clamabat Crucifige crucifige. Quor caro originali peccato dedita limus erat: sed scelerata calliditas pfundi sibi nomen adtecerat. Limus enī dictus est: quasi ligās humū. Sequit Et non est substātia. Omne malū substantia non est: q: substātia dici non pōt que a dño creata nō est. Non enī subsistit sed accidit: nec extrinsecus manet sed tñ videt esse dum puenit. Vere ergo negat substantiam fuisse viciatā naturā quā a se nouerat non creatā. Sic t in alio psalmo legit Et substantia mea tanq nichil ante te est. Non illa vtiq quam deus creare potuit: sed que diabolo suadēte viciata succubuit. Siue illud simpliciter debemus aduertere crucifixus sum iniquitate iudeor: t nō est carnis virtus euadendi mortiferā passionē. Addidit Veni in altitudinem maris: t tēpestas demersit me. Ille qui super maris fixis gressibus ambulauit: qui pedes dexteram ne mergeretur extēdit: quēadmodum se tempestate dicit esse demersum? Hic altitudo maris: copiosam ppli significat infamiā. Idē tēpestas est seditio cōcitata demētiū. Ipsa enī demersit dñm saluatorē: qñ eū peruenire fecit ad crucē. [Laborauit clamans rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dum spero in deū † viuum]. Querendū est Alt.meum.
quēadmodū hic dicit Laborauit clamās: dū legat in euāgelio Non respōdebat eis verbū. Quod Ysaias Isa.53.
quoq dicit Sicut ouis ad occisionē ducet est: et sicut agnus coram tondēte se sic nō aperiet os suum. Utrūq verū: vtrūq cōpletū est. Hā t tacuit cū traderet: vt eius dispositio ad mundi salutārē terminū peruenirent. Et olim clamabat: cū dicebat Pater iuste mūdus te nō cognouit. Vel illud Pater si fieri Joan.17.
potest trāseat a me calix iste. Et iterū Pater ignosce illis: q: nesciūt quid faciunt. Nam t illo tpe laborans Matth.26.
clamauit qñ dicebat Ve vobis scribe t phariset. Ve Luce.23.
mūdo ab scandalis: t his similia. Laborabat ergo Matth.23.
clamās: qñ nō audiebat a perfidis. Labor enī mandatū significat clamorē: q: laborare illos nō dicim⁹: Ibidē.18.
quos votū suū impleuisse testamur. Merito sic sequitur Rauce facte sunt fauces mee. Raucedo qñ fauces nostras possidet: verba nostra ad alienas aures cōfusa puenīt. Merito ergo dicit fauces suas raucas esse factas: q: dicta ei⁹ nequaq sacrilegus populus audiebat. Adiecit Defecerūt oculi mei dum spero in deum meū. Oculos istos carnales defecisse credamus dño qui morte cōclusi sunt: q: cordis oculos in sua detrate semp intētos habuit qui nūq carnis lege peccauit. [Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderūt me gratis]. Scim⁹ capillos nostros ad decorē capitis esse cōfessos Sic ecclesie apli sunt tributi: vt sicut ceseries ornat caput: ita et oēs fideles decorare pbeāt ecclesiā. Ergo vt ostēderet plus esse numerū infidelium q deuotor: dicit multiplicatos esse perfidos iudeos supra numerū capillor. i. recte credentiū. Qd si ad litterā velis accipere: per Aurelium dictū est: vt per hoc turbam iudaice SLIBE.
multitudinis indicaret. Sequit Qui oderūt me gratis. Gratis plane qñ illū persecuti sunt quē ppticium optare debuerūt. Gratis enī tunc odisse dicimur: qñ quēptam sine aliquibus offensionibus execramur: sicut t in.34. psalmo tam dictū est Qm̄ gratis absco- Psal.34.
derūt michi interitū laqueī sui. [Confortati sunt inimici met qui † me persequuntur iniuste: que non rapui tunc exoluebā]. Superius dixit sup capillos ca- Alt.pfecuti sunt.
pitis multiplicatos inimicos: et ne crederes tñ eos innumeros non etiā noxios fuisse: addidit Confortati sunt qñ id qd conabant efficere probāt implesse. Et vt illos inimicos sua culpa cognoscerēs excitatos: adiecit Qui me persequunt iniuste: hoc est qd superius dixit: gratis. Revera iniustū fuit: vt qui venerat ad iudaicos populos saluādos: eos potius inuenisset inimicos. Subiunxit Que nō rapui tunc exoluebam. Rapuit Adam suasus a diabolo: qñ hoc qd ille preceptū inhibuerat presumpsit attingere. Et merito morte dānatus est: q: vite delegit cōtēnere preceptor. Christus aūt peccata nō rapuit: delicta nescivit: t tñ crucē quasi aliqd delictū ppertasset excepit: t soluit p̄o nobis qd p̄o se iuste nō pertulit: t vt nostre mortis chirographum vacuaret: ipe tot⁹ culpe p̄soluit debitā quārtatē. [Deus tu scis insipiētiā meā: t delicta mea a te nō sunt abscōdita]. Venit ad scm caput: vbi iam loquitur p̄o parte membrorū.

1. Corin. 1. Insipiens enim esse non põt xp̃s. De quo dicit ap̃s. Dei virtutẽ z dei sapientiã. Sed insipientiã habere pro illis qui sicut ait titulus: cõmutari esse nos scimur. De insipiẽtibus enĩ facti sunt vere sapientes: qui recte religionis gratiã post magna crimina pceperũt. De quibus idẽ dicit ap̃s. Que stulta sunt huius mũdi elegit deus vt cõfundat sapientes. Simili modo pro suo corpore caput loquit xp̃s: dicẽs Delicta mea a te nõ sunt abscõdita. Certũ est enĩ qd deo manifesta sunt cuncta q̃ agimus: z nobis plerũq; ignota sunt que culpis surripiẽtibus perpetramꝰ. De humana quippe ignorãtia dictũ est Delicta quis intelligit? Merito ergo ad illos referẽda sunt delicta ista qui absoluẽdi sunt debitis suis. Dñs aũt xp̃s peccata non habuit: sicut ipse dicit Ecce veniet princeps mundi huius: z non inueniet in me quicq̃. De quo z Isaias dicit Peccatũ nõ fecit: nec dolus inuẽtus est in ore eius Sed magis: sicut dicit ap̃s Eum qui nõ nouerat peccatũ: pro nobis peccatũ fecit. i. pater filiũ suũ hostiã pro peccatis cõstituit imolãdum. Vñ pater Augustinus in libro enchiridion subtiliter cõprehẽdit atq; disseruit. Qua propter insipiẽtiam vel delicta a parte mẽbrorũ posita debemus accipere.

1. Corin. 1. — Ibidem. — Ibidem. — Psa. 18. — Joh. 14. — Isa. 53. — 2. Corin. 5.

SCHOL. Que figura vi: Tapinosis. i. humiliatio: cum verbis humillimis rei minuit magnitudo. [Non erubescãt in me qui te expectant domine † deus virtutũ. Non † reuereanꝰ sup me: qui † requirunt te deus israel].

Alt. dñe. Alt. pfũdãt Alt. querũt

Ecce versus iste declarauit a membris dictũ: qũ superius ait. Precatur enim Jesus christus ne de ipso erubescãt qui resurrectionẽ eius gloriosũ desiderio sustinebãt: quam carnalibus oculis non poterãt intueri: sicut ipse dñs dixit Multi pphete z iusti cupierunt videre que vos videtis: z audire q̃ auditis. Petit ergo infirmitas carnis: ne aliter eueniat q̃ spiritus sanctus predixerat per pphetas. Cum enĩ dicit Vñe deus virtutum: ostendit impossibile nichil esse omnipotentie ipsius. Nam qui virtutibus imperat: non est qđ nõ pro sua volũtate perficiat. Et intende quẽadmodũ ad resurrectionis mysteriũ transferat. Dicit enĩ Non reuereanꝰ sup me q̃ requirũt te deus israel. i. non humanas insultationes diuinus de mea dormitione sustinebant: qui te requirere comprobantur. Et bene addidit Deus israel: vt qui diuinitatem eius poterant intueri: non seducerentur infirmitate carnali. [Quoniã propter te † supportaui impropериum: operuit † reuerentia faciem meam]. Redit ad personam suam per hos sex versus pene vsq; ad finem diuisionis: enumerãs diuersa cõtraria que pertulit a iudeis. Quod schema dicitur Synatrismos: latine cõgregatio: vbi multas res ad inuidiã faciendam in vnũ cumulum congregamus. Supportauit enĩ impropериum: cũ ei dicebãt a iudeis In Beelzebub eiicis demonia. Et alibi Ecce homo vorax et potator vini: publicanorũ z peccatorum amicus. Et alibi Nonne hic est fabri filius? z his similia. Sequitur illud qđ solet euenire in bono negocio laceratis quos tanto amplius cõstat ad tempus tristes efficit quãto in se cognouerint iniqua cõfingi. [Extraneus factus sum fratribus meis: z † hospes filiis matris mee]. Judeos hic appellat fratres qui erant et sanguinis vicinitate coniuncti. Quibus extraneus factus est: qñ et credere noluerunt. Nam cum ipe esset de semine abraã ꝑm carnem illi malis operibus abdicati a patriarche sunt origine segregati: sicut ait in euangelio Si filij abrae essetis opa abrae faceretis. Adiecit Et hospes filiis matris mee. Hospitem dicimus quẽlibet domum nostram ad tẽpus habitãtem qui non noie cõsanguinitatis: sed tanq̃ peregrinus excipit. Matrem ꝑo suam synagogam dicit: de qua ortus est cum in iudea gente nasci dignatus est. Filios ergo matris ipsos dicit: quos superius dixit z fratres. Sed isti filij si fuissent veri non vt hospitem habuissent: sed vt fratrẽ charissimũ suscepissent dominũ christũ. [Qñ zelus domus tue comedit me: et opprobria exprobrãtium tibi ceciderunt super me]. Ipsa est sententia quam euangeliste cõmemorant. Quapropter nullus ambigat hũc psalmũ passionis dñice predicere veritatẽ: qñ et incarnatus dei filius ipsa verba locutus est. Comedebat enim eum zelus domus dei: qñ funiculo facto cathedras vendẽtium colũbas z nũmulariorꝰ mẽsas euertit: docens aliud esse templũ sanctũ: aliud negociationis officiũ. Sed istum zelum qđ fuerit consecutũ patenter adiungit. Et opprobria exprobrantiũ tibi ceciderũt super me. Nam postq̃ indigni salutarib⁹ monitis increpabantur opprobria supra eum quasi cõferta tela miserũt: vt pro admonitionibus sanctis vicissitudinem redderent iurgiorꝰ. Vicebant enim Nõne hic filius marie est z ioseph? Et in alio loco Hunc aũt nescimus vnde sit: z his similia que insana iudeorum turba loquebatur. Sed quod dixi Exprobrantiũ tibiq̃ cẽdum est quare dicat patri exprobratum: dum non legamus a iudeis tempore passionis dñi christi tale aliquid perpetratũ? Sed exprobratum est patri ab eis: sicut in. 77. psalmo dicturus est. Et male locuti sunt de deo z dixerunt: nunquid poterit deus parare mensam in deserto? Vel qñ insani de formato vitulo dicebãt Hi sunt dii tui israel: qui te eduxerũt de terra egypti. Unde nunc recte christus dominus dicit cecidisse supra se opprobria que deo patri anterioribus temporibus exprobrabant: vt ex consuetudine magis ipia: q̃ hoc noniter aliquid putares effectũ. Sequitur Ceciderunt super me: vt effectum mortis ostenderet: quem crucis dignatione suscepit. Tunc enĩ cadunt super nos mala: qñ ea vitare non possumus. [Et operui in ieiunio aiam meã: et factũ est in opprobriũ michi]. Jeiunũ dicimus quoties a cibis carnalibus abstinemus: nec esurtem nostrã aliqua comestione satiamus. Ad quã similitudinẽ ieiuna ꝑsona se dicit dñs xp̃s: qi hoim fidẽ quam valde esuriebat minime poterat inuenire: sicut et in. 34. psalmo dictũ est Ego aũt cũ michi molesti essent induebam me cilicio: z humiliabã in ieiunio aiam meã. Eodem modo z sitire se dixit: qñ ad samaritanã venit z aquã petijt: dicens. Sitio da michi bibere. i. vt fidẽ ab ea quã querebat agnosceret. Sed qi ieiunium istud ab humana indenotione trahebat: Operui dixit aiam meã: quasi aliquo pallio tristicie circũdedi. Sequit Et factũ est michi in opprobriũ. Semper boni malis opprobrio sunt: qi minime eoꝝ sceleribus acquiescunt: cũ illis studiose detrahunt quibus nulla societate iunguntꝰ. Testantur enĩ ista opprobria/alapas/flagella/cõsputa/que Jesus saluator ab insana plebe perpessus est. [Et posui vestimentũ meũ cilicium: z factus sum illis in parabolam]. Per cilicium tristicia significat et lachrymꝰ: qñ dñs humani generis imbecillitate per motus suscitaturus Lazarum ficuit. Nusq̃ enim legit dñm vsum fuisse cilicio. Factus est quoq; iudeis in parabolã: qñ per similitudines quasdam carnaliter populum docere videbatur: sicut in

Matth. 12. — Ibidẽ. 11. — Matth. 13. — Joan. 8.

Alt. fustinuit opprobrium. Alt. cõfusio SCHOL.

Alt. pegrinus.

Psal. 77. — Exod. 32. — DEF. — Psal. 34. — Joan. 4.

Psal. 77. DEF. — Luc. 24. — Joan. 1. — Luc. 4. — Joan. 9. — Psal. 77. — 2. Corin. 6. — Psal. 50.

euangelio legit Dixit dñs parabolã ad turbã. Et in alio psalmo. Aperiã in parabolis os meũ. Parabola est enĩ natura discrepãti rerũ sub aliqua similitudine facta cõparatio more quidẽ fuerit vt qui celestia capere nõ poterant ꝑ terrenas similitudines audita percipere potuissent. [Aduersum me loquebanꝰ qui sedebãt in porta: z in me psallebãt qui bibebant vinũ]. In portis sedent qui cõuentibus hoim seducula curiositate miscent. Nam sicut per transeuntiũ z redeuntium turbas porta excipit: ita diuersa triuia vel platee populoꝝ numerositate cõpientur. Porta quippe dicta est q̃ inde portẽtur oia. Dicit enĩ passione suã gẽtis iudaice fuisse fabulã: vt nullus exciperet qui a tali collocutione rederet alienꝰ. Celtis est huius causse ille locus euangelij: vbi Cleophas a dñoꝰ necdũ reuelato interrogatus est: z ille respõdit Tu solus peregrinus es in Hierusalẽ z nõ cognouisti que facta sunt in ea in diebus his. Omnes enĩ ciues eandẽ fabulã habuisse mõstrant: qñ peregrinus dicit qui huius causse putabatur ignarus. De opprobriis ac cõuitijs iudeoꝝ hactenus est locutus: nunc q̃tum michi videt de fidelibus dicit Et in me psallebãt qui bibebãt vinũ. In deo psallũt qui actione ꝑbabili diriguntꝰ: z operibus reddũt que monitis celestia mãdata suscipiant. Nam vt hoc de fidelib⁹ intelligere deberemus: ait Qui bibebant vinũ. Vinũ nõ ebrietatis: sed illud spirituale: de quo legitur Poculũ tuũ inebriãs q̃ preclarũ est. Ipsi enĩ psallebant: qui per intelligẽtiã supernã salutari nectare potabanꝰ. Alij hoc iudeis perfidis applicãt: qui quasi impleta cogitatione sua de nece dñi temulentissime garriebant. [Ego ꝙ oratione meã ad te dñe: tps beneplaciti de⁹. In multitudine misericordie tue]. Venit ad tertiũ caput: vbi cõtra maledicta iudeoꝝ orationis sue exposuit sanctitatẽ celestis doctor: insinuãs turgijs hoim non inflãmatis ritu: sed pijs orationibus obtundũ. Videamus nũc quid sit tps beneplaciti. Illud tempus est beneplaciti: qñ incarnationis sue beneficio periclitãtem mundũ ab imminenti liberauit exitio. Hoc tẽpꝰ est beneplaciti: de quo z apostolus ait Ecce nunc tẽpus acceptabile / ecce nũc dies salutis. Tẽpus quod vicit oĩa secula / tẽpus qđ mundum reparauit labẽtem / tẽpus quod eternitatẽ cõtulit z salutẽ. Sed hoc tempus quomodo puenerit decenter exponit. Ait enĩ In multitudine misericordie tue. Nam si multitudinis misericordia non fuisset: nequaq̃ redimi poteramus obnoxij. Non enim parua misericordia fuit: que tam ingẽtia peccata superauit. Multitudo quidẽ fuit delicti: sed multo numerosior misericordia illa que vicit: sicut z. l. 50. psalmo dictũ est. Et ꝑm multitudinẽ misericordiaꝝ tuarum dele iniquitatem meam. [Exaudi me in veritate salutis tue]. Commemorato tempore misericordie quo passione sua salutem mundo prestitit: consequens fuit: vt et resurrectionẽ sibi euenire precarek quã in veritate pollicitus fuerat per pphetas. Precatur ergo patrẽ non natura diuinitatis qua et semper equalis est: sed infirmitas assumpti hois in qua minor est patre. [Eripe me de luto vt non † inhereã: libera me † ex odiẽtibus me z de † profundo aquarum]. Per assumpte carnis infirmitatẽ: in qua miseria iaceat genus humanũ potẽter exponitur. Docemur enĩ vt hisdem verbis z nos deũ rogemus: quibus caput nostrũ exorasse cognoscimus. Hoc plane subtiliter pscrutandũ est: quare se superius infixũ limo dixerit: z hic ne in ipo herere possit exorat. Infixus vtiq; limo fuit: qñ suscepte carnis infirmitate tenebatur: vnde etiã morẽ crucis accepit. Hic aũt cõpetenter exposcit vt aia eius a desideriis luteis. i. huius mũdi cupiditatibus reddat aliena. Vñ bene suscipit a parte mẽbrorum: qi ille luto inherere non poterat qui peccati maculã nõ habebat. Libera me ex odientibus me. Jstud ad iudaicũ populũ manifestum est pertinere: qi resurgẽte christo eoꝝ odia frustra euanuerũt. Nam qđ dixit De profundo aquarũ ad populũ ipsum non est dubiũ pertinere: qui z profundus erat malignitate consilij z seditionibus turbulentus. [Non me demergat tẽpestas aque: neq; absorbeat me profundũ / neq; vrgeat super me puteus os suũ]. Similitudo z ipse versus ponit: quẽadmodũ z ille superior. Dicit enĩ in secundo versu psalmi Uent in altitudinem maris z tempestas demersit me: z hic rogat ne demergatur a fluctibus. i. a seculi istius tẽpestate seuissima que in modũ maris alas obruit: qñ eas vicio prauitatis inuoluerit. Deniq; ꝑ totum tractatũ hoc decẽter ait Neq; absorbeat me profundũ. Profundũ vtiq; peccatorum est qui vorat citare quadã deglutit alias impioꝝ: vt ad penitudinem redire nequeant: qui de actuũ suorum iniquitate desperant: sicut legit Peccator cũ venerit in profundũ malorũ spernit. Repetit iterũ eundem sensum alijs verbis q̃ superius dixerat. Neq; vrgeat super me puteus os suum. Puteus enĩ est terre altius excauata ꝓfunditas. In quem per allegoriam vere incidunt peccatores: qñ se a viciosa voluntate nõ abstrahũt: vrgetq; super eos os suũ concludere cũ vsq; ad mortis sue tẽpus in pessima voluntate persistũt. Hoc ergo totũ a se effici petit alienũ: quoniã peccati cõragia non habebat: vt mẽbra sua cognoscerent quantis periculis subiacerent: nisi clementissimi dñi munere respirarent. Que figura dicit Metabole. i. iteratio: qñ vna res repetitur sub varietate verboꝝ. Legitur etiam puteus in malo: vt in libro Geneseos Ysmahel autem syluestris habebat puteos multos bituminis. Jn istos sacrilegi prophanique mittuntur. Sunt etiã z in bonã partẽ memorati: qui scripturas diuinas repositas in altissima ꝓfunditate significãt quales fuerũt patriarche Abraã / Jsaac / et Jacob. Vel ille de quo Moyses in heremo hebreũ populũ domini tussione satiauit. Sic vtiq; puteis vnũ quidem nomẽ: sed causa diuersa est. Illi enĩ in tartarũ dirigũt: isti ad celorum regna transmittũt. [Exaudi me domine: quoniã benigna est misericordia tua: ꝑm multitudinem † miserationũ tuarum respice † in me]. Periculis hũane fragilitatis vt oportebat expositis voce membroꝝ ad illam salutarẽ reuertitur deprecationem. Dicit enĩ Exaudi me dñe: causamq; quare exaudiat adiũgit: non q̃ meretur humanitas sed q̃ misericordia dñi est benigna semꝑq; ad benefaciendum parata: cum ñ pie peritur z ei purissime supplicat. Et vt ipsam benignitatẽ pius doctor exponeret: adiecit Scõm multitudinem miserationũ tuarum respice in me. Ad ipam semper redit: quam debilibus scit patronam: cui omnia peccata cedunt q̃ta numerosissima cõprobentur. Et intuere quod vbi pietas postulatur semper homo respici dicitur. Nam si peccata respiciat: nos sine dubitatione condẽnat. [† Ne auertas faciẽ tuam a puero tuo: quoniam tribulor: velociter exaudi me] Suscepti hominis forma seruatur. Nam sicut in se respici orauit:

1. Corin. 6. — Psal. 50.

Alt. infigar Alt. ab his qui oderũt Alt. pfũdis

Prouer. 18. — DEF. — SCHOL. — Psal. 68. — Alt. misera tionum. Alt. non ꝺ̃s. — Alt. z

tra nūc ne auertat faciē suā a puero suo deprecatur. Puer enī frequēter legit dñs xps ab innocētie puritate. Cui simplex etas hoc beneficiū largit: vt vicis
Matth.19. mūdi malicijs nō diligat: sicut ipse testatus est. Talis enī est enī regnū celoꝝ. Legit enī ꝑm illud Ecce puer
Isa.42. meus quē elegi/ dilectus meus in quo cōplacuit aie
Ibidem.9. mee. Et alibi Puer natus est nobis: et filiꝰ datus est nobis. Iuste ergo remediū petit: q̄ se positū in tribulatione cognoscit. Totis enī viribꝰ salus poscit cum tpe necessitatis optat. [Intēde aie mee ⁊ libera eā: propter inimicos meos eripe me]. Intende aie mee dicit vt reuera cōpos fiat liberationis cū eam diuinitas ꝑpiciata respexerit. Sequit quoꝝ causa quare debeat intendi: scilz ꝑpter inimicos meos eripe me. Propter inimicos enī celerrimum petit resurrectionis auxiliū: vt qui contēpserāt crucifixum: tertio die resurgēri credere debuissent: quatenus tali beneficio liberatus perpetua dānatione redderentur exAlt. non hz. Alt. ⁊ cepti. [Tu † enim scis impropериū meum: † cōfusio
Alt. mea et reuerentiā nem † ⁊ verecūdiam meā. In cōspectu tuo sunt oēs qui tribulāt me]. Improperiū cōfusionē ⁊ verecundiā pro humano genere: sic suscepit dñs Saluator vt morē. Non enī ista pro suo reatu sustinuit: sed oia hec innocēs pertulit: vt nos bonus magister in talibus rebus positos exēplo sue patiētie miseratus instrueret. Improperiū quippe pertulit: q̄ dicebāt tu
Matth.26. dei Blasphemauit/ quid adhuc egemus testib⁹? Cōfusionem cum plebs insana iudeoꝝ clamaret Alios
Ibidē.27. saluos fecit: seipsum saluū facere non pōt. Verecundiam q̄ a lapis flagellisq̄ cedebat: ⁊ pontio Pilato immaculatus agnus tāq̄ reus traditus est. Sequit In cōspectu tuo sunt oēs qui tribulant me: scilz qui talia faciebāt: ante cōspectum diuinitatis erant tam positi: cuius ad rpa iudicij adhuc nō viderentur adduci. Hoc ad mutādā ꝓtinet excitādā: vt nefariū scelus ꝑsente maiestate cōmitterent. [Improperiū expectauit cor meū et miseriā. Et sustinui qui simul
Alt. qui pso contristarer ⁊ nō fuit: ⁊ † cōsolantē me ⁊ nō inueni]. laꝛetur. Improperiū ⁊ miseriam expectauit cor eius: q̄s iniquitates iudeoꝝ: ⁊ diuersa que passus est pro sua voluntate sustinuit: ⁊ consideratione humani periculi passionē suā benignus excepit: sicut in euangelio legit Desiderio desiderauī hoc pascha māducare vo
Luce.22. biscū. Aliter enī ista crucifixio ꝓuenire nō potuit: nisi illius desiderū fuisset. Contra cuius desiderū voluntatēq̄ iudeoꝝ insania minime ꝓualere potuisset. Sequit Et sustinui qui simul cōtristaretur ⁊ non fuit. Si passionē dñi queras ⁊ discipulos eius cōtristatos inuenies: q̄s tradit⁹ est Pilato: et multos alios fidelīū q̄s ducebaḳ ad crucē. Sed hic nō istam contristationē fidelīū debemus accipere: q̄s illi eam
War.8. modis oībus habuerūt: pro qua Petrus audiuit Redi retro sathanas: sed hic magis persecutoꝝ tristitiam debemus aduertere: quā indeuote mētes concoꝝiter respuerūt: q̄s leti scelus suū videbaṅ ipleLuce.23. re: pro quibus etiā dñs in passione positus exorabat Pater ignosce illis q̄: nesciūt quid faciunt. In illoꝝ enī tristicīā socium nō habuit: quos scelus peragere obstinata mēte cernebat. Adiecit Et cōsolantē me ⁊ nō inueni. Doctoꝛes sanctos ille populus cōsolaḳ in quo predicationū verba ꝓficiūt. Sed q̄ iudeoꝝm pertinacia resistebat dño Saluatori: iuste dicit nō se inuenisse qui eius animū cōsolaret. [Et dederunt in escā meā fel: ⁊ in siti mea potauerūt me aceto]. Iste versus est qui cōsummauit venerandā dñi passionē. Matthēus enī refert cū dñs dixisset Sitio: oblatū illi fel cū aceto permixtū: vt reuera facta iudeoꝝ amaritudo potionis ipsius et austeritas indicaret. Ille enī dixit Sitio: q̄: fidē in ipsis desideratā nō poterat inuenire. Isti obtulerūt amarissimos moꝛes suos: q̄ nulla cōpunctione cōuersi sunt. [Fiat mēsa eoꝝ coꝝa ipsis in laqueū: ⁊ in † retributionē ⁊ in scandalum]. Alt. retribu Postq̄ in oratione sua futurā exposuit passionē: ve- tiones. niens ad ꝛtū modū nō maledicēdi voto: sed q̄d erat emersurū predicēs per totā diuisionē iudeis digna factis ꝓnunciat esse ventura. Mensa dñi est vtriusq̄ legis intellectualis epulatio in qua cōuiuarum more pascunt qui delicias dñi auiditate mētis esurīūt: et sancti spiritus saluberrima ebrietate cōplentur. Ipsa mēsa est quā apostoloꝝ corona precingens: dapes celestis muneris absumebat. Mensa enī ⁊ in bono ⁊ in malo ponitur: sicut dicit apostolus Non po- 1. Corī.10. testis mēse dñi participes esse ⁊ mense demoniorū. Illam ergo sanctā habuerūt iudei: q̄s mandata dñi sub integritate coluerunt. Postq̄ ꝛo a fide ieiunare ceperunt: mensa eoꝝ coram ipsis gentibus tradita est: vt grauius doleret ipsis videntibus adempta felicitas: sicut eos in euangelio dñs increpat: dicens Auferetur a vobis regnū dei: ⁊ dabitur genti faciMatth.21. enti fructū eius. Sed ne quem moueat q̄d dicit Mensa eoꝝm: que reuera dñi esse cognoscit. Similiter ipse dñs in euangelio dicit In lege vestra scriptū est: nō Luce.10. quia iudeoꝝ erat: sed q̄: ipsis constat fuisse ꝓlata. Sequitur In laqueū: scilz vt de littera in qua iudei alios astringere conabaṅ: ipsi in eam potius caderent obligati. Additum est In retributionē: q̄: subtracta illa mensa ⁊ gentibus tradita malorum retributio fuit: quippe quādo in ea epulari nolētes ab eo merito videtur excludi. Adiicitur Et in scandalum: quia deserētes pacis auctoꝛē: ipsi sibi ⁊ rixas ⁊ prava studia concitauerūt. Vindicta grauis/ vltio vehemens/ humani generis refectionē ieiunis faucibus amisisse. [Obscurentur oculi eoꝝ ne videant: et dorsum eoꝝ semper incurua]. Constat hanc penā atrocium fuisse iudeoꝝ: vt obscuratis oculis solē verissimum nō viderēt. Nam qui intendere noluerunt: ipsa illis optaḳ pena ne videāt. Adiscit Et dorsum illoꝝ semper incurua. Hoc illis euenit qui nimio delictoꝝ pondere pregrauati: cerulcē suam in terram cernunt semp incuruāt: nec eis ad celum respiciēdi possibilitas datur: qui grauati sunt onere peccatoꝝ. Dorsum enī dictū est quasi descēdēs deorsum. Nam q̄d dixit ELy Semp: significat impios: qui nulla satisfactione conAlt. furoꝛ uersi sunt. [Effunde sup eos irā tuā: et † indignatio Alt. cōpie- ire tue † apprehendat eos]. Cum dicit Effunde/ magnitudo ire significat: que in moꝛem fluminis copiohendat. sa descēdit. Hoc etiā designat Super eos: vt nō tm eos possit cōtingere: sed etiā ꝓbet obruere. Sequitur Et indignatio ire tue. Indignatio est ire: q̄s vindicta vehemens in peccatoꝛis necē cōsurgit: ⁊ illud consequit q̄d timeḳ. Adiscit Apprehēdat eos: quasi dānatos ⁊ territos quibusdā manibus apprehēdat: vt non liceat effugere quod datur pro sceleribus sustinere. [Fiat habitatio eoꝝ deserta: ⁊ in tabernaculis eoꝝ non sit qui inhabitet]. Hoc vtrūq̄ iudeis cōtigisse manifestū est: cū ciuitas illa Hierusalem frequēti captiuitate deleta est. Factū est enī vt ⁊ dom⁹ priuate fierēt deserte: ⁊ tabernacula. t. dñi templum vel regis palatium sine cultoꝛe remanerēt. Et nota q̄ in domibus priuatis habitationem posuit in dñi

templum inhabitationē. Ibi enī habitamus mansione coꝛporeꝝ: hic aūt inhabitamus vbi frequētamus deuote mētis aspectu. [Cū quem tu percussisti persecuti sunt: ⁊ sup dolorē vulnerū meoꝝ addiderūt]. Inter infidelīū iustissimas penas: causa ponitur dūice passionis: q̄: percussum ꝓsecuti sunt sibiq̄ traditū detestabili feritate necauerūt: sicut ipse dicit Nō habeJoan.19. res in me potestatē: nisi tibi data esset desup. Legit Roma.8. etiā Qui ꝓprio filio nō pepercit: sed pro nobis oibus tradidit illū. Scriptū est quoq̄ absolutius: q̄: deus frequēter petit ad salutē: vt est illud Deuteronomij Deuț.32. Ego occidā ⁊ viuere faciā / percutiā et ego sanabo. Qua ꝓpter percussum se dicit dñs iesus xps a dispensatione qua passus est. Sed hinc iudei detestabiles exti̇terūt: q̄m q̄d opoꝛtuit pro mūdo fieri p ipsos crudeli voto ꝓbaḳ impletū. Sequit Et sup dolorem vulnerū meoꝝ addiderūt. Eodem modo dicta est ⁊ ista sentētia. Dolor erat vulnerū pro dño: cur nō de infideli ꝓplo sitim suā esurīēq̄ satiabaṅ? Addiderūt iudei gloriosam quidē dñi: sed sibi ꝓnciosissimā passionē: vt illi detestabile inferrēt exitiū qui venerat pro salAlt. eoꝝm te cunctoꝝ. [Appone iniquitatē sup iniquitatē † ipsoꝝ: ⁊ nō intrēt in tuā iusticiā]. Iniquitas prima fuit iudaice nationis: vt ꝓpheras ad se missos extingueret. Apposita est aūt iniquitas sup iniquitatē ipsoꝝ: q̄s ipsum quoq̄ dñm nostrū iesum crucifigere maluerunt: q̄d in euāgelio colonoꝝ ⁊ vinee parabola dicta Watth.21. restaḳ. Quidā habuit vineā ⁊ sepe circūdabat eam vsq̄ ad illū locū vbi aīt: ⁊ ciscitēres eū extra vineā occiderūt. Sic enī ꝛ: Appone iniquitatē / per tropicā Exod.10. locutionē/ quēadmodū lectū est. Indurauit dñs coꝛ Pharaonis: nō q̄: rem malā dñs apposuit: sed q̄: fieri ꝓmisit: q̄d saluti multoꝝ expedire iudicauit. Additur pena peccati Ne intrēt in iusticiā dñi. t. ne participes xpo fiant in illo regno iusticie. Illi enī ad iusticiam: hoc est ad regnū dñi peruenīūt qui hic cū sereno mētis lumine contuenḳ. Q̄ perfidis accidere nō pōt: qui coꝛdis obstinatione cecati sunt. Vel sic Appone iniquitatē coꝛ: q̄m occiderūt ꝓpheras: et dñm necauerūt. [Deleanḳ de libro viuentiū: ⁊ cum iustis non scribanḳ]. Verba talis per tropicā locutionē de deo dici frequēti lectione notissimū est. Nam delere et scribere ⁊ libri habere: datū est homini causa memoꝛie: vt q̄d mētis infirmitate retinere non poterat adiumēto scripture cū res poscꝛet potuisset agnoExod.32. scere. Sic enī ⁊ Moyses dicit ad dñm Si huic ꝓplo non parcis: dele me de libro viuentiū. Sed liber iste noticie dñi est inuiolabilis firmaq̄ sentētia. Dicitur ergo de iudeis Deleanḳ de libro viuētiū: nō q̄: scripti erāt: sed q̄ ascriptos se esse iudicabāt. Ibi enī quod scribi deleri nō pōt: q̄ totū in predestinatione solidatū: ⁊ nullus euētus mutare poterit q̄d illa prouidentia superna decreuit. Sequit Et cū iustis nō scribaṅ. Idem ipe locutionis est modus: vt scribere dicat deum: q̄d est in illa iudicatione facturus: sicut in Luc.10. euāgelio dicit. Sed potius in hoc gaudete: q̄ nomina vestra scripta sunt in celis. Hoc enī accidere negat eis qui nō sunt (sicut titulus ait) ꝓpꝛie satisfactionib⁹ imutati. [Paup ⁊ dolēs ego sum: ⁊ salus † vulAlt. non hz. Alt. tua. tus † tui deus susceꝑit me]. Postq̄ iudeis que fuerāt emersura ꝓphetie predicatione cōpetēter optanit: venit ad quintā partem vbi multis modis exponit a dispēsatione incarnationis sui ꝓpositi sanctitatem. Dicit enī Pauper ⁊ dolēs ego sum. Pauper si2. Corīn.8. cut dicit apꝰs Qui pro nobis pauper factus est cum esset dives: vt illius inopia nos diuites essemus. Dolens q̄: sicut Ysaias dicit Infirmitates nostras ipse Isa.53. portauit: ⁊ pro oibus dolet. Et quare dicit Ego sum: dum multi pauperes sint dolētes? Sed ideo sibi dāc ꝓpꝛietate deputauit: q̄: nemo alter hūc dolorem pro totius mūdi culpa sustinuit. Sed hoc q̄ Sextā d: Wettria sīnō. i. mediocritatē: q̄n rem magnā dum/ mito voto deiscimus. Quod persone dñi xꝝ frequēter aptaḳ. Sequit Et salus vultus tui deus suscepit me. Suscepit vriq̄ humanitatē oipotēs verbū: q̄n mundū deo recōciliare dignatꝰ est. Salus vultus tui/ forma vnigeniti filij/ in qua equalis est patri: que saluteris recte ꝛ: per quā fidelibus medicina confert. Suscepit ꝛ: a parte qua minoꝛ est patre: vt collocatus ad dexterā eiꝰ ⁊ pauptatē deponeret ⁊ dolorē. [Laudabo nomen dei cū cantico: ⁊ magnificabo eū in laude]. Hoc bene potest intelligi ab his qui cōmutati sunt. i. a parte mēbroꝝ. Laudat enī in ecclesia nomē dñi caput nostrum cum cantico: q̄n hymnica exultatione fit adunatio magna fidelīū. Ipse enī in nobis et laudat ⁊ magnificat: q̄d nos veraciter laudare cognoscit. Nam si nobis esurīētib⁹ esurit: si nobis sitiētibus sitit: quēadmodū ⁊ nobis laudātibus: non ipe collaudat? [Et placebit deo sup vitulū nouellū: cornua ꝓducentem ⁊ vngulas]. Hic psalmodie virtus exponit: q̄: multo acceptioꝛ est laus pura coꝛde fusa deo: q̄ potest pecudū placere mactatio. Iste enim prioris oblationis mos fuit: vt pro peccatis offerret nouellus vitulus. Significabat enī hec victima innocētis ac noue vite munera secutura: que defensionē haberet in coꝛnibus: pedū ꝓ munimē in vngulis per quas seculi istius aspera cōuersatione sanctissima calcaremus. Producentē q̄d aīt cornua illud significat: q̄: christianoꝝ populus per dies singulos virtute dñi semp augeḳ. [Videāt pauperes et letenḳ querite deum ⁊ viuet aīa vestra]. Postq̄ dixit plus esse sacrificia laudis: q̄ pecudū immolationes: cōuertit ad pauperes suos cōmonēs vt debeant letari: q̄s iam nō in solis facultatib⁹ oblatio posita est: sed mētis affectu vbi ⁊ paup pōt esse ditissim⁹. Nolite ergo diuites gloriari qui potestis habere vitulos cornua producētes ⁊ vngulas: q̄: deus ista respuit ⁊ mūdissimum coꝛ requirit: q̄s illi magis habēt qui diuitias vestras a obnoxia mente nō querūt. Sequit Querite deum ⁊ viuet aīa vestra. Pauperes monet: vt escamentis querāt nō coꝛporis: ⁊ illū panē desiderēt angeloꝝ vnde pottus aīa saginet. Respiciamus q̄d dicit Viuet aīa vestra: dū peccatoꝝ viuat anima. Sed illud ꝓpie viuere dicimus: q̄d in beatitudinis locū ditate cōsistit. Illud aūt ly viuat: mori iuste putam⁹ q̄d perpetua tristicia ⁊ grauissimis doloribus oncratur. [Cū exaudiuit pauperes dñs: et vinctos suos
Alt. desperit. nō † spreuit]. Exaudiri quidē pauperes gratāter audimus: sed qui sint isti pauperes diligētius inquiramus. Pauperes sunt christi (sicut sepe diximus) qui mūdi istius diuitias voluptatesq̄ despiciunt: et eligunt indigētiā humanarū rerū: vt spiritualibus epulis farciaṅ. Hos exaudiri dicit dñs christus: qui indigentia mundi repleti sunt: ⁊ tanq̄ si totū possideāt sic paupertatis sue securitate letantur: sicut apostolus monet. Tanq̄ nil habentes ⁊ omnia possidētes. 2. Corīn.6. Nam quod dicit Et vinctos suos non spreuit. Omnes quidem cōmuniter vincti sumus lege peccati: et quibusdam cōpedibus irretiti: q̄: desideria humana perquirim⁹. Sed dñs vinctos suos nō spernit: id est

qui fuis legib⁹ vinciunt. Ipsos enī liberat a laqueis carnalibus: quos fuis regulis connexos agnouerit.
Al.filium. Al.reptilia. [Laudēt † eū celi † terra: mare ⁊ oia † q̄ i eis sunt.] Pak magnarū rerū breuis ⁊ absoluta sentētia: vt in celi cōmemoratione oia eū debeāt laudare celestia: terre quoq; terrestria: maris vniuersa natātia. Et vt fieret pfecta cōclusio dictum est Et oia q̄ in eis sunt. Sic ad dñi laudes inuitat quicquid creaturarū esse cognoscit. Sic ⁊ apls cōplectit: dicēs. In noie Jesu
Phil.2. omne genu flectat: celestiū terrestrium ⁊ infernoꝝ: ⁊ ois lingua cōfiteat quia dñs Jesus xps in gloria est dei patris. [Qñ de⁹ saluā faciet syon: ⁊ edificabunt ciuitates iude. Et inhabitabunt ibi ⁊ hereditate acquirēt eā]. Quale opus sit dñi in eccle sue cōstructione ex laudū ipsarū magnitudine potēter aduertit: qñ celū terra mare et oia que in eis sunt laudare dñm cōmonent: q: saluā faciet syon: que hic multis
INTER persecutionib⁹: multis fatigat angustijs. Syon enī Hierosolymitano tēplo coheret: paruus oino colitculus: sed nois qualitate grādescēs. Significat enī speculationē: qua sola respicit deus in qua dirigunt corda fideliū: ⁊ olm creaturarū rationabiliū vna felicitas si dñm cōtēplent auctorē. Edificate sunt enī ciuitates iude: qñ eccla catholica per humilitatem pīā toto orbe diffusa est. Non enī in edificijs parietū gaudet dñs: que sunt vtiq; vetustate peritura: sed fidelīū deuotione: hoc est lapidib⁹ viuis: vnde Hierusalē futura construit. Et bene dictū est Ciuitates iude. i. dñi saluatoris qui ex origine iude carnis ppa-
Apoca.5. gatione descēdit: sicut de ipso legit Vicit leo de tribu iuda. Sed ne tñ ciuitates: nō etiā habitationes futuras aduerteres: dicit Et inhabitabūt ibiq; est p̄ pte fidelīū inhabitare vbi cōstanter mētis puritate versant. Hanc aūt ecclesiā hic habitant christiani. Hereditate ꝑo acquirent eā: qñ ad Hierusalē illam eternā dñi miseratione peruenerunt. Hereditas enī ipsa est: que sicut iam dictū est nō morte: sed testatore in eternū viuēte prestabit. [Et semen seruoꝝ eius
Al.habitabunt. possidebit eā: ⁊ qui diligunt nomen eius † inhabitabunt in ea]. Terminū psalmi: cuius promissio beata cōcludit: sed quātū grāde est premiū: tantū adhibere intelligētie debemus admissum. Semen hic operā sanctā non carnis pgeniem debemus accipere. Nā illos reprobatos cōstat esse: qui se ex abrae descēdere gloriabant origine: quibus dictū est a dño. Si filj
Joan.8. abrae essetis/ opa abrae faceretis. Q̄z si semen bonos actus (vt in multis locis dictū est) velim⁹ aduertere: integra nobis poterit cōstare sentētia. Nā quicūq; imitatores eorum sunt: qui deo factoꝝ ꝓbitate placuerūt: ipsi possidebūt terrā futurā: que nullo tē fine mutanda est: regnū scz dñi q̄b sanctis suis fideliter pollicet. Et ne forsitan semē istud detraheres ad carnis originē: vnde iudei maxime gloriant: preceptum addidit generale Et qui diligunt nomen eius inhabitabūt in ea. Ipsum est q̄b supērius dixit seruoꝝ: q̄b hic qui diligūt nomen eius. Inhabitabūt in ea dixit: perpetua felicitate potiētur terra: que tam nō spinas tribulosq; producit: que hoies labore non pascit: que venena nō parturit: que nunq; suos incolas perdit: que nō vicissim sole atq; astris: sed q̄b est felicius lugiter de propitio auctore lucebit. Et nota q̄ ordine suo psalmus iste cōclusus est. Primum q̄b ex persona dñi christi: platus est. Deinde incho ait ab oratione. Tertio passionis dñice gesta memorauit. Quarto verbis euangelij assona veritate cōsen-

sit. Quinto in spe fidelis populi dicta conclusit. Sic quartus iste psalmus est: qui passionē dñi predicta lege prophetauit. Conclusio.

¶Audituimus Psalmū celesti dispensatione mirabilē: vbi quāta est in diuinitate potestas: tāta in humanitate constat humilitas. Assumpsit sanctū verbū naturā nostre imbecillitatis: sicut titulus ait: pro his qui cōmutabunt: vt p indebitā mortē suā liberaret nos a morte iustissima. Intrauit inferni claustra: vt panderent inferna. Victus est interitus saluatoris aduētu: ⁊ ppetuas tenebras iure pdidit postq̄ eternū lumen accepit. Debellauit diabolū per humanā naturā quā tenebat obnoxiā: et p imbecillitatē carnis superatus est fortis: qñ supra vniuersas rōnabiles creaturas extulit: q̄b oibus spūalibus infirmius fuit. Cui enī dixit angelo
Heb.1. rū: sicut apls ait Sede a dextris meis: Nā quelibet alia natura non est vnita christo: sed sola carnis nostre glorificata susceptio. Reuera oipotens: Reuera misericors: qui dānata beauit/ perdita restituit/ obnoxia liberauit/ miserias nostras a nobis fecit alienas: ⁊ prestitit hominē per suā mortem viuere: quem creatū immortalē diabolus fecerat interire. Conce de oipotens de⁹: vt qui pro nobis carne dignatus es pati: dones nobis quod coronare digneris.

Explicit expositio in psalmum. 68.

¶In finem Dauid in rememoratiōe ꝙ saluum me fecit dominus. lxix.

Deus in adiutoriū meū intēde: dñe ad adiuuandū me festina. Cōfundant ⁊ reuereant: qui querūt aiam meā. Auertant retrorsum ⁊ erubescāt: qui volūt michi mala. Auertant statim erubescētes: q̄ dicunt michi euge euge. Exultēt ⁊ letent in te oēs qui querūt te: ⁊ dicant semper magnificet dñs/ qui diligūt salutare tuū. Ego vero egenus ⁊ pauper sum: deus adiuua me. Adiutor meus ⁊ liberator meus es tu: domine ne moreris.

Finis ⁊ dauid: vt septus dictū est: significat dñm saluatorē ad quē dirigunt hec verba fidelīū: q: totus hic psalm⁹ ex pso na martyrū ō: q: varia q̄dē persecutione laborabant: sed spem fixā habere in dño minime desinebant. Adiectum est Jn rememoratione. Duobus enī modis memores sumus: cum peccatoꝝ recordatione supernā iusticiam formidamus: ⁊ iterum dñi cōcessa beneficia purissimo corde retinem⁹. Jn tricesimoseptimo itaq; psalmo vbi hec verba posita sunt: metus est futuri iudicij: ⁊ recordatio pctoꝝ: hic aūt spes liberationis: ⁊ futuri ꝑmij p̄missa securitas sustinet. Nam vt hanc recordationē ostenderet: adiecit Q̄ñ saluū me fecit dñs: vt non de metu hec memoria: sed de accepto beneficio probaretur esse cōcepta. Congruū quippe fuit: vt qñ in superiore psalmo passionē suam narrauerat dñs xps: spēq; resurrectiōis addiderat: post caput suū similiter ⁊ membra loquerent: quatenus ⁊ passiones suas fideles ediscerent: ⁊ spem vtique resurrectionis assimerent.

Diuisio.

Martyrū cōfessorumq; populus qui multiplici quidē, sed felici clade laborabat: Prima positione dñm deprecat: vt a psequentium periculis liberet: ⁊ irrisiones eoꝝ irritas faciat/ quatenus cōuersi dicta sua salutariter erubescāt. Secūda parte supplicat: vt magnificans dominū exultet turba fidelium: quoniā ipse pauperes ⁊ egenos suos iuuare/ ⁊ liberare dignatur.

Expositio.

Deus in adiutoriū meū intende: dñe ad adiuuandū me festina]. Pia cōfessio iniuriam sumit a dño: vnde nouit pericilitātibus venire presidiū. Et vt erumnas suas beatissimoꝝ martyrū cetus ostēderet: dicit Jn adiutoriū meū intēde. Tunc em adiutorū poscimus/ quādo periculis subiacemus: vt aliquo remedio subleuati/ calamitates diuersarū possim⁹ vincere passionū. Intēde dicit/ ppitius respice: q: oia dño etiā cum non rogat agnoscit. Sed mos iste pericitantium est: vt ita liberari credant/ si se a dño respici posse cognoscant. Et ne longius ꝓtraheretur beneficiū quod sciebat venturū esse: adiecit Dñe ad adiuuandū me festina. Sic dicit festina/ quasi misericordia diuina tardaret/ ⁊ per morā aduentus eius fieret tormēta grauiora. Festina dicit ergo dño/ q festinabat de huius seculi clade liberari. Nam illi cōiuncta est volūtas/ ⁊ accelerata pfectio: dñi omnia creatori seruiunt: qñ eoꝝ imperio cūcta famulant. Sic in vno versiculo multa cōclusa sunt. Que figura dicitur Epitrochasmos. i. dicti
Sclve. **rotatio: cū ea que latius sentienda sunt breuiter explicant. Sed nō sequendus in omnibus generaliter hūc locum facūdissimus Cassianus/ in decima collatione plurima de eius vtilitate disserēs/ tanto honore cōcelebrat: vt quicquid monachi assumpserint/ sine huius versiculi trina iteratione nō inchoēt. Quem repetita**
Al.non hz. **septies laude cōgeminans: numis vtilē ꝓbat esse eius memoriam. [Confundant ⁊ reuereant † inimici mei: qui querūt aiam meā. Auertant retrorsum ⁊ erube-**
Al.volunt. **scāt qui † cogitāt michi mala]. Jmitator capitis sui populus martyrū/ emendationē inimicoꝝ suoꝝ exposculans dicit: Cōfundant et reuereant inimici mei. Confundi est/ quādo voluntates suas iniqua cōscientia studio veritatis agnoscēs: de facti sui peruersitate turbat. Reuereri est/ quādo iustitiā lesam nostra operatione cognoscimus: ⁊ p his rebus penas nos incurrere formidamus. Quod illis accidit/ qui puersitate damnata/ ad pietatem dñi conversionis studio redire festinabāt. Sequit Qui querūt aiam meā. Bene singulari numero aiam suaz posuit turba fidelīū: quibus**
Act.4. **est/ (sicut scriptura dicit) aia/ ⁊ cor vnū. Querebāt ergo inimici aiam fidelīū non ad venerationē/ sed vt satisfacientes odijs suis/ eā a corpore segregarēt. Quod factū est in martyrū passionibus: quādo eos trucidabat psecutor infensus. Legitur et in bono querit: sicut**
Ps.141. **est Perijt fuga a me: et nō est qui requirat aiam meā. Et q: hoc verbum omonymū est: addidit Vt auferant eam: quatenus istud in malū positum intelligere debuisset. Subiunxit Auertantur retrorsum/ et erubescant qui cogitant michi mala. Auertitur retrorsum: qui (sicut sepe dictū est) a prauo cogitatiōe descēdens dñi iussa subsequitur. Sensus ergo talis est: Qui cogitant michi mala/ hāc retributionē suscipiāt: ne in sua iniquitate persistāt. O pia sanctorū etiā ipsa que putat aduersitas. Melius optabant inimicis: q̄b subipsi petere videbātur in ꝑperis cōstituti. [Auertant sta-**

tim erubescētes: q̄ dicunt michi euge euge]. Prioris sensus exultio: vt a suo ꝓposito erubescētes/ velociter se compellant abscedere: qui fallis laudationibus cognoscūtur fidelissimos increpare. Euge em/ sermo laudātis est. Sed hic sub ironia. i. sub irrisiōe dictum aduerti debet: qm ab inimicis videtur esse ꝓlatū. Sive illos increpat q̄ afflictiones martyrū/ penasq; collaudār: ⁊ nō ad auctoris gratiā referunt/ qb eis est larga pietate cōcessum. Nā vtrūq; vitiosum est: aut alterius calamitatibus illudere/ aut hoies de sua possibilitate laudare. [Exultēt et letent in te oēs qui querūt te † dñe: ⁊ dicāt semper magnificet dñs/ qui diligūt salutare tuū]. Posteq̄ de psequentiū iniquitate/ ⁊ cōuersione locutus est/ secūda positiōe deprecat vt exultēt ⁊ letent omnes qui diligūt dñm christū. Jllis em̄ confusio ⁊ verecūdia: istis exultatio ⁊ letitia pennis optatur: sicut in euāgelio dño dicit Et ibunt hi in supplicīū
Al.non hz. Mat.25. **eternū: iusti aut̄ in vitam eternā. Sed hūc veracis letitie modū competēter insinuat. Dicēdo em̄ Jn te/ fatetur caducā esse letitiam: que humana presumptione gloriatur. Adiūctum est Oēs qui querunt te dñe. Nō suis viribus/ sed tua pietate requisiti. Nā vt te quererent genus humanū: tu illud de celo ꝓspiciens: misericorditer inquisisti. Ipse em̄ ad nos venit/ vt ad eū redire mereremur. Jsti tū qui dñm querūt/ quid debeāt dicere salutariter admonent: id est dicant Semp magnificetur dño. Semp/ cōtinuū genus ostēdit: q: nūq; debet a laude dñi cessari. Et vt nobis sensus iste manifestius elucescat/ verborum ordo reddēdus est: hoc est Dicant semp qui diligunt salutare tuū: magnificetur dño. Intelligamus hoc verbū ab humana cōsuetudine fuisse mutuatū. Magnificat enī ille qui laudibus crescit: q̄ bona opinione grandescit. Ceterū deus nō habet incrementū: q: ipse in se totus singularis/ et ineffabilis intelligit plenitudo: nec aliunde potest crescere/ q̄ cōsueuit creaturis oīibus incremēta ꝑstare: sed magnificādo nos inde ꝓficimus: ⁊ cū laudes deo sancta mente ꝓsolimus/ nostra cōscientia semper auget. [Ego vero egenus ⁊ paup sum: deus adiuua me]**
Al.moreris. **Adiutor meus/ ⁊ liberator me⁹ es tu: dñe ne † tardaueris]. Turba fidelium cū dñice passionis imitaretur exemplū: ipsa quoq; verba eius ad suā trāstulit psalmodiam. Dicit em̄ ex persona sua dño in alio psalmo**
Ps.39. **Ego vero egenus ⁊ paup sum: dñs curam habet mei: sicut et hic dictū est a persona beatorū. Sed dñs dicit Ego vero egenus ⁊ paup sum: significat illos diuites fuisse mūdanos: de quibus dicit Confundant et reuereant inimici mei qui querunt aiam meā. Sed videamus cū sit celesti thesauro ditissima: vbiq; se egenā et pauperē dicit gloriosa pauptas: vtiq; q: mundanas copias nō habet: ⁊ intus vbi est diues semper ambit/ semper desiderat/ semp accipit: sicut apls dicit: Fra-**
Philip.3. 1.Cor.8. **tres ego me nō arbitror apprehendisse. Et iterum. Si quis existimat se scire aliquid: necdū cognouit quēad modū eū oporteat scire. Vides merito dici tales egenos/ tales pauperes: qui cōtinue acquirere gratiā diuinitatis exoptāt. Egeni em̄ sumus/ quādo iugiter indigemus. Pauperes/ dū semp ad beneficia ipsius audā mēte ꝓperamus. Sequit Deus adiuuat me: id est in tribulatiōe mūdana: vbi cū vitiorū aduersitate pugnamus/ vbi ⁊ spūs immūdos hostes patimur: et dñi liberatiōe liberamur. Addidit Vtrūq; iuūctū: vt adiutor sit dñs in necessitatib⁹/ ⁊ de hac seculi clade liberator. Et intende q: dicit Tu dñe: vt rota spes nostra ad eū debeat fixa respicere. Sequit Ne tardaueris.**

periclitantiū mos est tardum iudicare: cui⁹ celerrimū p̄sidium. Ille em̄ competenter ⁊ mēsurate facit omnia: sed nos tardum putamus/ qđ deside rio magno requirimus. Conclusio.

¶ Totus hic psalmus celestis philosophie luce resplēdet. Est enīz moz̄ali ꝓbitate formatus: petens in afflictionibus remediū/ ⁊ inimicoꝝ saluberrimam cōfusionē: vt erubescētes mala sua deserant/ qui p̄ua actibus obsecūdant. Deinde bonorum letitiā eterna gaudia cōp̄omittit: ⁊ qđ est in afflictiōe summa p̄sidiū/ celerrime dñm venire deprecatur: qui huius mundi p̄egrauātis angustias aduētus sui visitatione submoueat. Illo enīz viso diabolus corruit superbia: que olim impia dñatione regnabat. Religatus est qui mundū peccatoꝝ vinculis illigabat ⁊ eoꝝ dñi virtute perductus est: vt nūc sanctos paueat/ qui prīdē humano generi nequissimus imperabat. Unde desiderāter ⁊ sepe dicendum est Adiutoꝛ meus ⁊ ꝓtectoꝛ meus es tu dñe: ne tardaueris.

¶ Explicit expositio in psalmum. lxx.

¶ Dauid psalmus filiorum Jonadab et p̄iorum captiuorum. Lxx.

IN te dñe speraui non cōfundar in eternū: in iustitia tua libera me/ ⁊ eripe me. Inclina ad me aurē tuaz: et salua me. Esto michi in deum ꝓtectorem/ ⁊ in locū munitū: vt saluū me facias. Quīm firmamentū meū: ⁊ refugiū meū es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris: ⁊ de manu cōtra legē agentis et iniqui. Quīm tu es patientia mea dñe: dñe spes mea a iuuentute mea. In te cōfirmatus sum ex vtero: de vētre matris mee tu es ꝓtector meus. In te cantatio mea semper: tanq̄ ꝓdigiū factus sum multis: ⁊ tu adiutoꝛ fortis. Repleatur os meū laude/ vt cātem gloriam tuam: tota die magnitudinē tuam. Ne p̄oiicias me in tēpore senectutis: cū defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerūt inimici mei michi: ⁊ q̄ custodiebāt aiam meam/ cōsilium fecerunt in vnū. Dicentes deus dereliquit eū/ persequimini ⁊ comprehendite eū: qꝛ non est qui eripiat. Deus ne elōgeris a me: deus meus in auxiliū meū respice. Confundātur et deficiāt detrahētes anime mee: operiantur cōfusione et pudore/ qui querūt mala michi. Ego autez semp sperabo: et adijciam super omnē laudem tuam. Os meū annunciabit iustitiam tuā: tota die salutare tuū. Quīm nō cognoui litteraturam introibo in potētias dñi: dñe memorabor iustitie tue solius. Deus docuisti me a iuuētute mea: ⁊ vsq̄ nūc ꝓnunciabo mirabilia tua. Et vsq̄ in senectam ⁊ senium: deus ne derelinquas me. Donec annūciem brachiū tuū: generationi omni quē ventura est. Potentiam tuā ⁊ iustitiā tuā deus vsq̄ in altissima que fecisti magnalia: deus quis similis sit tibi? Quantas ostendisti michi tribulationes multas ⁊ malas/ ⁊ cōuersus viuificasti me: ⁊ de abyssis terre iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam: et conuersus consolatus es me. Nam ⁊ ego cōfitebor tibi in vasis psalmi veritatē tuam deus: psallam tibi in cithara sanctus israel. Exultabūt labia mea cū cantauero tibi: ⁊ anima mea quā redemisti. Sed ⁊ lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi et reuereriti fuerint/ qui querunt mala michi.

pabula: vnde fidelīū anime satiarentur vberrime. Panis enim hic significat intelligētie subtilitatē: que ad supernas cogitationes cōmota semp ascendit: arena vero / innumerabilē prudētie copiā salsi maris sapore cōdītā. Volatilia pēnata: celestia desideria quibus aia deuota velut carnib⁹ referta pinguescat. Arena vero maris: epitheton est decenter appositū: qm̄ z fluuiorū esse potest: qui nō habēt hūc saporē. [Et ceciderūt in medio castroꝝ eoꝝ: circa tabernacula eoꝝ]. Ut ipsam quoq; difficultatem capiendi cibi murmurationibus abrogaret: non solum circa tabernacula: verūetiam in mediis castris eoꝝ dicit cecidisse: quod magno desiderio requirebāt. Castra enim: a castitate dicta sunt: qō bellis exercitus occupatus fedo luxui nō vacaret. Nobis autē significatur: qō intra septa sancte ecclesie oia supna munera possumus accipere: si expieri bona desideria nostra diuino munere postulemus. Unde inestimabilis virtus sermonis est: z hystorie fidē cōpiere: z spūalibus reb⁹ intelligēda cōtradere. [Et māducauerūt z saturati sunt nimis: z desiderio suo attulit eis]. Ecce cōuicti sunt qui deo aliquid difficile putauerūt. Expleuerūt desiderio carnis ratione ieunii: vetre pleni: sed mente vacuati. Hoc figura dicit Synchysios: id est cōcessio: quotiens aliqua importune desiderantib⁹ cōceduntur: que ad vtilitatē illoꝝ ptinere nō possunt. [Non sunt fraudati a desiderio suo. Adhuc esce eorū erant in ore ipsoꝝ: et ira dei ascendit sup eos. Et occidit † plurimos eoꝝ: z electos israel impediuit]. Uenit ad quintā partē: hoc est em̄ qō dixit supertus. Distulit z suppositū: vt non fraudarent desiderio suo: ne impotentia dei quā sacrilega mēte coceperāt: p difficultatē desideriꝝ sui forsitan cōprobarēt. Fraudati a fraude venit. Fraus enim dicit quasi fracta fides. Satiati sunt ergo ad suā rumā: nō vt inde viuerent: sed potius interirēt. Hā vide quid sequit: Adhuc esce eoꝝ erant in ore ipsoꝝ: scilicet dum manna z coturnicū carnibus vescerent. Esca enim ab edendo dicta est. Addidit: Et ira dei ascendit in eos: z occidit plurimos eoꝝ: et electos israel impediuit. Hic illā exodi hystoriā tangit. Absente quippe Moyse qui legem dñi suscipiebat in monte: z ra Aaron populus surrexit insanus: et perēptos deos sibi debere fieri: illicur eis videbatur habere gentilitas. Factūq; est tunc / vt vitulus ille nefandus existeret: cuius cultura ipsi erāt mugituri. Tūc iratus deus dixit Moysi: grauiter peccasse populū indeorum: quo descendente: facto cōuentu: viginti tria milia eorū legūtur extincta: z Aaron qui erat electꝰ dñi: propter eos cecidit in reatū. Sic enim dixit: Percussus est populꝰ propter peccatū vituli: quem fecit aaron. Quorū pessima murmuratio z ipsi quoq; moysi impediuit: quādo dixit: Nunquid de petra hac vobis aquam poterimus elicere? Propter qō verbū phibitus est in terrā promissionis intrare. Sic ergo factū est: vt electis israel peccantiū pteritas ipediret. [In oibus his peccauerūt adhuc: z non crediderūt in mirabilibus eius. Et defecerūt in vanitate dies eoꝝ: z anni eoꝝ cum † festinantia]. Illa potius peccata exaggerāt deū: que augmentio grauibus semp accrescunt. Et qm̄ nec mirabilibus eius credere voluerūt: dies eorū defecisse dicit: quasi languida tabe cōsumptos. Dies enim peccatorū cum festinatione transeunt: sicut z alibi scriptum est: Uiri sanguinū z dolosi non dimidiabūt dies suos. [Cū occideret eos † tunc † inquirebāt eū: z † cōuertebantur ante lucē z veniebant ad eū. Et † memorati sunt quia deus adiutor eoꝝ est: z deus excelsus † liberator eorū est]. Non ipsi inquisierunt deū quos dicit occisos: sed exemplo taliū turba reliqua supplicauit. Justoꝝ itaq; consuetudo est: siue ante; q̄ mala patiantur: siue cū patiuntur: deū fideliter querere. Scelerati autē tunc ad ipsum mestimabili volūtate cōcurrunt: quādo aliqua necessitate turbantur. Judaicus itaq; populus tūc timuit irā dei: quādo socios suos cernebat extingui: eo scilz rēpore: cū ignis de celo descendēs (sicut in numerorū libro legitur) 14. milia septingentos occidit: qm̄ Moysi z Aaron ꝓpter interitū Chore sociorūq; eius seditiones intuitissimas cōmouebant. Nam qō sequitur: Et cōuertebantur ante lucē z veniebant ad eum: z memorati sunt quia deꝰ adiutor eoꝝ est: z deus excelsus liberator eoꝝ est: illud significat: qō dño irascente iudaici populi extrema castroꝝ diuino igne cōsumpta sunt: quo facto Moysen rogauerūt vt pro eis dño supplicaret. Pius ergo in luce rogat: impius ante lucem: sicut scriptū est: Jnuanū vobis est ante lucē surgere. Sed hoc p formidine videntur fecisse periculi non timoris superni: qm̄ infernus adhuc de eoꝝ infidelitate dicturus est. Et nota: q̄ hic legitur liberatorē patrem. Liberat quoq; z filius: sicut in euangelio legitur. Si vos filius liberauerit: tunc vere liberi eritis. Liberat etiam spiritus sanctus: sicut apostolus dicit: Spiritꝰ vite in christo iesu liberauit me a lege peccati et mortis. Unde dubium non est: sanctā trinitatem equaliter posse: equaliter impiere quod vult. [Et dilexerūt eum in ore suo: et lingua sua mentiti sunt ei. Cor aute eorū non † est rectum cum eo: nec † fides habita est illis in testamēto eius]. Uenit ad sextā partē: vbi iudeos iterū ad culpas redisse cōmemorat: deū tū misertū illis esse declarat. Dicit enim: Et dilexerūt eum in ore suo: et lingua sua mēntiti sunt ei. Sic cōtingit eis: qui se putant per solum credere timorem. Nam si deus mixto amore non metuat: toto corde nō queritur. Hoc enim peccatū cōstat acerrimū: vt lingua se illi cōfiteri dicat dū cordis ima dissentiāt. Quasi vero ille nō omnia cognoscat q̄ agunt intrinsecus: qui sicut legit: scrutator est cordis z renum: z more humanitatis illud solū audiat: qō lingua pclamat. Nā qui eis⁹ testimonijs fideliter credit: ipse eū veraciter diligit. Fides enim dicta est: ab eo qō fiant dicta. Sic etiā dñs ipse testat dicēs: Populus hic labijs me honorat: cor aūt eoꝝ longe est a me. De quib⁹ merito Esaias ꝓpheta testatur dicens: Et nervus ferreus colli tuum: z frons tua erea. [Ipse autē est misericors z ꝓpicius † fit peccatis eoꝝ: z non disperdet eos. Et abūdauit vt auerteret irā suā: z non accendit omnē irā suā]. Illud hic exemplū nō incōuenienter apponitur: quādo Moyses p transgressore populo supplicās dixit ad dñm. Obsecro dimitte peccatus populi huius: sinautē dele me de libro quē scripsit manus tua. Quasi p ipsis in cruce positꝰ z dño christus: Pater ignosce illis quia nesciūt quid faciūt. Sic istis supplicationib⁹ actū est: vt dñs in eis ira placaretur. Et ꝓpicius enim factus est pctis eoꝝ: cū ad ipsius satisfactionē nō quidē oēs: sed multi ex his redire meruerūt. [Et † memoratus est quia caro sunt: spūs vadens z nō rediens]. Movit pīū iudicē fragilitas cōsiderata peccantiū: q; carnalis cecitas lumē celestis sapientie nō videbat: z ideo expectādos dicit: quia si cōfestim fuisset eoꝝ spūs abrogatus: locū penitētie ptidissent. Caro aūt dicta est: q; cara sit alie sue. Mirabili aūt brevitate diffinit mors hois: id est spūs vadens z nō rediens: subaudiendū in hoc mūdo: qm̄ ad suū corpus in resurrectione cōstat esse rediturū. [Quotiens

Ps.77.

Numeri.16

Ps.105.

Joan.8.

Rom.8.

Exo.32.

Luc.23.

ELy.

Esa.29.

Ibidē.48.

Exo.32.

ELy.

exacerbauerūt eum in deserto: in ira cōcitauerunt eū in † terra sine aqua. Et cōuersi sunt / et tētauerūt deū: z sanctū israel exacerbauerūt]. Uenit ad septimā partē: in qua breuiter obstinatione eoꝝ / acerbitatēq; designat. Consequēter em̄ enumerans ōia illius in heremo / vel apud egyptios virtus diuina presiterit: ostēdens q: dū delinquētibus semp presiet / immemores tū beneficiorū peccare nō desinūt. [Nō sunt recordati manus eius: die qua † liberauit eos de manu tribulantis]. Tribulatio fixam solet habere memoriā: sed infidelibus nec ipsa recordatio stare potuit: quam validissime nostris cordib⁹ tristitia semp affigit. Recordari em̄ / dictū est revocare ad cor. Pulcherrime vero positū est manus dñi / z manus tribulātis. Hoc enim noīe operatio significat ambor̄. Sed q̄ longe dispāria sunt / que vnū videntur habere vocabulū. Illa populū liberare prevaluit: ista in suā necē retinere tentauit. [Sicut posuit in egypto signa sua: z ꝓdigia sua in cāpo thaneos]. Una rem duobus noibus designauit. In egypto em̄ signa fecit q̄ inferius ipse dicturus est. Sed et ꝓdigia ibidē demōstrauit in campo thaneos. Thanais em̄ ciuitas est egypti: vbi sunt facta ꝓdigia que legūtur. Signa vtiq; fuerūt in egypto duris coꝝdibus: quasi characteris impressa vestigia. Prodigia vero quasi porro dicentia: id est que ꝓfigurabant esse vētura. Omnes em̄ ille plage ad aliquam significantiam pūcis tēporibus cōtigerūt. Merito ergo signa z ꝓdigia sunt appellata: q̄ in egypto facta mōstrant. Thanais / humile mandatū diximus interpretari: qō in isto seculo necessariū nobis / ac salutare cognoscit: vbi humiles ac ꝓstrati esse debemus / qui venie semp suffragia postulamus. Cūc aūt erecti erūt iusti: quando in illa resurrectione ingiter dona māsura suscepe= rint. [† Cōuertit in sanguinē flumina eoꝝ: z † pluuiales aquas eorū ne biberēt]. Hinc ꝓia plaga inchoat egyptiorū. Nam sicut aqua in vinū cōuersa in euāgelio legitur: que populoꝝ permutatione significauit in melius. Jta hic in sanguinē cōuersa / denūciat rerum spūalium causas peccatores sentire carnaliter. Sanguis em̄ ad carnem pōnit exprimēdam: qō iudaicum populū respexisse non dubiū est. Dicit etiaz z flumina et plumales aquas eorū in sanguinem cōmutatas: ne predicationē celestē spiritualiter intelligerent / q̄ erāt carnalibus sensibus occupati. Hec z sequētia ad literam omnino manifesta sunt: que in egypto cōtigisse divine hystorie textus ostēdit. [Misit in eos † muscā caninā / et comedit eos: z ranā et † exterminauit eos. Et dedit erugini fructꝰ eorū: z labores eorū locuste]. Musca canina est imp:roborū petulātium vindex datus acule⁹. Rana est / loquacissima vanitas hereticoꝝ que cenosis sensib⁹ cōmorata / improbis clamoribus garrire nō desinit. Erugo est amor: turpis / honestatez occulta imminutiōe cōsumēs. Locusta est / maliuola atq; assidua detractio: ac⁹ alienos inuida oblocutione corrodēs. [Et occidit in grādine vineas eoꝝ: z moros eorū in pruina. Et tradidit grandini iumēta eorū: z possessiones eorū igni]. Grando / est cōminatio dñi: qua verberat cōtumaces / eosq; vindictis sue delectatiōis expoliat. Pruina vero est precurrens / antichristi pālq; malicia: que alienos labores puenire nō pmittit ad fructꝰ. Sequit Et tradidit grādini iumēta eoꝝ. More pecudū / stultorū significat occasus: q̄ malis, innumeris cesi / tanq; vilia iumēta fundunt. Addidit Et possessiones eorū igni. Ignis quidē et in bono pōnit / z in malo. Sed qz hic ꝓ indignatione cōstat inflictus ignē cupiditatē ignobilē debemus accipere: qui possessionē nostrā: id est meritis statū execrabili ambitiōe deuastat. Restat decima de ꝓmittis (quā suo loco dicemus: qm̄ duoversus ad exaggerationē malī sequentis interpositi esse noscūt. Notandū est aūt q̄ he tres plage: id est erugo / pruina / et ignis (quas hic dixit) in exodo penitus non legant. Ignem em̄ ibidem mixtū descendisse cū grandine vt fructus lederet: non vt possessiones eorū incēdere potuisset. Pro illis vero tribus alie ibi tres sunt posite: scynifes / vlcera / et tenebre. Nō in litteris diuinis ꝓ cōgrua intelligētia rerū frequēter inuenis esse variatū: vt est tituli tricesimi tertij psalmi. Dicit em̄ Psalmus Dauid: cuz mutauit vultū suū coram Abimelech: z dimisit eū / z abijt. In regum em̄ volumine Abimelech palestinorū rex non legit fuisse / sed Achis: que nota (vt diximus) ꝓ sacrameto= rū qualitate mutata sunt: qō hic quoq; similiter debemus accipere. Nam z in concordia euangelioꝝ patrem Augustinū similia collegisse manifestum est. [Misit in eos iram indignationis sue: indignationē z iram / z tribulationē / immissiones p angelos malos]. Quidō vindicte veritissima descriptione narrat. Primus em̄ dño peccatis nostris irascit / quando nulla cōpunctione cōuertimur: ac deinde malitiā hois in sua indignatiōe / z ira / z tribulatiōe derelinquit: vt ꝓprijs aduersitatibus affligant / qui diuinis misericordijs obedire cōtemnūt: sicut scriptum est: Propterea tradidit illos deus in desideria cordis eoꝝ in immūditiā: vt faciāt que nō cōuenit etc. Scelerati quippe hois indignatio pertinet ad tumidam superbiam: ira ad audaciā nefandam: tribulatio ad confusam desperationē. Tunc p angelos malos ad immissiones ꝓcipitant illicitas: z quasi nudati defensione diuina / in predā cadūt pernitiosissimā bestiarū. Perscrutandū est etiam q̄ dicit immissiones factas per angelos malos: quasi z p bonos angelos nō delebit peccatores. Per bonos enim angelos sodomā subuertit z gomorā: quos Abraam z Loth suscipere suis hospitijs meruerūt. Tentatus est etiā transgressor p angelū malū: sicut in regū volumine dicit Et introuit spūs dei malus in Saul. Justi quoq; tētati sunt a diabolo: vt Job / z Paulus apostolus: z cetera huiusce modi. Constat em̄ cuncta que creata sunt: creatoris aut ꝓmissioni / aut imperio subiacere. [Etiam fecit semite ire sue / z non pepcit a morte † aiabus eorū: z iumenta eorū in morte conclusit]. Cum dicit viam fecisse dñm / qua posset ad vindictam infelicius peruenire / ostēdit non esse ad eos veniendū: nisi dñi fuerint defensione priuati. Ira em̄ dñi p Troꝓologiā dicit: sed ipa est quā superius dixit: immissiones p angelos malos. Ista enim non licet diabolo: nisi cum dñi voluntate ꝓmittitur. Quid aute ista ira fecerit / cōsequēter exponit. Et non pepcit a morte aiabus eorū. Q̄ dixit Aiabus eoꝝ / p hoibus accipiēdū est: quos in illa clade cognoscit occidisse. Nam p toto hole solam aiam pon̄t (sicut iam dictū est) Exodi scriptura testat dicēs. Omnes ergo aie que egresse sunt de femore Jacob: aie. 70. Unde p figuram Synecdoche puenit ista locutio: que significat a parte totum. Sequit Jumēta eorū in morte cōclusit. Respice quēadmodū cūcta que vel advictū humanū / vel ad solatiū pertinēt dicit esse vastata: vt impijs / atq; duris digna indicent puenisse supplicia. [Et percussit omne primogenitū in terra egypti: primitias † laboris eorū in tabernaculis cham]. Ecce decima illa plaga primogenitorū / qua ira dei per angelos malos minabatur;

Ps.105.

Exo.1.

Gen.19.

1.Reg.18.

Ps.77.

Exo.12.

Universidad de Biblioteca

exponit. Talis eñ tanta q̄ fuit: vt israeliticū populū quē noluerant egyptij ante dimittere/ vitro potius exire cōpellerent. Primogenita sunt/que primo loco sensibus nostris reuerēter occurrūt: vt est illud mandatū summū Deū ex toto corde diligere: primi quoq; habēdam modis oīibus charitatē. Hec quādo pereūt primogenitoꝝ amissione pcutimur: z in ipa ple rationis ordamur. Respiciam⁹ plane q̄ populū egyptioꝝ decē plagis affixerit/hebreorū gentē decalogi munere decorauerit: vt hoc sacramēto numeri z vltionē data reperias/z gratiā prestitā fuisse cognoscas. Sequit Primitias laboris eorū. Hoc est q̄d supius dixit oīne primogenitū. Primitie quippe laborū ad totū ptinet quicq̄d humana possibilitas habere potuerit. Et sicut supra dixit In terra egypti: ita et hic repetit In tabernaculis Cham. Cham q̄ppe fuit pater Chanaan: cuius posteritas terrā ipsam possedisse cognoscitur. [Et abstulit sicut oues populū suū: et perduxit eos tāq̄ gregē in deserto. Et † eduxit eos in spe/et nō timuerūt: z inimicos eorum operuit mare. Et induxit eos in montē sanctificatiōis sue: montē † hunc quem acquisiuit dextera eius]. Uenit ad octauam partem: vbi dñi beneficia referūtur/z iudaice obstinatiōis culpa subiungit. Sed q̄uis superioribus videāt esse cōtēcta: hic tñ ostendit quid illa decima plaga cōpleuerit: scz vt populus dñi ab impia seruitute liberat⁹/ad terrā repromissiōis incolumis puentret. Sed pōt hic nōnulla questio suboriri: q: non illos quos abstulit de terra egypti/ eosdē in montē sanctificatiōis adduxit. Significat eñ sion montē: vbi constat Hierosolymā cōstitutam. Sed dū agerēt de populo iudeorū: ipsos notū est ad hanc ciuitatē fuisse pductos: q̄ suis patribus succedētes: z nomen/z gentē hebreoꝝ cōtinuisse nosc̄it. Significat tñ sic reuera factū est: q: multi eoꝝ ad ecclesiam catholicam quā maiuit hic intelligi: cōuersionis beneficio puenerūt. Ipsa est eñ quam christus noster q̄ est patris dextera cōquisiuit. Patet enīz vt et figurate supiores versus intelligere debeamus. Nā q̄ dixit Oues z gregē/significat populū christianū: qui in hoc seculo tanq̄ in deserto pascit: si mundanarū rerū desideria nō sequat. Educti aūt nos sumus in spe a terra egypti. i. a tenebris peccatoꝝ q̄ fidei lumē accepimus: z inimicos nostros: hoc est diabolum cū ministris suis operuit mare/dū nos sancte regeneratiōis lauacra diluerūt. Sic illis in figura facta sunt (sicut dicit apls) que nostre salutis indicia nunciabāt [Et eiecit a facie eorū gētes: z sorte diuisit eis terram in funiculo distributiōis. Et habitare fecit in tabernaculis eorū: tribus israel]. Ejicit a facie nostra gentes: quādo barbarici z immites a nobis fugātur errores. Diuidit aūt nobis terram illam repromissionis: cū p sua dignatiōe vnicuiq̄ beatam dederit portionē. Funiculus aūt distributionis/tractus est ab illis q̄ terrā tenso fune diuidebāt. Sequit Et habitare fecit in tabernaculis eorū tribus israel. Diuine nobis scripture tradiderūt in eorū loco/ vel numero electorū populū cōgregandū: vnde superbi angeli ꝓbant expulsi. Ergo tribus israel. i. videntibus deū dabit tabernacula: que ante supbie ruinā adhuc innocentes angeli possidebant. [Et tentauerūt/et exacerbauerūt deū excelsum: et testimonia eius nō custodierunt. Et auerterūt se/z nō seruauerūt pactū quemadmodū patres eoꝝ: † z cōuersi sunt in arcū prauū]. Nūc dicit cōtumaciā iudeorū/z quid eis irato dño cōtigerit cōsequēter exponit: vt talia inobedientes debeāt exempla metuere.

Al. deduxit.

Al. non hz.

Al non hz.

Arcus puersus est malicia peccatoꝝ: que nō eminus vulnera iaculat/sed in se magis spicula directa cōuertit. Nō vtiq; dolosos pati manifestū est: que duz alijs ingerere nitūt plagas/in se cōuertere suas potiꝰ pbātur insidias. [† Et in ira cōcitauerunt eum in collibus suis: z in sculptilibus suis † emulati sunt eū]. Colles supbas/ac tumidas significat cogitationes hominū: quib⁹ semp dñs inuenit aduersus/ quādo in culturas demonū iniqua presumptione p̄siliunt. Emulati sunt quippe eū: cū honorē dñi simulachris detestabilibus cōtulerūt. Emulatio eñ ista in malā partem minō in bonam debet intelligi. Nam vide quid sequit. [Audiuit † dñs z spreuit: z ad nichilū redegit † nimis israel. Nona pars que supest introit: in qua vindicte genera numerant/z post aduentus dñi saluatoris edicit. Solet autē inter nōnullos facere questionē: quare cū peccata fuerint aliquoꝝ: ille tñ in omnibus vindicasse dicat q̄ religiosis mētibus scrupulū nō debet inijcere. Nā z si gentē captiuitati tradidit/tñ sibi placitos cōscientie integritate seruauit: sed eos magis in tribulatiōibus exercuit/quos eterno honore coronādos esse decreuit. Nā si veritatis intima pscrutemur: captiuitatē passi nō sunt q̄ animo liberi fuerūt. Nec interno hosti sunt traditi/quoꝝ cōscientia nō potuit a diuinitate subduci. [Et repulit tabernaculū silo: tabernaculum suum † in quo habitauit † inter homines]. Silo ciuitas erat vbi arca dñi fuisse legitur cōstituta: vnde p sacerdotes supplicātes/hebrei diuina responsa capiebant anteq̄ tēplū esset hierosolymis fabricatū. Hoc ergo tabernaculū repulisse dicit dñs: in quo inter homines habitare dignatus est: sicut in alio ꝓpheta legitur Uide quid feci silo: vbi erat tabernaculū meū. Sed metuēdum est nobis ne offensus corporis nostri tabernacula deserat/q̄ spiritus sanctus cū dei munere bene nos tractam⁹ inhabitat: sicut dicit apls. Templū enīz dei sanctū est: qđ estis vos. [Et tradidit in captiuitatem virtutē eorū: z pulchritudinē eorū in manus inimici]. Illud tēpus memorat/quādo ab allophilis hebreivi cti sunt: z cedibus eorū/direptionibus q̄ patuerūt. Quapropter virtutē z pulchritudinē/ significat arcā testamēti: per quā sibi inter gētes videbant inuicti/z summa decoris laude ꝓciput. [Et cōclusit in gladio populum suū: z hereditatē suā spreuit]. Consequēs fuit vt populus gladio caderet turpiter in ruinā: cui arce dignitas ꝓbabat ablata. Ille eñ quos spernit annichilat: nec quisq̄ potest subuenire/cui se ꝓbant solatia diuina subtrahere. Spreuit eñ hereditatē suā: quando populū quez inter multas natiōes elegerit/p scelerū suorū immanitate piecit. Hereditas quippe ab hero dicta est: qñ eā iure legitimo dñs noscitur possidere. [Iuuenes eorū comedit ignis: z virgines eoꝝ nō sunt lamētate]. Ignē hic/iram bellantiū debemus aduertere: eque traditos sibi tāq̄ cōsumptrix flamma deuorauit. Sequit Et virgines eoꝝ nō sunt lamētate. Lamētari eñ vacātis est. Nam cū omnes imminētia pericula formidarēt: nulli licuit alteri⁹ funeri iusta psoluere. Lamēta enim dicta sunt intra laris monumēta: sicut antiquis sepelire mos erat. [Sacerdotes eorū in gladio ceciderūt: z vidue eorū non plorabant]. In ipsa igit captiuitate filij Heli sacerdotis ab Allophilis gladio legūtur extincti: quoꝝ vnus vxor vidua facta/post subitum partū morte pcuēta est. Inta cōtigit vt eius vidua minime plorarēt: dū vniuersos communis interitus occupasset. Naz talia in illo populo multis accidisse credenda sunt: qñ pluralem numerū

Al. non hz.

Al. ad emulationē eū ꝓuocauerunt.

Al. deus.

Al. valde.

Al. vbi.

Al. in hominibus.

1. Reg. 3.

Ps. lxxv.

Ps. lxxv.

auctoritas sancta memorauit/que nichil noscit referre supfluū. [Et excitatus est tanq̄ dormiens dñs: tanq̄ potēs crapulatus a vino]. Cōsuetudines istas hominū diximus ꝓpter res explanādas sepe dño cōtributas. Dicit eñ a persona demētium/q̄ ita putant qñ periclitātibus nō subuenit: quasi vino esse crapularū. Sz ille tñ negligētibus atq; infidelib⁹ dormit: q̄ nulla psalmodia/nullis bonis opibus excitant christum. Et iure ab ipis reddit alienus: qui eū sibi quasi dormire demēter intelligūt. Excitat etiā ad vindictā malis actibus ꝓuocatus: cuius patiētia dormisse credebat/ qđ magis hic agnoscimus sentiēdū. Excitauerūt enīz eū allophili: qñ arcā testamēti et⁹ inter simulachra posuerūt. Et sequit q̄ illis tali facto puenerint. Discutiēdum est aūt q̄ dixerit Tanq̄ potēs: q: tūc sunt homines ad trā faciles/z ad virtutē potētes: qñ post crapulā vini de somno surgere cōsuerūt. Deniq; beatus Hieronymus inter alios veridic⁹ interpres: p potēte fortis posuit. [Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobriū sempiternū dedit illis]. Hoc in pmo libro regū legitur: q: p sacrate arce iniuria allophili in posteriora pcussi sunt: vt etiā viui a sortitib⁹ execrabili sorte rodere̊t. Nō opprobriū eis ꝓmanet sempiternū: q: nullus alter taliter punitus est. Sic peccatores in posteriore vita pcutit/qñ eis sua debita nō derelinquit: z quasi a sortitib⁹ cōsumunt/dū eos diaboli cohors inimica valauerit. [Et repulit tabernaculū Ioseph: z tribū † effrē nō elegit: sed elegit tribū iuda mōtē sion quē dilexit]. Iudicia dñi ipsoꝝ quoq; nominū astipulatione declarātur. Joseph/significat augmentū: qđ z in malo/z in bono ponit. Sed modo in cōtrariū accipiēdum est: q: constat esse repudiatū. Effrem/frugifer siue vbertas. Juda/cōfitens siue glorificās interpretat. Memoria quoq; condendū est q̄ ꝓ hebrea nosa scriptura sancta causas nobis sepi⁹ declarat occultas. Nō genus locutiōis sacrarū litterarū ꝓpriū esse nō dubiū est: qñ tale aliquid mūdanis litteris minime continet. Repulit ergo tabernaculū Joseph: z licet ipse fuisset iustus/ tñ eius posteri q̄ ad semen carnis ptinuerūt augmēta mūdana/z puectū carnalē desiderasse noscunt. Tribū quoq; effrē nō elegit: q: in fruge seculi hui⁹ carnali vbertate ꝓsumebāt. Tribū aūt iuda merito delegit: que z cōfessiōe fuit humilis/z cōuersatiōe laudabilis: vñ nobis fm carnē dñs saluator aduenit. Sequit Montē sion quē dilexit. Ecclīa catholicā significat: de qua in canticis cāticoꝝ dño dicit Una est colūba mea: vna est dilecta mea. [Et edificauit sicut † vnicornīū sctificationē suaz: in terra quā fundauit in secula]. Unicornium/significat vnā spem habētiū in sanctissimā trinitatē: ad quā fideliū sacrate mētes humiliter erigūt/z tanq̄ validissimo cornu fidei firmitate cōsistunt. Sequit In terra fundauit eā in secula. Quāuis in secula hierusalē predestinata cōsistat: in terra tñ. i. in hoibus sanctis spe eternitatis ꝓbat esse fundata: sicut in eāgelio Petro dictū est Tu es Petrus: et sup hāc petrā edificabo ecclesiā meā: z porte inferi nō ꝓualebūt aduersus eā. Ecce quō in terra sub eternitate cognoscit esse fundata. Nā et alibi de ecclīa legit De⁹ fundauit eā in eternū. [Et elegit David seruū suū: z sustulit eū de gregibus ouiū: de post fetātes accepit eū. Pascere Jacob ꝓpm suū: z israel hereditatē suā]. Aptissima nimis introducta est et decora narratio: vt q: dixerat Elegit iudā: nunc diceret David: q̄ ab humanitate susceptā/christo dño ꝓmabat. Sed melⁱ⁹ hoc de ipso suscipiⁿ⁹ dño saluatore. Naz in eāgelio ceci clamauerūt Fili David miserere nobis. Et q: cōsidentes vidisse dicerāt: sub celeritate sanari sunt. Sequit Et suslulit eū de gregib⁹ ouiū: de post fetātes accepit eū. Per istā similitudinē David filij Isse: sicut z in alijs locis dñs saluatoris nobis sacramēta pādunt. Nā ille sublatus ab ouib⁹ puenit ad regnū: dño noster functⁱ⁹ officio pastoris/sedet ad dexterā patris: q̄ est vere rex regum/z dñs dñantiū. Necvacat q̄ dixit oues ei⁹ fuisse fetosas Dñi ei grex spūali gratia fecūdus/filios nosc̄it habere copiosos: sicut in cāticis cāticoꝝ de ecclesia legitur Dētes tui sicut grex detōsarū ascendēs de lauacro: q̄ oēs gemnos creāt/z sterilis nō est i eis. Addidit Pascere Jacob ꝓpm suū: z israel hereditatē suā. Hoc tā manifesti⁹ aduertim⁹ dictū de dño saluatore: q̄ gregē suū sol⁹ valuit celesti pane satiare/z hereditare suam maxime a piculis aiaꝝ cūctis eripe. Jacob eñ/possumus intelligere ꝓpm christianū: q̄ hic degit in terris Hereditate vero israel/futurā cōgregationē: que dñi cōtemplatiōe pascēda est/qđ ad tpoꝝ ale regē omnimodis nō pōt pertinere. [Et pauit eos † sine malicia cordis sui: z in † sensu manuū suaꝝ deduxit eos]. Absolute totū ad dñm ptinet saluatorē. Solus eñ fuit q̄ peccata nō habuit. Dicēdo eñ Sine malicia: ostēdit q: ita sint dicēda pcta. Illa eñ puritas/illa sanctitas illa e celo veniēs maiestas: hoc ꝓbata est docuisse qđ gessit: hoc gessit sine dubitatiōe qđ docuit. Pauit eñ pceptoꝝ egregius quos docere dignatus est: sicut ipe testat: Non in solo pane viuit hō: sed in omni ꝙbo dei. Sine malicia cordis: sicut alibi dicit Nec est in ore ei⁹ dolus. Sēsus vero manuū/actualē significat sctitatē ad quā fideles suos ꝓpit ipe tribuit/gtiosa imitatione ꝓduxit. Sed nec illud David rēpozali regi pōt vllatenus cōuenire: sed cū ad dñm christum referūtur/cuncta sibi decora paritate cōsentiunt. Conclusio.

Al. effraim

Jnter

Jdj.

Al. vnicornis sanctificium suum

Wat. 16.

Wat. 20.

Lanc. 4.

Al. in innocentia.

Al. intellectibus.

Wat. 4.

Isa. 53.

¶ In nōnullis psalmis solemnis exquirere qđ nobis admoneat celestis auctoritas. Hic tale fecit mutum: vt expositio magis q̄ principiū psalmi esse videat. Dixit eñ parabolis se z ꝓpositiōib⁹ esse locuturū: vt vnusq̄sq; velociter agnoscere faciē psalmi/cū forma ipsius expressa fuerit dictionis. Quapropter sic p suis delictis expulsos hebreos/z intromissos asserit christianos: vt vtriusq; legis intentionē quasi in vnius faceret botri decore pēdere. Amemus ergo plitatē ei⁹: in quo dū hystoria refert/nouū testamēti gratia declarat more abyssi fluctuātis: que tot lumina reddit/quot tremores efficit. Modo eñ ibi claritas lampat/modo vmbratilis imago circūuolat: z in eodē elemento videntur esse varia cum nichil illic coloris accedat/nec recedat. Sic psalmi huius admirāda diuersitas z hystoriam narrat/ z longe alia que spiritualiter sentiantur insinuat: cuius similitudinem celestimus quartus quoq; subsequitur. Et sicut in David actibus declarantur dñi futura mysteria: ita z per miracula que iudeis cōcessa sunt/christiani populi sacramenta panduntur.

¶ Explicit expositio in psalmum. 77.

¶ Psalmus Asaph. Lxxviij.

Deus venerūt gētes in hereditatem tuā: polluerūt templū sanctū tuū: posuerunt hierusalē in pomorū custodiam. Posuerūt mortalia seruorū tuorū escas volatilib⁹ celi: carnes sanctorū

ruoꝝ bestijs terre. Effuderūt sanguinē ipoꝝ
rangꝫ aquā in circuitu hierusalē: ⁊ non erat q̄
sepeliret. Facti sumus opprobriū vicinis no
stris: subsannatio ⁊ illusio his qui in circuitu
nostro sunt. Vsqꝫquo dñe irasceris in finem:
⁊ accendet velut ignis zelus tuus? Effunde
iram tuā in gentes que te non nouerunt: ⁊ in
regna que nomē tuū nō inuocauerūt. Quia
comederūt Jacob: et locū eius desolauerūt.
Ne memineris iniquitatū nostraꝝ antiqua-
rum / cito anticipēt nos misericordie tue: q̄
paupes facti sumus nimis. Adiuua nos de⁹
salutaris noster: et ꝓpter gloriā nois tui dñe
libera nos. Et ꝓpitius esto peccatis nostris
ꝓpter nomen tuū: ne forte dicant in gētibus
vbi est de⁹ eoꝝ? Vt innotescāt in nationibus
coꝝā oculis nostris: vltio sanguinis seruoꝝ
tuoꝝ q̄ effusus est. Introeat in cōspectu tuo
gemitus compeditoꝝ. Scōm magnitudinē
brachij tui: posside filios mortificatoꝝ. Et
redde vicinis nostris septuplū in sinu eoꝝ:
improperiū ipoꝝ q̄ exprobrauerūt tibi dñe
Nos aut̄ populus tuus et oues pascue tue:
cōfitebimur tibi in seculū. In generatione ⁊
generationē: annūciabimus laudem tuam.

Sicut sepe diximus: hic significatio nois ad
actus illos pertinet: q̄ ad mandata dñi / gra
tiamq̄ referunt. Asaph vero significat sy-
nagogā: que tñ catholice possit cōuenire ec
clesie. Neq̄ ei christianis alieni credēdi sunt: q̄ gratie
dñice claritate fulserūt. Adde ꝓphetas / patriarchas
et ꝓpm illū tā christo deuotū ante tēpora christiana.
Est ergo ⁊ iste psalmus tot⁹ in lamētatiōe positus: si-
cut ⁊. 73. q̄ futura tēpora velut ꝑterita deplorat: et ꝓ-
pter duriciā cordis sui gēri grauiter affligende pieta-
tis studio precat christum dñm subuenire. Diuisio.

Riusq̄ de diuisiōe dicamus: oportet gesta
rum rerum breuiter insinuare notitiam: vt
dum causa premittit / textus psalmi intelli-
gibilis⁹ audiat. Machabeoꝝ nobis primus
liber insinuat Antiochū regem cū Hiero-
solymā venisset: hostiliter ciuitate opibus emudata / in
templo dei idola posuisse: hebraeosq̄ dum diis suis sa-
crificare cogeret multos martyres effecisse. Quapro
pter Asaph (quē diximus figurā gestare fidelitū popu
loꝝ) per totum loquitur psalmū. In prima parte di-
numerās quāta temporibus predicti regis Antiochi
ptulerit Hierusalē / populusq̄ iudeoꝝ. Secūda par
te dñm rogat: vt supra potētes inimicos irā sue indi-
gnatiōis effundat: ⁊ peccatis seruoꝝ suoꝝ dignetur
esse ꝓpit⁹. Tertio ꝓphetie spiritu postulat vindicari:
nō emptiōis voto / sz correctiōis studio. Expositio.

Deus venerūt gentes in hereditatē tuam].
Quātus longis ante tēporibus Dauid fue
rit / q̄ rex existeret Antiochus: ossa tñ more
suo quasi trāsacta refert / que spū sancto re
pleto prenūdebat esse vētura. Hinc est q̄
Asaph deflens subito clamabat ad dñm Venerūt gē
tes: tangꝫ iam muros erū perent / ⁊ formidata captuit-
tas introiret. Bēs em̄ dicta est: q̄ sit vno genere pro-
creata. In hereditatē / hierusalem significat: vbi erat
hereditas dei in sanctis hoibus cōstituta: qualis fuit
Mathathias / Eleazar / septē fratres cuz sancta matre:
quales fuerūt mille qui ne sabbatū violarēt / omnes se
passi sunt ab hostib⁹ quietis manibus interire: ⁊ cete-
ros quos notitia minime cōprehendit. Addit Quam
vt excitaret iudicis animū contra aduersarios trucu-
lētos: dicēs eos venisse ad lesionē rei que ad iudicem
ptinebat. Hec oratores latius / copioseq̄ dixerūt: cuz
aduersarijs suis odiū face / inuidiā q̄s niterēt. [† Coin-
quinauerūt templū sanctū tuū: posuerūt hierusalem
† velut pomoꝝ † custodiarū]. Atrocissime sancto viro
sacrati tēpli primus occurrit iniuria: vt hoc inter initia
desleret / q̄s ad diuinam nouerat contumeliā ptinere.
Coinquinauerūt / dicit polluerūt: q̄m illo tempore nō
est cuerstz sanctuariū dñi: sed impie gētes in sanctissi
mis locis simulachra nefanda p̄sumptione posuerūt:
vt vbi colebat verus deus / ibi immūdus adoraret spi
ritus. Sic em̄ de Antiocho in Machabeoꝝ libro le-
gif. Jussit coinquinare sancta / ⁊ sanctū populū Israel:
iussit edificare aras / et tēpla / et idola: vt immolarent
carnes suillinas ⁊c. Sequit dolēda nimis ⁊ iniuriosa
cōparatio. Posuerūt hierusalem velut pomoꝝ custo-
diarū. Q̄s scema dicit parabole: q̄n res sibi genere
cōparat. Custodiaria siquidē pomoꝝ dicunt rusticuria:
que sibi horroꝝ cultores ad depellēdam solitis iniuriā
⁊ ad custodiēdas furū improbas manus frōdibus / fo
lijsq̄ cōmunit: que mox vt pomorū tēpus absces̄erit / tāq̄
inutilia derelinquūt. Qua propter gētes que
Hierosolymā vastauerunt / illam tēpli pulchritudinē
singularē sic cōtēptibilē putauerūt tangꝫ casellulam
pomoꝝ: que vilis / atq̄ despecta trāsacta estate dese-
rit. Unde ⁊ Isaias dicit Relinquet filia sion velut vin
bracullū in vinea: ⁊ sicut tugurū in cucumerario. [Po
suerūt † mortalia seruorū tuoꝝ escas volatilibus ce-
li: carnes sanctorū tuorū bestijs terre]. Postq̄ de di-
uini tēpli est conquestus iniuria / venit ad hominū ne-
ces: vt eos post sacrilegij culpas / homicidij reat⁹ ar-
gueret. His tñ aliquid mai⁹ adijcit: vt crudeli imma-
nitate trucidatos / feris etiā abijcerēt insepultos. Cō
temptus siquidē corporū mortuorū non ad paruā re-
fert inuidiā. Nam si sepelire est pietatis officiū: vola-
tilibus celi abijcere magne crudelitatis cōstat exem-
plū. Dicēdo aūt Seruorū tuorū / martyres significat:
qui in illa captiuitate copiosa p̄secutione floruerunt:
sicut in libro ipso legit Multi de populo israel obtinue
rūt / ⁊ cōfortati sunt in eis vt nō māducarēt immūda:
⁊ elegerūt mori magis / q̄ cibis a dñovettis coinqui-
nari. Sequitur Carnes sanctorū tuorū bestijs terre.
Una res duplici varietate describit: vt diuersitas cru
delis facti audituz possit iudicis exaggerare pissimi.
Non em̄ sufficerat mortuos volatilibus tradere: nisi
et feras ꝓmitterent eorū corpora laniare. [Effuderūt
sanguinē † eoruz sicut aquam in circuitu hierusalem:
et nō erat q̄ sepeliret]. Adhuc in ipsa exaggeratione
remorat: ne cito trāsiret ab alio / q̄s atroci cōmissum vi
debat exēplo. Dicēdo em̄ Sicut aquā / crudelibus fa
ctis auget inuidiā: vt ita sibi crederet humanū sangui
nem effundere licuisse: quēadmodū solet aqua sine alt
cui⁹ culpa decurrere. Nā q̄ addidit In circuitu hieru
salem / et nō erat q̄ sepeliret: nefandissimā copiā scele-
rate cedis ostēdit: vt nō solū intra vrbē / verūetiam cir
ca muros ciuitatis tātū / peuenisset exitiū: q̄ten⁹ deuo-
tione sepulture null⁹ implere valuisset: dū par cōditio

ETY.

RHyE.

Alt. polluerunt.

Alt. in.

Alt. custodiam.

SCHyE.

DEY.

1. Macha. 1

Isa. 1.

Alt. morticina.

1. Mach. 1.

Alt. ipsoꝝ
tangꝫ.

cūctos inuolueret: sicut in anteriore psalmo dicit Ju-
uenes eorū comedit ignis: ⁊ virgines eorū nō sunt la-
mētate. [Facti sum⁹ opprobriū vicinis nostris: † deri
sui et cōtemptui his qui in circuitu nostro sunt]. Glo-
riam illam hierosolymorū toto orbe mirabilē vsq̄ ad
opprobriū dicit venisse vicinorū: vt quāta prius nobi
litate resplēduit / tāta postea abominatione fordaret:
sicut ⁊ Hieremias in lamētationibus ait: Quomodo
sedet sola ciuitas que abūdabat populis: facta est vt
vidua que multiplicata erat in nationibus: princeps in
regionib⁹ facta est in tributo. Et paulo post. Hec est ci-
uitas que dicebat corona gñe / iocūditas vniuerse ter-
re. Sequit Derisui / et cōtemptui his q̄ in circuitu no-
stro sunt. Eadem repetita diuersitate cōgeminat: vt il
lud q̄s dixerat opprobriū / clarius mōstraretur. Dicit
em̄ hebraeos fuisse derisui: q̄ prius fuerāt dñi deuotiōe
reuerēdi. Contemptui vero tūc sunt habiti / q̄n eos ca
ptiuitati traditos videbāt: q̄s⁹ prīdē tot regna cessisse
cognouerāt. Nec vacat q̄ additū est Qui in circuitu
nostro sunt: quia ꝑ grauiora sunt opprobria q̄ vicinitas
nouit dū assidua reputatiōe suscipit / q̄s longinquita-
tis beneficio minime sustinet. Sic totus iste textus a
principio crescēs: Schema istud nobilissimū facit / q̄s
vocat Auxesis: latine vero nuncupat augmentū. Ubi
sunt oratores q̄ ad artē verisimilē veritatis officia trā
stulerūt? Ecce quibus argumētis agit simplicitas in-
geniosa: nō malicios calliditas. [Usqꝫquo dñe irasce
ris in finē: accendet velut ignis zelus tuus:] Venit ad
secūdam partē: in qua piū iudicem rogat / nevsq̄ ad fi
nem irascat genti iudaice: q̄s se venturū ꝓpheratū sa
cris predicatiōib⁹ indicauit. Sāct⁹ em̄ vir q̄uis ma-
la paterent / sciebāt se a dño minime deserēdos: sicut
alius psalmus dicit Castigans castigauit me dñs: et
morti nō tradidit me. Prophetie quoq̄ spiritu denū-
ciat fieri que puidebat esse vētura. Tēpore siquidem
ipius captiuitatis Mathathias vnus hebraeoꝝ zelo pa
terne traditiōis incēsus: q: videbat ad idoloꝝ culturā
ciuitū populum trahi / collegit reliquos fideles: atq̄ in
exercitū regis Antiochi cum filijs suis tāta indigna-
tiōe ꝑsiluit: vt se ⁊ a iugo seruitutis exueret / ⁊ impata
sacrificia gloriosissime respuisset: intantū vt quēdam
iudeū idolis immolantē / supra ipsas aras amore san-
cte deuotiōis extingueret. [Effunde irā tuā in gentes
que te nō nouerūt: ⁊ in regna que nō inuocauerūt nomē
tuū]. Postq̄ narrauit hebraice gētis grauissimas
calamitates: nūc petit a iusto iudice vt vastatores eo-
rū afflictiones sustineāt / qui nomen eius omnimodis
nesciebāt. Effunde irā tuā dicit: id est supra aduersa-
rios indignationē tua abundāter emitte: vt sicut nos
illi cōprimunt / ita tuis virtutibus obruātur. Sciebat
em̄ humanā victoriaz tādiu posse ꝓualere: q̄diu diui-
na potētia pmisisset. Et cū dicit Que te nō nouerunt /
culpas mitigat iudeoꝝ: q̄m ⁊ si multi deliquerāt / erāt
tñ inter eos q̄ dñicis iussiōib⁹ seruiebāt. Istos em̄ di-
cit merito ꝑsequēdos: qui nomē dñi omnimodis igno
rabāt. Sic culpa q̄ excusari nō potest: supplicijs crimi-
nis collatione leuiat. Hec vacat q̄ ante dixit In gen-
tes: postea In regna. Prius em̄ populis imprecatus
est: deinde ipsis regnis q̄ talia fieri crudeliter impera
bāt. [Quia comederūt Iacob: ⁊ locū eius desolauerūt]
Pro gēte q̄ peccauerat gratissimi patriarche nomen
obiectū est: vt recordatio sanctissimi viri ꝓpi delicta
mitigaret. Que figura dicit Antep⁹ posopon: quādo p
hoie ingrato ponit ꝑsona gratissima. Dicēdo em̄ Co-
mederūt / significat comedi fecerūt. Seuitiam impie

Alt. subsannatio et illusio.

Alt. iniquitatū nostrarum nimis.

Alt. antici-

Alt. forte.

Alt. in gentibus.

Alt. vltio sanguinis.

Apoc. 6.

Universidad Biblio

dñi no iudicio vindicenk. Que vindicta accipiēda est ad modū quē dixim⁹: q̄ beati viri crudeliter se nō expetūt vindicari: cū acceperint monita: Orate p inimicis vestris: benefacite his qui oderūt vos: ꝛ hīs sīlia. Ad postremū ipse dñs preceptoꝝ suoꝝ potētissimus executor in cruce posit⁹ ait: Pater ignosce illis: q̄ nesciunt quid faciūt. [†Intret in cōspectu tuo gemitus compeditoꝝ. Scūm magnitudinē brachij tui: possidē filios † mortē punitorū]. De illis dicit/quos p nomine dñi vinxerat irreligiosa gētilitas: qui crebris gemitibus omnipotēti dño supplicabāt/ vt eius ecclesia in fratribus nō deficeret: etiā si ipsos imminēs pena consumeret. Sācti em̄ viri talia semp petūt/que ad fidei augmenta pficiunt. Sequit Scūm magnitudinē brachij tui possidē filios mortē punitorū. Nimis pia subornit ꝛ affectuosa precatione filios eoꝝ dñs a sua possessione pisciat/qui p eius religiōe mortē puniti sunt. Innumera em̄ tūc ibi turba martyrū fuit: quoꝝ posteros dñs desiderāt possidere: ne aliquo errore vitient. Ille siquidez qui nos possidet/diabolica in nobis iura nō prevalent. [†Redde vicinis nostris septuplū in sinu eoꝝ: improperiū ipsoꝝ qd̄ exprobrauerūt tibi dñe] Tale est Redde: quale qd̄ superius ait Vindica: qd̄ et si afflictionē tribuit corpoꝝ: salutem tñ efficit aiarum. Vicinos/finitimos dicit: de quibus superius ait Facti sumus opprobriū vicinis nostris. Septuplū/pfectionem significat muneris celestis: qd̄ accipimus/qñ spiritus sancti illuminatione complemur. De quo ꝛ alio loco dictū est Argētum igne examinatū terre purgatū septuplū. Quod ad cōversionem ipsoꝝ non est dubiū ptinere: qñ sic recipiūt/ vt in bonis partibus commutenk. In sinu eorum/vtiq; in aiarum secreto debemus accipere: vbi semp fit gloriosa cōversio. Sequit Improperiū ipsoꝝ qd̄ exprobrauerūt tibi dñe. Fecerunt iniurias/dicāt laudes: fuerūt increduli/sint deuotiexteriterūt superbi/fiant humiles. Tunc em̄ dño gloriose vindicatus agnoscit: qñ maledicoꝝ ore laudat. [Nos autē populus tuus/ꝛ oues † gregis tui: cōfitebimur tibi in † secula]. De illis (sicut arbitror) dicit reliquis: qui Mattathie studio cōgregati/legem dñi custodire meruerūt. Iste revera sunt oues dñi: que eius gloriam cōfitēres/in fidei firmitate manserūt. Potest aūt hoc ꝛ generaliter accipi: vt tibi mixtus videatur ꝛ populus christianus: qñ (sicut sepe dictum est) ex duobus populis cōgregatio facta est vna sctoꝝ. Intuendum autē est lamentationē suam qua suauitate cōclusit: vt dñi dicat esse gregē/ p quo deuotissimus supplicabat ne diuti⁹ trascerek eis/quos suos esse meminneret. [†Et in seculū seculi narrabimus laudē tuam] Hic illam tāgit futuri seculi beatissimā psalmodiam: quā chorus sanctorū sine cessatione dicturus est: non vt alios instruat/ q: ibi nullus erit indoctus: sed vt honorem debitum reddētes/ preconioꝝ ipsorum suauitate pascantur.

Alf. pascue tue.
Alf. seculū.
Alf. in generatiōe ꝛ generationem annūciabimus tibi.

Conclusio.

¶Secundus iste iam psalmus est: qui honorabilem hierusalem pia lamentatione defleuit. Sed sciēdum q̄ septuagesimus tertius captiuitatē cōtinet: quā pertulit sub Romanis: iste vero Antiochi regis deflet sacrilegam/ꝛ crudelissimam vastitatē. Considerandū quoq; ꝛ alta mente cōdendum est: qd̄ charitatis studio cōmonemur ecclesie de bonis letari/ ꝛ iterum calamitatibus eius vehemēter affligi. Legitur enim Felices qui gaudēt in pace tua: et felices omnes qui contristabunt̄ in omnibus flagellis tuis. Quapropter cōuenit vt qd̄ vnicuiq; fidelium

puenerit/ad nostros dolores primitatis studio trāsferamus: sicut apostolus dicit: Si quid patitur vnum membrū/compatiunt̄ omnia membra: siue glorificatur vnum membrū/cōgaudent omnia membra. Hinc enim charitas illa precelsa conquirit: hinc predicata vnitas inuenitur. Et si causam boni istius altius perscruteris: hinc ꝛ illa celestis affectio gignitur/que dñi ecclesiam locupletari monstratur. 1. Cor. 12.

¶Explicit expositio in psalmum. 78.

¶In finem p his qui immutabūtur: testimonium Asaph. Psalmus. Lxxix.

QUi regis israel intende: q̄ deducis velut ouem ioseph. Qui sedes super cherubin: manifestare coram effraim/ beniamin/ et manasse. Excita potētiam tuaz ꝛ veni: vt saluos facias nos. Deus conuerte nos/et ostēde faciē tuā: ꝛ salui erimus. Dñe deus virtutū: quousq; irascēris sup oratiōne serui tui? Cibabis nos pane lachrymarū: et potum dabis nobis in lachrymis in mēsura. Posuisti nos in ꝯtradictionē vicinis nostris et inimici nostri subsannauerunt nos. Deus virtutū cōuerte nos: ꝛ ostende faciē tuam et salui erim⁹. Vineā de egypto trāstulisti: eiecisti gētes/ꝛ plantasti eā. Dux itineris fuisti in cōspectu ei⁹: ꝛ plātasti radices eius/ꝛ impleuit terrā. Operuit mōtes vmbra ei⁹: ꝛ arbusta ei⁹ cedros dei. Extēdit palmites suos vsq; ad mare: ꝛ vsq; ad flumē ppagines ei⁹. Ut quid destruxisti macerią eius: et vindemiāt eam omnes qui pretergrediūtur viam? Exterminauit eam aper de silua: ꝛ singularis ferus depastus est eā. Deus virtutū cōuerte: respice de celo et vide/ et visita vineam istā. Et pfice eam quā plantauit dextera tua: ꝛ sup filium hois quē cōfirmasti tibi. Incēsa igni ꝛ suffossa: ab increpatiōe vultus tui peribūt. Fiat manus tua sup virū dextere tue: et super filium hois quem cōfirmasti tibi. Et nō discedimus a te viuificabis nos: ꝛ nomen tuum inuocabimus. Dñe deus virtutū conuerte nos: ꝛ ostēde faciē tuā/ꝛ salui erimus.

DOctis viris et in auditorio christi salutariter eruditis: si quis vsitata repetere conek offendit. Nam cuz omnia tituli istius verba iam nota sint: restat vt hoc qd̄ nouiter dixit Testimonium Asaph perquirere debeamus Iste Asaph ante trepidus/ante sollicitus: qui p synagoge peccatis visus est psalmis priorib⁹ exorare: tanta nūc presumptione completur/ vt iam cōmutatis in melius testimoniis cōversionis prebere videatur. Dicit em̄ de primo aduētu dñi saluatoꝝ: qui holem deterioratum lege peccati/ad sanctē cōuersatiōis dona perduxit: translatāq; vineā de egypto potētie sue radice solidauit. Hoc est qd̄ dicit Testimonium p his q̄ immutabunk. Cantatur ergo hymnus iste de aduētu

viri agricultoris/ꝛ vinea dñi: vt iam non obscuris/sed manifestis p̄cibus eius postulek aduentus. Qui psalmus eiusdē rei secundus esse dinoscitur. Divisio.

ASaph iste qui titulus precinuit cōmutatū In prima sectione dñi deprecak aduentū. Secūda testatur quemadmodū vinea que est ecclia/toto orbe sit dilatata. Tertio loco incarnatiōis eius beneficio p similitudinē vinee visitare deprecak ecclesiaz: seqs dño postulat adherere.

Expositio.

Alf. ouem. Alf. manifestare. DES.

QUi regis israel intende: qui deducis velut † oues ioseph. Qui sedes sup cherubin † appare]. Per secundā specie definitiōis que grece Epicomatice dicit: latine nostro nuncupat: magno desiderio venire christus dñs postulat: vt per id qd̄ facit/planissime indicatus esse videatur. Nam ista species definitionis nō per substātiam: sed p actus suos vnūquēq; personam indicare cognoscitur. Recte igit dicit regi celi et terre Qui regis israel: cuius arbitrio ꝛ creata sunt/ꝛ administrant vniuersa. Sed quis oia in eius potestate sint posita: illa tñ regere dicit/ que se tractare celesti querelatiōe nouerūt. Ideo em̄ subiunctū est Israel: q: ipsos ppitius regit qui eū puro corde respicūt. Israel em̄ interpretatur (sicut sepe dictū est) vir mente videns deū. Intēde: ac si diceret: Supra nos lumē tue pietatis infunde: vt q̄ per nos sumus tenebrosi/aspectus tui reddamur claritate cōspicui. Sequit Qui deducis velut oues Joseph. Joseph/fidelem populū debemus aduertere: q̄ sic in caulas dñi deducit: quasi oues ad pascua cōgregauit. Nam ꝛ ipsum nomē Joseph/significat sine opprobrio: qd̄ deuoto populo certū est cōuenire. Et nota ppria verba singulis data fuisse p̄sonis. Regit qui israel est: deducit qui Joseph est. Addidit Qui sedes sup cherubin appare. Cherubin/plenitudo sciēte interpretat: in qua christū dñi insidere manifestum est. Sz qñ adhuc in secreto sue maiestatis erat/ rogat vt beneficio sancte incarnatiōis appareat: quatenus fideles suos firmissima credulitate consolider. Et vide q: trina inuocatiōe versus iste cōtextus est: vt ola cooperari sanctā significet trinitatem. [Coram † effrem/ beniamin/et manasse. Excita potētiam tuā et veni: vt saluos facias nos]. Ista nola constat esse gentis hebraice: ante quos vt appareat/spūali virtute deprecat: hoc est vt (sicut promissus fuerat p ꝓphetas) ex iudeoꝝ gente nascat. Sed qñ non incalium hec nomina more scripture diuine videk aptata: interpretationes eoꝝ studiosissime requiramus. Effrem/significat fructificatio. Beniamin/filius dextre. Manasses/oblitus. Has virtutes inesse cōstat dño saluatori. Fructificauit em̄: qñ ad tēpus corpore trucidato/ad perpetua celoꝝ regna surrexit. Filius dextre: id est filius omnipotētis patris. Oblitus/illud indicat: quādo iniuriarum suarū oblitus/in cruce positus p iudaico populo supplicauit. Orabat ergo vt in his virtutibus veniret quas euz facturū esse nullatenus ambigeret. Sequit Excita potentiam tuam ꝛ veni: vt saluos facias nos. Quātam nobis vtilitatē p incarnatiōe dñi nouerat esse tribuendam: tanto studio deprecak vt excitet potentiam suā/ꝛ veniat ad pctā humani generis abluēda. Quod em̄ desiderū/que preces/quevota sufficiāt illud expetere/qd̄ mundū possit a sua impietate saluare: Deus † virtutum cōuerte nos: ꝛ ostēde faciē tuam ꝛ salui erimus]. Qm̄ credebat in se mirabilia facienda/iuste deū inuocauit virtutuz: qui solus prevalet de

INTER.
INTER.
Alf. effraim.
IDI.
Alf. non hz.

incredulitatis morte liberare. Et q: se nouerat esse diuinitū: cōuerti se magnopere postulauit. Hoc enim cuique cōuenit facere: nisi virtutū dño qui solus potens est que vult vniuersa cōplere? Post cōversionis aute beneficiū apte sequit Ostende faciem tuā: q: solet diuinitus homines tam cōuerso corde respicere. Vnde et addidit Et salui erimus: euidēter significat dñm saluatorē cui⁹ reuera sumus incarnatiōe saluati. [Dñe deus virtutū: quousq; irascēris † in oratione serui tui?] Hoc de illo tēpore sentiēdū est: quo Asaph venire dñm postulabat. Et q: p dispensatione divina erat aliquatenus differendū: dicit Quousq; irascēris in oratione serui tui: vt nō illa tam puenire facies/que p̄misisse cognoscēris? Et intuere pietatē ac desiderū supplicantis. Irati sibi dñz credebat: qñ humano generi subuenire tardabat. [Cibabis nos pane lachrymarū: et potū dabis nobis in lachrymis in mēsura]. Posiq; se differri posse presensērat: enumerat mala que passurus erat populus hebreoꝝ. Dicit em̄ Cibabis nos pane lachrymarū: significās eos sub afflictiōe victuros. Panis em̄ lachrymarū: vita est plena doloribus: sed tñ in ea dñi miseratione cibamur: quādo cladibus eruminisq; nō extinguimur: sed potius crudimur. Sequit Et potū dabis nobis in lachrymis. Pus dixit panem: mūc dicit et potū. Ista em̄ duo sunt quibus vuit ois humanitas: vt panem p qualibet esca ponas/potum p omni potione. Nam qd̄ tēpus a lachrymis cessare poterat vacui: quibus ꝛ ipsa refectio videbat esse pioratio? In mēsura/in distributo modulo dicit: sicut ait apls. Fidelis deus q̄ nō patietur vos tentari supra id qd̄ potestis: sed faciet cum tentatiōe etiā puentū vestrū vt possitis sustinere. [Posuisti nos in cōtradictionem vicinis nostris: et inimici nostri † deriserūt nos]. Contradictio gētilis illa cogitāda est: que aduersum predicatores christi prauis cōtentiōibus erigebatur: credēs illa se posse defendere/q̄ in templis suis videbat adorare gētiles. Sine magis illud tēpus commemorare videk/qd̄ in superioribus dixit: q: sub rege Antiocho dū aliqui iudei sacrificarēt idolis: cōtradicebant his q̄ legem dñi custodire videbant: ꝛ ideo vicinos parētes debemus aduertere/qui eis primitate generis adherebant. Sequit Et inimici nostri deriserūt nos. Merito inimici deridebāt: inter quos tā nefariū videbāt esse certamen/vt pars eoꝝ in pristina religiōe cōstaret: pars aūt idolis coacta seruiret. [Dñe † deus virtutū cōuerte nos: ꝛ ostende faciem tuam/ꝛ salui erimus]. Repetit versum qui iam superius ante hos tres posuisse monstrak: q: desideratis mos est frequēter repetere/que magnis precibus postulat adueniri. Ipa est ergo facies: id est presentia christi: p quā salui facti sumus. Ipsa/per quā laqueos mortis euasimus. Ipsa denig; que ꝛ indignis/ꝛ cōfitentibus celoꝝ regna largit. [Vineā † ex egypto transtulisti: eiecisti gētes/ꝛ plātasti eam]. Venit ad secūdam sectionē: in qua per mysticas figuratiōes que fuerint gesta cōmemorat. Quod schema dicit Metabole: vnde ret frequens iteratio subvarietate verboꝝ. Per hos em̄ sex versus vsq; ad tertiam divisionē: vinea ista describitur. Vineam em̄ dicit hebreoꝝ gentē: quā posita in typo cōstat ecclesie: vnde fidelium nata est cōgregatio populoꝝ. Vinea quippe a vitibus dicta est. Hanc ex egypto deduxit magnis/notisq; miraculis/ꝛ expulsis gentib⁹: id est ammoreis/cetheis/iebuseis: ceteris q; aliis finitimis eoꝝ: tanq̄ mirabilis plātaut agricola. Hoc est testimoniū redditum de immutatis hebreis:

Alf. super.
Alf. subsannauerunt.
Alf. non hz.
Alf. pe.
SCRIPT.
ETY.

qꝫ continet in titulo. Vinea siquidē ecclesie ⁊ hic pulcherrime cōparat: qm̄ sicut illa inter solita caduca necessarios infert fructus: sic ⁊ ista inter turbas vmbratiles peccantiū omnak fruge sanctop: q̄ seculi hui⁹ afflictione tangꝫ torcularibus preſſa, fa pozē nozūt emanare dulcissimū. Sine q: fossa pius ꝓficit, ⁊ potata multiplicat: qꝫ soli merito dak ecclesie, que solet passiōis falce crescere: et ꝓsecutionū plagis in sancto populo semp augeri. Sed hec vinea quemadmodū ꝓmuersum mundū dilatata sit: subter edicit. [†Uitā fecisti in cōspectu eius: ⁊ plantasti radices eius, ⁊ † repleta est terra]. Isti vinee fructuose que mūdi spacia cōprehdit, viam fecit dño: dū eius cōspectibus apparere dignatus est. Ipsa em̄ ꝓficiendi fuit causa: vt suū videret agricolam, et ab eo imbrē predicatōis acciperet: quatenus fructus suauissimos perearet. Sequit Et plātasti radices ei⁹: ⁊ repleta est terra. Radices eius sunt ꝓphete celestis regis opatiōe plātati: ex quibus illa felices palmites tendēs, vniuersum mundū quasi amenis fideiumbraculis occupauit. [Operuit mōtes vmbra eius: et arbusta eius cedros dei]. Latitudo et altitudo istius vinee decēter exponit. Illos em̄ nouit operire quos nutrit: qm̄ eius vmbra fructificat: ⁊ amplius facit crescere, q̄ magis tegere cōprobatur. Sed qualis est ista vinea que mōtes operit: Utiqꝫ superna qm̄ quelibet altitudo terrarū cuncta sub celo est. Sequit Et arbusta ei⁹ cedros dei. Quia cedros dixit, bene arbusta posuit. Uites em̄ qm̄ in arbores ascendunt arbusta nominank. Sed q̄nis m. 30. psalmo cedros ꝓ superbia designāda positas diximus: rn̄ qm̄ hic est additū Dei, martyres debemus aduertere: q̄ in ecclesia christi inter altissima sunt cacumina constituti. Et hos ecclesia ꝓtegit: qm̄ in eius esse gremio cōprobantur. [†Extēdisti palmites † eius vsqꝫ ad mare: ⁊ vsqꝫ ad flumen ꝓpagines eius]. Palmites, significāt discipulos dñi: quibus ipse in euagelio dicit Ego sum vitis vera, ⁊ vos palmites. Mare, cunctarū gentiū vult intelligi sanctissimā credulitatē. Extēdisti em̄ dicit: qm̄ ab Hierosolymis hec vinea ꝓ apkos predicatiōes in cūctas mūdi partes extēsa est. Accipere em̄ localem nō possumus: de qua ā dictū est: Plātasti radices ei⁹: et repleta est terra. Propagines aūt eius filios regeneratiōis dicit, q̄a flumine Jordane manauerūt: vbi dñs in exemplū nostre salutis baptizari dignatus est. [Ut quid † deposuisti maceriā eius: ⁊ vindemiāt eam oēs q̄ † transeūt viam]. Istius vinee que a vdaico populo vncit originē, mirak cur fuerit euersa munitio: hoc est dñi subtracta defensio. Maceria est em̄ de solis lapidib⁹ cōstructa custodia: que solet vineas defensabiliter circuire. Et merito tali ꝑbo in supiore trā slatione ꝓmansit. Sequit Et vindemiāt eā oēs. Hic vindemiāt, in malo positū debemus accipe: sicut ⁊ Hieremias dicit Uide dñe ⁊ cōsidera, q: vindemiasti nos: sacerdos ⁊ ꝓpheta de sanctuario tuo defecerūt. Uindemiāt ergo dicit: diripiūt atqꝫ cōculcāt: qꝫ a trāseūntibus fieri solet, qui predicti di studio labozes auferre nitunk alienos. Uindemia dicit, qm̄ vua viti demitk: qꝫ etiam isti vinee deus ꝓ Isaiam ꝓpheram minat. Destruā maceriā eius, ⁊ erit in direptionē: et destruā parietē eius, ⁊ erit in cōculcationē. Addidit Qui transeūt viam. Uētes significat, que viam. i. christum dñm transeūtes: in idolozū sacrificijs iugiter ꝓmanebant. [Exterminauit eā aper de sylua: ⁊ singularis fer⁹ depastus est eā]. Exterminauit, extra terminos atqꝫ patriam suā vbiqꝫ dispersit: qꝫ in gente cōtigit iudeozū.

Hoc est qꝫ superius ait Undemiāt eā. Aptū Uespasianū fozsitan debemus accipere: qui illis extitit ⁊ fortis, et seuus. Per hoc aūt nomen significatur indeis fuisse cōtrariū: qui hoc animal inter cetera habere videbank immundū. De sylua. s. de gētibus: que merito syluis squalidis cōparāt: qui adhuc insiti de fructuoso germine non fuerūt. Aper enim dictus est ab eo qꝫ in locis asperis commozet. Singulare aūt ferū, Titū eius filiū memozat: qui reliquias belli tanta populatiōe cōtriuit: vt gentē, et ciuitatem quasi herbarum pabula terribili depastione cōsumeret. Necesse enim fuit hoc vinee cōtingere: cuius maceria videbatur esse deposita. Spiritualiter aūt a per ꝓpter ferocitatem ⁊ fozsitudinē nimiā, diabolus intelligi potest. De sylua aūt dixit: q: cogitatiōes eius agrestes, aut eqꝫ semper exiſtunt. Et nota qꝫ his sex versibus qui predicti sunt: vinea ista describik per quartā speciē definitionis: que grece Hypographice, latine descriptionalis appellak. Hec adhibita circunstiōe dictozū, factozūq; rem de qua queritur, competēti significatione declarat. [Deus virtutū cōuertere: respice de celo ⁊ vide, ⁊ visita vineā istam. Et ꝓfice eam quā plantauit dextera tua: ⁊ super filium hominis quem cōfirmasti tibi]. Relatis omnibus que superius cōtigerunt, Asaph venit ad tertiam sectionem: in qua rogat vt omnipotēs agricola visitet vineā dissipatā, quam plātare dignatus est: ⁊ respiciat super filiū hominis quē cōfirmauit sibi. Cōmutatus quippe in melius, hoc singulare remediū rebus omnibus expetebat: vt christo dño supplicaret. Cum dicit Deus virtutum conuertere: petit eum vt supplices suos serenus aspiceret, ⁊ periclitantibus subueniret. Sequit Respice de celo et vide: scilicet quibus fluctib⁹ laboret humanitas, quibus peccatis ad inferna rapiak: et delectetur vitijs vnde eam perpetua morte constat extingui. Cum autē dicit Uisita vineā istam, et dirige eā quam plantauit dextera tua: aduentū sancte incarnationis exposulat: vt presente cultoze suo vinea plantata ꝓficiat: sine quo nec fructus inferre poterat, nec ꝓficuam habere culturā. Addidit Et super filiū hominis quem cōfirmasti tibi. Omnino declaratum est qꝫ superius dixit Uisita. Filius quippe hominis christus est dño ex Maria virgine genitus: a patre natus ante omnia secula. Quinqꝫ cōfirmatus est: quando de ipso veritas paterne vocis insonuit dicēs: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: ipsum audite. [Incensa igni, ⁊ † effossa † manu: ab increpatione vultus tui peribunt]. Incēsa igni, ⁊ effossa manu: humana vitia significata debemus aduertere. Incenditur quippe aliquis igne cupiditatis, siue caloze supbie: quādo crimina nefanda cōmiserit. Effossa vero manu sunt: cum per operationē sceleratam alijs preparamus insidias: ⁊ decipe revolumus nesciētes, dū nos in ipsam magis foueam cozruimus. Hec ergo peccata ab increpatiōe vultus dñi peribunt: quando illis dicēdum est Ite in ignem eternū: qui paratus est diabolo, et angelis eius. Non em̄ vlterius visuri sunt: quem ꝓpter sua scelera perdiderunt. [Fiat manus tua super virum dextere tue: et su per filiū hominis quem cōfirmasti tibi]. Grande sacramentū, grande munus diuinitatis exponitur: qꝫ tādiu fozsitan dubitari potuit q̄ Israel saluus fieret, donec salutaris dominus aduenret. Illo em̄ veniente ꝓmissio tota completa est: nec vlterius ab ipso discedit ecclesia, que sponsi sui spirituali dilectiōe conjuncta est. Nam cum dicit Fiat manus tua sup virum

dextere tue: operationē sancte incarnationis exposcit.

Ps. 43. Ipse est enim dextera patris: de quo alio loco dicit: Non enim in arcu meo sperabo: et gladius meus non saluabit me: sed dextera tua ⁊ brachiū tuum ⁊ illuminatio vultus tui. Deinde more suo ꝓpter explanationem repetit quod superius dixit: Et super filiū hominis. A cōmuni tungendū est. Fiat manꝰ tuanda est operatio sancta ad effectū ꝓmissa perducat. Filius enim hominis: idēipse est dño Ihesus qui etiam dextera patris est. Sequitur: Quē cōfirmasti tibi. Confirmatus est vtiqꝫ apud homines: sicut iam dictū est: quādo

Wath. 3. de ipso vox paterne veritatis insonuit dicens: Hic est filius meꝰ dilectus in quo michi bene cōplacui: ipsum audite. Quod nō piget eiusdē exempli iteratione declarare: quando ⁊ in auctozitate eadem verba constat esse repetita. [Et non discedimus a te: viuificabis nos et nomen tuum inuocabimus]. Ad superiora respicit pars ista vocabuli. Dicit enim. Fiat manus tua super virum dextere tue: id est vt mittere digneris filiū tuū: qui reum mundū liberet a crimine peccatozū. Et non discedimus a te: id est quē semel mente concepimus: cozdis oculis iugiter intuemur. Nec a te deuotionem: nostram possumus amouere: cuius aduentre filiū magnopere cognoscimus expetisse. Et que sit vtilitas ab ipso non discedere: consequenter exponitur. Uiuificabis nos ⁊ nomen tuū inuocabimus. Uiuificabis nos: quando peccatozum morte deposita ex aqua ⁊ spiritu sancto renascimur. Nomen autem eius inuocabimus: hoc significat quomā dñi Ihesu institutione salutari in oratione quotidiana nomen patris iugiter inuocamus. [Deus deus virtutū cōuerte nos: ⁊ ostēde faciē tuā ⁊ salui erimus]. Que suauitas: q̄ sit vtilitas verficult huius hinc datur intelligi: qm̄ in hoc psalmo triplici eum repetitione memozauit: vt quasi prati florifert planicie tensaꝫ per ordines certos iocūditas roset colozis ornaret. In ista siquidem breuitate: regulā totius religionis exponit. Primū est enim: vt nos dño cōuertat. Deinde: vt ostendat facie suā. Tertio: vt saluos efficiat. Non enim anteq̄ cōuertat ostendit faciē suam: nec saluat nisi nos prius lumine sue pietatis inspexerit. Quapropter versus iste mēte cōdendus est: quia per ipsuꝫ sub breuitate petimus quicquid nobis expedire monstratur. Conclusio.

Uimus Asaph istū cōmutatū cōstat in melius: qui vineā Ihesu dilatatā toto orbe cōspexit: ⁊ palmites ei⁹ mōtes obūbrare vidit ⁊ cedros. Spectaculū reuera beatū cuius amenitas ipsa cogitata refectio est: vt toto mundo vna vinea vmbrā faciat suis frondib⁹: ne q̄s fideliū reddatur sole fuscatus. De

Ps. 120. quib⁹ scriptū est: Per diē sol non vret te: neq̄ luna per noctē. Uerū ista vinea ꝓ botris mustuosis scīos infert fructꝰ: martyres creat: ꝓphetas educit: apkos gignit: fideles edit innumeros: et quicquid in ecclesia sancta gloriose geritur: isti simulitudini decenter aptatur.

Explicat expositio in psalmum. 79.

In finem pro torcularibus Asaph quinta sabbati. lxxx.

Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Sumite psalmum ⁊ date tympanum: psalterium iocundum cum cithara. Buccinate in neomenia tuba: in insigni die solennitatis vestre. Quia preceptuz in israel est: et iudicium dei iacob. Testimonium in Joseph posuit illud: cum exiret de terra egypti linguā quam non nouerat audiuit. Diuertit ab oneribus dozsum eius: manus eius in cophino seruierunt. In tribulatione inuocasti me et liberaui te: exaudiui te in abscondito tempestatis: probaui te apud aquā contradictionis. Audi populus meus et contestabor te: israel si audieris me nō erit in te deus recens: neq̄ adorabis deum alienum. Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuum et implebo illud. Et non audiuit populus meus vocem meam: ⁊ israel non intendit michi. Et dimisi eos sm̄ desideria cozdis eozū: ibūt in adinuentionibus suis. Si populus meus audisset me: israel si in vys meis ambulasset. Pro nichilo fozsitan inimicos eozū humiliassem: ⁊ sup tribulantes eos misissem manum meam. Inimici domini mentiti sunt ei: et erit tempus eozum in secula. Et cibauit illos ex adipe frumenti: ⁊ de petra melle saturauit eos.

Ro torcularibus: ecclesiam significari superiozib⁹ est titulis indicatū. Sed quomā ibi hanc prefigurationem in vuarū expressione posuimus: nunc in vuarū vindemijs explicemus. Cum tunsus acernus oliuarū subiectus fuerit agricolarū arte ponderibus: nimia q̄ ceperit pressura torqueri: ⁊ amurcā cenosam ⁊ olcum pinguissime puritatis emanat. Quod in ecclesie persecutionibus fieri posse non dubium est: quando ⁊ deo puras mentes declarat: ⁊ fecilentas conscientias euidenter assignat. Quinta vero sabbati: significat a sabbato quintū diem: quando dominus in conditione rerū ex aquis creauit animalia: sicut Genesis lectio decursa testatur. Dixit deus: pducant aque reptilia ānt- Gen. 1. marum viuarum. Hoc ad baptismatis gratiam similitudine decoza cōiungitur: Que reuera animalia vna sua fecūditate producit: dum sanctificate aque immaculatos reddunt: quos pollutos propijs sceleribus acceperūt. Sed vt partibus res expositas in vnā sertem colligamus: intentio tituli talis est: vt in finem designet dominū Ihesum: Pro torcularibus ecclesiam: Asaph congregationem: Quinta sabbati baptizatos. Unde colligitur psalmum in ecclesia domini regenerate congregationi esse locuturum. Hic enim Asaph ad hystoriam quidem loquitur iudeis: sed melius spiritualiter intelligitur de populo christiano.

Diuisio.

In prima parte psalmi loquitur Asaph fidelibus: vt per organa diuersa musicorū laudes debeant domino personare: quoniam multa beneficia suo populo prestare dignatus est. Secūda verba sunt dominū cōminantis ne idola colantur: sed ipse solus adoretur qui prestare ꝓfutura munera cōsuenit. In tertia parte: Asaph ex sua iterū persona reloquitur: arguens infideles cur fallaces exiterint: cum eis dona domini

coptosa largitate collata sint. Expositio.

EXultate deo adiutori nostro:iubilate deo iacob]. Asaph iste quē sepe diximus significare synagogam:populos cōmonet fideles vt non delinat cū summa leticia deo laudes dicere: qui eos a seuissimis periculis est dignatus eripere. Adiutori autē qō dixit:verus deꝰ tall verbo declaratur:quia ficticius deꝰ non est adiutor: sed elisor:nō sanās sed vulnerās:non subleuans sed valde demergens. Nostro enim dñi dicit: deuotos se cōmonere testat. Jubilate dictū est a iuuādo:id est delectādo:vt quibꝰ non poterat exultatio verboꝝ sufficere: in abundantissimā atq; inexplicabilē leticiā psilirēt:dolens gaudentibꝰ animis dño debere gratias agere:nō cōfusos aliqua anxietate cantare. Hā si terrena despicimus:semp ex illo letissumus:ad quem mens incerta atq; titubans nō potest quentre. Jacob / significat populū christianū:cui anteriꝰ synagoga consentit:dum ad istū per gratiā translatū est:quod illi cōstat ablatū. Hi sunt quos dixit Quinta sabbati:qui de sacra scitz regeneratione nascūtur. [Sumite psalmū z date tympanū:psalteriū iocundū cum cithara]. Organa quidē ista vtraq; musica sunt:sed causas continere ꝓbantur egregias. Dicit enim: Accipite psalmū z date bonas operas. Psalmus enim ad diuina ꝺba ptinet intimanda: qm̄ cōformatio ipsius canorū ventrem (sicut sepe diximus) habet in capite: qō merito ad psalmū referꝝ. qui semp resonat supna mysteria. Tympanū est:quod tenso corio quasi supra duas (vt ita dixerim) metas sibi ab acuta parte copulatas solet resonare percussuꝝ: sicut hominū corpus: dum pro dño tribulatione quatitur: ad supna mādata dulcius reꝑatur. Hoc ergo cōmonet:vt accipientes diuina verba dño debeamus offerre terrena:quia tunc deo bene damus tympanum dū elemosynas facimus:cū teuuijs corpus affligim⁹: cū vitia seculi cū suo auctore nichilomin⁹ despicim⁹. Addidit: Psalteriū iocundū cum cithara. Admonet etiā z hec duo ꝺ iocūdissime copulari: vt z verba dei que in psalterio continentur: et cithara que humanos actus significare cognoscitur an vnā societatē debeāt cōuenire: qr vtrūq; melos sibimet copulatū:dño probat acceptū. Psalteriū enim:idē significat qō psalm⁹. Cithara: qō tympanū: sed diuersitate nominū easdē res sub breuitate cōclusit. Nam quēadmodū cithara cōtra psalteriū cōformata sit: frequenter expositū est. In hoc aūt z sequenti versu iterū nobis enthymematicus:id est rhetoricus syllogismus eliceſcit eodē modo. Canere preceptū est in israel z iudicū deo iacob: Cantandū est igitur in mitio mēsis tuba in die insigni solēnitatis eoꝝ. Modo reliqua ꝑscrutemur. [†Canite initio mensis tuba: in die insigni solēnitatis vestre]. Preceptū fuerat inter alia iudeis:vt a primo die septimi mensis:septem diebus canerent: quod hodieq; carnaliter faciunt:nō intelligentes ideo fuisse iussum:qm̄ spiritus sancti gratia septiformis baptizandis erat toto orbe predicanda. Unde nunc fideles admonet christianos: vt laudes dñi precentali debeant voce cantare:cum noue regenerationis fuerint gaudia cōsecuti. Tuba enim cū ponitur:grandisonis aliquid predicari clamoribus indicatur. Sed z alius ꝓphēta dicit: Exclama z exalta sicut tuba vocē tuam. Cōsiderandū est quoq; q per organa musice discipline et psallere dño et die precipimur solēnitatis implere: vt sicut illa rediguntur ad dulcisonū melos et in vnā cōuenientiam suauiter colliguntur:ita ois actus noster redigatur ad

SYL. Al. buccinate in neomenia

dñm:z iocundissima modulatione eius auribꝰ offeratur. Est em̄ discipline ipsius magna vis delectabilisq; cognitio: quā doctores secularū litterarū (largiente deo qui cōcedit omne quod vtile est) fecerūt doctrinabili lectione cognosci:que in rerū natura prius tenebatur abscondita. Prima ergo huius discipline partitio est: armonica:rhythmica: metrica. Secunda partitio instrumētoꝝ eius est:in percussionalia: in tensibilia in flatilia. Tertia diuiditur:in symphonias sex. Quarta diuiditur in tonos quindecim. Sic totius virtus pulcherrime istius discipline talibꝰ pulcrorū distinctionibus explicat:per quos modos in secularibꝰ libris multa quidē legimus ostensa fuisse miracula. Sed vt fabulosa forte taceamus: per citharā canorū Dauid legimus a Saule fugasse demonū:muros hiericho clangentibꝰ tubis ꝓtinus corruisse:lectio diuina testatur: vt dubiū non sit musicos sonos:iubente tamen ac permittēte dño: magnas plerūq; fecisse virtutes. [Quia preceptū in israel est:z iudicū deo iacob]. Dicit causam quare debeant tuba canere: quia lex data est per Moysen in israelitico populo:qua cognita nullus peccare debuisset. Judicium autem deo iacob:id est deo christianoꝝ. Ipse enim rationalē creaturā celesti veritate iudicauit: sicut in euangelio ait: Pater non iudicat quēquā: sed omne iudicium dedit filio. Hac ergo dispensatione mirabili: dñm constat esse laudandum: qui z legē dedit z iudicū futurū sue maiestatis innotuit. Jacob enim diximus significare ꝓpm̄ sequentē: qui adoptatus per gratiā Christi pme districtionis ꝓcepta superauit. [Testimonū in ioseph posuit: † cū exiret de terra egypti: linguā quā non nouerat audiuit]. Joseph:significat augmētatio:cuius nominis interpretatio testimonū est hebrei populi: qui de terra egypti multiplicatus exiuit. Sed hoc ad nostram generationē cōpetenter aptatur. Hā sicut ille per maris rubri vndas saluatꝰ electus est: sic nos a terra egypti: id est a vitijs carnalibus absoluti sacra vnda regenerante renascimur. Nec nomē ipsum maris vacat: quia sicut illud rubrū ꝓstat dictata z hec aqua rubra potest nuncupari: que vna cū sanguine de latere dñi Saluatoris exiuit. Sequitur: Linguā quā non nouerat audiuit. Linguā hic:nouū testamenti precepta debemus aduertere. Hā si sermones intelligas: quomodo linguā quā non nouerat populus hebreus audiuit: dum Christū dñm locutū cōstet hebraice? Hoc ergo dicit: quia ꝑ euangelū audierūt linguā:id est ꝓcepta: que ꝓtinus eoꝝ noticia non habebat. Siue illud significat tempus:quādo apostoli spiritu sancto repleti:linguis ignotis et variis sunt locuti. [Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt]. Et hoc quāuis ad hystoriā dicti videatur:quando in egypto iudeoꝝ populus diuersis necessitatibus seruiebat: modo vt lateres faceret: modo vt terram cophinis exhiberet: tamen illud christianoꝝ partibus diligentius applicamus: a quorum dorso auertit deus onera peccatoꝝ: quando se felici humilitate prosternunt: sicut ipse dicit: Venite ad me omnes qui laboratis z onerati estis z ego vos reficiam. Cophinos aūt dicimus: per quos sordium purgamenta proijcimus: vt loci puritas eluceſcat. Manus ergo suas in eis tenent: qui peccatorum immunditijs occupantur. Sed de hac seruitute liberamur a domino: quando sceleꝝ nostroꝝ sordibus exclamat. [In tribulatione inuocasti me et liberaui te: exaudiui te in abscondito tempestatis: probaui te † ad aquam cōtradictionis]. Al. apud

Matth. 11.

DEF.

Joan. 5.

Al. illud

Jam quidē dñi Saluatoris verba referuntur: z poterat esse diuisio: nisi post versum istū diapsalma sequeretur: vbi magis cōpetentius credimus esse faciendū.

SLYE. Sed qm̄ persona mutata est: hoc schema dicit Ethopeia: quotiens aliquē introducim⁹ ad loquendū. Imputantur enim nobis beneficia: vt grauior estimetur offensa. Ipse enim nos de tribulatione liberauit: ipse in abscondito angustiā nostre tempestatis exaudit: Sed ꝓbat nos in cōtradictionibꝰ hereticoꝝ: quando aliquibꝰ altercationibꝰ velut venti flatibꝰ excitamur. Nam si ad hystoriā referas: aquā cōtradictionis dicit: quando in deserto fluenta israeliticus populus incredulis mentibus expetebat. [Audi populꝰ meꝰ † et loquar israel et † testificabor tibi: israel si me audieris non erit in te deus recens: neq; adorabis deū alienū]. Intertecto diapsalmate qō nobis est in diuisionibus magnopere custodiendū: venit ad secundā partē. Sed cū sit anterius loqui q̄ audire: hic prius positū est Audi: vt advertas ad intelligentiā potius dictū: nō ad auriū transitoriū sonū. Dicit enim: Populus meꝰ: vt illā sequestraret amurcā: que torcularibꝰ ecclesie tanq̄ pars fecilenta ꝓiicitur. Ille est enim populus dei: qui nescit cū malis aliqua morū permixtione cōfundi: sed in olei pinguedine ac puritate in Christi gratia mūdissimus perseuerat. Sequitur: Israel z testificabor tibi. Cum hic ante iudicē soleant testes produci: ipse dñs iudicij testē se dicit esse veritatis: vt nullus de factoꝝ suoꝝ cōpensatione dubitaret: vbi talis astipulator existeret: Quod tamē cōsequenter exponit. Testificatur enim dñs: qñ in illo iudicio maiestatis sue vnicuiq; dederit ꝓ factoꝝ suoꝝ qualitate sententiā: vbi testibus opus non erit vt iudicetur: sed ipsum iudicij actuū nostroꝝ testimonij habit. Dicturus est enim iustis: Esurini z dediſtis michi māducare: sitiui z dediſtis michi bibere: z reliqua. Impijs aūt q talia nō fecerit imputabit: ita fit vt iudicij eius nō sine testimonio esse videatur. Addidit: Jsrael si me audieris: non erit in te deus recēs. Repetit israel: vt se familiarē intelligat: z ad iussa dñi obedienter vota cōuertat. Magnū enim sacramētū vno verbo cōcludit: vt tā tūc vētura hereſis veritatis sententia vinceretur. Dixit enim: Non erit in te deus recens: ne verbū patris quisq; putaret esse sub tēpore.

DOC. Hā ille recens est: qui antiquioꝛē habet. Quapropter si recēs nō potest dici: coeternū debet mentis sanitas cōfiteri. Et ne possit aliqs deū Christū recentē dicere quē de Maria virgine natū esse cognoscit: cui⁹ humanitas facta ꝓbatur esse sub tēpore: dicit: Non erit tibi deus recēs: qm̄ ipse est qui ante oīe principiū genit⁹ de patris substātia equalis cū eo coeternitate consistit: regnās per infinita secula seculoꝝ. Unde mirabili sanctoꝝ cōpendio patres nostri duas naturas ꝑmanere in vno dño Christo vnitas atq; perfectas dici z credi maluerūt: vt omniū hereticoꝝ morbosa ac fetida eructuatio tanq̄ hiatus pestifer salubri remedio clauderetur. Jn te aūt quod dixit: significat in corde tuo: vbi debet veritas nō falsitas inuentri. Adiecit: Neq; adorabis deū alienū. Cū supra interdixerit coli recentem deū nō debere: hic adorare deū vetuit alienū: vt nempe sit scelus recentē deū putare: z nefanda idolis deuotione seruire. Intelligant ergo arriani quibꝰ sociati sint: qui se a catholica sanitate disiungūt. [Ego † sum dñs deus tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuū z imple illud]. Redduntur iuste cause quare deus adorari nō debeat alienus. Primū: q deꝰ noster immutabilis atq; eternus est: qui de se dixit: Ego sum q̄ fuz. Deinde: vt omnia intelligeremus ad ipso fieri quecūq; nobis profutura succedūt: Ait: Qui eduxi te de terra egypti. Que scḋa species diffinitionis grece Enneomatice dicit: latine notio nuncupatur. Hec ista modo semp efficitur: cū vnusquisq; de factis ꝓpijs iudicat: que z ipsi tm̄ nō z alijs videant accidere. Sed hoc cū iudeis ad hystoriā dicit: christianoꝝ generalitas commonet. Educit enim nos de terra egypti: q̄ p regenerationis gſam a peccatis teterrimis liberat: quibꝰ tenebamur obnoxij: cū manus nostre (sicut ait superius) in cophino seruiebāt. Sequit: Dilata os tuū: z implebo illud. Dilata/diuulga/dissemina ꝓfitendo vtiq; vel admonendo: vt illa velis loqui que digna videant auditu. Tūc enim sensus spirituali gratia repleꝝ: quādo in laudes dñi os dilatatū esse cognoscitur: vt hoc per ipsius gratiā inchoemus: z eius munere cōpleamus: sicut dicit apostol⁹: Dilatamini z vos: nolite iugū ducere cū infidelibus. [Et nō audiuit populus meꝰ vocē meā: z israel nō intendit michi. Et dimisi eos ſm † desideriū cordis eoꝝ: z ibūt in † volūtatibꝰ suis]. Quāuis impleuerit dñs prophetarū ora dilatata: dicit eos auditos non fuisse ab israelitico ꝓpło: dū eius minime iussa cōpleuerit. Jlle enim sue plebi tanq̄ oleo loquebatur: sed amurca non poterat audire: que erat velut inutilis respuenda. Addidit: Et dimisi eos ſm desiderīū cordis eoꝝ: z ibūt in volūtatibꝰ suis. Sequit vltio digna peccati: Non enim dimittit impunit⁹ qui a dñi tuitione deserit. Jlle enim quos reliquit affligit: quia maloꝝ olim retributio est tanta bonitate fraudari. Putat enim peccator genus esse beneficij: dū suis voluntatibꝰ ꝙmittatur expleri: dū dicat apostol⁹: Tradidit illos deꝰ in cōcupiscentias cordis eoꝝ in immūditiā: z reliqua. [Si † plebs mea audisset me: israel si in vijs meis ambulasset. Pro nichilo † inimicos eoꝝ humiliassem: z super tribulantes eos misissem manum meā]. Querendū est quare plebē dixerit suā: que eū nō erat auditura? Suā dixit: qi ei legē dixit: miracula magna monstrauit: vt culpa creſceret cū in eum plebs electa peccasset. Et nota quēadmodū se in hoc primo versu subsequētia verba declarāt. Quod dixit Plebs mea: hoc significat ꝓ israel. Quod ait Audisset me: hoc vult intelligi: Si in vijs meis ambulasset. Jlle enim z audit dñm z in vijs eius ambulat: qui mandatis ipsius non reperitur aduersus. Et vide ordinē fuisse seruatū. Primo enim est docere nos: ac deinde audita complere. Sequitur premiū quod mereri non potuit indeuotus. Ad nichilum inimicos eoꝝ humiliassem: z super tribulantes eos misissem manum meam. Generaliter sunt accipienda que dicta sunt: quia tūc ille resistit inimicis nostris: quando ei fuerimus humili satisfactione deuoti. Nam si deo male agēdo resistimus: ille iterum nostris non contradicit inimicis: nec manum defensionis super eos ponit qui se ab ipso superba reluctatione subduxerint. Unde intelligere debemus quando a nobis auertitur: non esse pietatis defectum: sed magne vltionis aculeū. Suspenditur enim interdum a defensione sanctoꝝ: quando tribulationibus et afflictione tentantur. Sed iustos sic tentari patitur: vt non deserat. Impios autem sic tribulari permittit: vt se ab eis reddat alienum. [Inimici dominī mentiti sunt ei: et erit tempus eoꝝ in † eternum]. Post verba dominī redit Asaph ad tertiam partem: inimicos eius digna execratione redarguens. Mentiuntur enim: qui bonis se pollicitationibus obligantes: in pessimos iterū relabuntur errores. De paganis

2. Corin. 6.

Al. desideria

Al. adimmēsionibus

Rom. 1.

Al. populus meus

Al. forsitan

Al. secula

Exo. 3.

enim dici non potuit qui nulla fuerāt dñi promissione cōstricti. Et ne forsitan quod eos florentes in hoc mūdo vides: crederes iam relictos: addidit In eternum erit tempus eox: scilicet punitionis: quādo illis dicet
Matth.25. Esa.66. Ite in ignem eternū. De quibus etiā legitur: Vermis eox non morietur: z ignis eox nō extinguetur. Quod
SCHE. schema Eclipsis grece: latine defectus dicitur: sed nō qui per ignorantiā deficit: sed qui se vt potissimū quaAl. Et
Al. illos ratur abscondit. [†Cibauit † eos ex adipe frumenti: et de petra melle saturauit eos]. Hic pietas creatoris exponitur: vt inimicos: id est ingratos beneficijs suis
DEF. repleuerit quos superi⁹ dixit fuisse mētitos. Ex adipe frumēti: siue māna significat: siue corpus dñi Ihesu. Adipem quippe dicimus animalū pinguedinē corpulentiā: quod nomen ad frumentū abusiue translatū est: vt significaret ei interi⁹ aliquā inesse bonitatē. De petra melle: hoc est de sapiētia Christi: qm ipse petra est: de quo superne doctrine mella manauerūt. Saturauit eos dixit: id est sancta predicatione compleuit: sed perfidi ieiuni fuerunt fide: qui auribus aggrauati audire noluerunt. Conclusio.

¶ Redeamus nūc ad sententiā superiorem: z more apū dulcissimis floribus insidētes assidua repetitione suauia mella carpamus: qz res salutaris quotiēscūqz repetit: necessaria semp inde sumūtur. Qua propter studiosissime pquiramus quare sit dictū: Non erit in te de⁹ recens: si reuera volumus esse Israel. In hoc enim verbo fidei totius virtꝰ sanctissima cōtinetur. In hoc sermone ineffabilis illa maiestatis natura declarata est. Nā si deus recens nō accipit: coeterna sibi sancta trinitas sine dubitatione sentit: qz iunior ibi nō est vbi senior nō ꝓbatur. Eternus est igit pater: eternus filius: eternus spūs sanct⁹. Distinctio enim in psonis: vnitas cognoscit in natura. Omnipotēs pater: omnipotēs filius: omnipotens spūs sanctus: trinū quidē nomen: sed vna virtus: vna potētia. Filius a patre incomprehensibiliter genitus: spiritus sanctus a patre z filio ineffabiliter ꝓcedens: potestas non accidēs: sed individua manēs. Sūmitas soctabilis: regnū sine fine: gloria sempiterna: quę sola creat: sola peccata dimittit z celoz regna cōcedit. Sequitur:
DEF. Neqz adorabis deū alienū. Deus alienus est: qui in scrilegas culturas demētiū hominū prauitate puenit: non essentiā deitatis habēs: sed honorē falsę maiestatis accipiens: nō qui homines creauit: sed q̄ est ab hominib⁹ fabricat⁹. Alienus reuera: qm alienata mente repert⁹. Hoc si vtrūqz refugimus: veri dei gratiā promeremur: qui nouit de se male sentientes abijcere: et recte credentibus beneficia digna prestare.

¶ Explicit expositio in psalmum. 80.

¶ Psalmus Asaph. lxxxi.

DEus stetit i synagoga deoz: in medio aūt deos diiudicat. Usqz quo iudicatis iniquitatem: z facies peccatoz sumitis? Judicate egeno z pupillo: humilē z pauperē iustificate. Eripite pauperem: et egenū de manu peccatoris liberate. Nescierunt neqz intellexerūt in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamēta terre. Ego dixi dij estis: et filij excelsi oēs. Vos aūt sicut homines moziemini: z sicut vnus de principib⁹ cadetis. Surge deus iudica terram: qm tu hereditabis in omnibus gentibus.

DIctū est in prefatione: psalmos vniuersos esse dauticos: sed hos qui vocabuloz diuersitate prenotantur: ꝓpter intelligentiā nominū suoꝝ in titulis fuisse perscriptos. Ponit enim hic Asaph: qđ indicat synagogam: que dñm Saluatorē corporea quoqz psentia meruit intueri: qm dignatū est verbū caro fieri: z in gratia nostre viuificationis occidi. Meniqz psalmus ipse sic inchoat: deum stetisse in synagoga deoꝝ. Nec illud omittendū esse dijudico: quare synagogā antiqui vocitauerint: quā nūc ecclesiā christianis tēpoib⁹ nuncupamus. Synagoga est generaliter dicta cōgregatio: non satis exprimens hominū cetū. Ecclesia vero cōuocatio nuncupatur: que de diuersis gentib⁹ aggregata colligitur. Cōuocari enim ad illos pertinet qui ratione precellunt: vt intelligamus ecclesiā dei z nomine creuisse semper z meritis. Diuisio.

ASaph: quem pro significatione sui nominis in titulo cōstat appositū: ꝓtra iudeos de Christi aduētu: per totū loquitur psalmū. In prima parte cōmonēs eos in eox medio cōstitisse: ideo nō debere illos consortiū suscipere peccatoꝝ. Secūda parte admonet: vt intelligāt ipsum esse Christū qui in assumptione carnis pauper z egenus esse videbatur. Tertio loco dicit eos honoratos vt filij dei fierent: sed ipsos in mortis laqueos suo vitio corruisse. Expositio.

DEus stetit in synagoga deoꝝ: in medio autem deos † discernit]. Uno verbo Jesus Christus mirabili nobis brevitate declaratur. Ipse enim de⁹ stetit in synagoga: qui z sedet ad dexterā ptis. Situs enim isti corporales sunt. Nā si maiestatē eius intendas: vbiqz totus: vbiqz plenus est: nec potest dici a natura deitatis stare vel sedere: qui nulla loci determinatiōe cōcludit. Sed iste Asaph in spectatione illuminatus: deū clamat Jesum christū in synagoga stetisse: cui nisi est impiorum turba restitere: vt affectu paterno corrigeret: quos in seipsos potius cognouerat insanire. Sic enim de ipso z Joānes baptista dicit: Medius autē vestrū stat quē vos nescitis. Addidit etiā Deoz: vt euidentius de hoibus dictū aduerteres: inter quos corporaliter habitasse cognoscitur Christus: sicut Ihieremias ꝓpheta ꝑdixit: Post hec in terris visus est: z cū hominibus cōuersatus est. Nā hoc de hoibus dictū septuaginta. Unde z ad moysen dicit: Cōstitui te deū pharaoni. Et inferius psalm⁹ ipse dict⁹ est: Ego dixi dij estis z filij excelsi oēs. Sic enim z filios dei: hoies vocamus. Quod si ad naturā deitatis referas: vnū est verbū quod veraciter ac ꝓprie sic debeat nuncupari. Dicimus nōnunqz abusiue deos z superas potestates sicut ait apostolus. Et si sint qui dicant dij: siue in celo siue in terra: nobis tamē vnus est de⁹ pater. Sequitur Jn medio aūt deos discernit. Ecce adhuc incarnatio eius situ corporeo declarat. Nā cū dicit Jn medio: locale spaciū significat: qđ turbis ambigētib⁹ cingebat. Discernere enim ad presentiā ptinet intellectūqz diuinū: qui nos de massa peccati eripit: z ad celoz regna pducit. Unde etiā apostol⁹ dicit: Quis enim te discernit? [†Quousqz iudicatis iniqtatē: z facies † peccatiū sumitis]? Dicendo Quousqz: prauā consuetudinē
Matth.25. Joan.1. Baruch.3. Exo.7. 1.Corin.8. 1.Corin.4. Al. Usqz q̄ Al. pctoꝝ

longi temporis accusauit. Suscepte siquidē legi durissime restiterunt: directis prophetis mortes pessimas intulerūt: vehemētē dei filiū crucifigere q̄ honorare maluerūt: vt merito sit dictū Quousqz: cū etiā z ipsum creatorē quātū ad volūtatē eox attinet inficere decreuissent. Facies autē sumitis peccantiū: dictū est ꝓpter eos qui se in illa seditione crucifixionis discernere noluerūt: sed cū furentib⁹ furierūt: cū insanientibus clamauerūt: factę illā peccantiū terris vultibus induerūt. Nā si facie fuissent diuisi: z acrib⁹ quoqz poterant segregari. [Judicate pupillo z egeno: humilē z pauperem iustificate]. Intersecto diapsalmate: venit ad secundā partem in qua cōmonet eniztus iudeos vt debuissent intelligere quē videbāt z aduerterēt humilem ꝓpter se factū cui celoz potestates dominationesqz deseruiunt: Pupillū fuisse qui rector est omniū: Egenū qui donādo nescit expendi: Pauperem cuius sunt oia que in celo z in terra creata sunt. Ipsum ergo
DOB. cōmonet iustificari: quē iudeoꝝ ꝓteruia desiderabat extingui. Pulcre autē dictum est Pupillo: cui pater carnalis humana solatia non prebebat. Nā sicut ante mundi cōstitutionē verbū sine matre fuit: ita tempore incarnationis sue idem ipse dñs Christus exiuit sine patre terreno. [Eripite pauperē z egenū de manu peccatoris liberate]. Ad illos hec verba fieri sentiuntur qui manus suas quidē in nece dñi minime miscuerūt: sed contra sceleratas presumptiones obuiā ire noluerūt: vt z illū a pernicie corporali liberarent: z se a consensu prauitatis exuerent. De quibus et alibi dicitur:
Esa.56. Canes muti nescierūt latrare. Ipsi ergo cōmonentur ne desinant intuitu traditū eripere: qui erant iniquo facinore peccaturi. Nam cū possis obuiare peruersis: si desinas aduersari: cōsensus erroris est. Pauperē vero et egenū de dño Saluatore dici posse frequēter expositum est: qđ ipse dicitur dei filius: sicut est illud:
Pō.2. Dñs dixit ad me: filius meus es tu. Omnes autē filij eius vocantur: qui sanctis iussionib⁹ acquiescūt: sicut
Joan.1. in euāgelio legitur: Quotquot aūt receperūt eū dedit eis potestatē filios dei fieri. Intende vero qđ per ternamdecimā speciē definitionis: quā greci Cara analogian: latini iuxta rationē dicunt: homines dicuntur
Pō.68. Pauper z dolens ego sum. [Nescierūt neqz intellexerunt in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terre]. Uera cōclusio breuisqz sentēcia: nō illos intellexisse auctorē luminis: q̄ in tenebris ambulabāt.
1.Corin.2. De quib⁹ dicit apostolus: Si enim cognouissent: nūqz dñm gloie crucifixissent. Sequitur: Mouebūtur ola fundamenta terre: vt veraciter de quo dicta sint superiora possis aduertere. Signū dicit qđ in crucifixione dñi constat euenisse: sicut euangelij doctrina testatur:
Matth.27. Terra mota est: petre scisse sunt: z reliqua. Hoc enim si in causas alias transferatur: si cui ꝑdi iudet voluntas: nullatenus poterit cōuenire. Terra vero mota: potest et spiritualiter accipi: quia illo tempore multi peccatores: id est terreni homines viso tanto miraculo crediderūt: ex quibus Centurio exclamauit dicēs: Uere filius dei erat iste. [Ego dixi dij estis: z filij excelsi oēs] Uenit ad tertiā partē: ad apostolos z iustos reliquos verba cōuertens. Hoc enim honorabile nomē solis fidelibus datur: de quibus superius dixit: De⁹ stetit in synagoga deoꝝ. Promissiones ergo tales acceperāt: vt si mandatū dñi custodirent: filij vocarentur excelsi: per gratiā vtiqz non natura. Solū enim verbū est: qđ substātialiter z ꝓprie dicitur dei filius: sicut est illud:
Ibidem
Pō.2. Dñs dixit ad me: filius meus es tu. Omnes autē filij eius vocantur: qui sanctis iussionib⁹ acquiescūt: sicut
Joan.1. in euāgelio legitur: Quotquot aūt receperūt eū dedit eis potestatē filios dei fieri. Intende vero qđ per ternamdecimā speciē definitionis: quā greci Cara analogian: latini iuxta rationē dicunt: homines dicuntur
DEF. dij z filij dei: que tunc exoritur quādo maioris rei nomine res diminutur inferior. Hoc etiā argumentū com
LOP parationis: referitur a minore ad maius. Minores sunt enim hoies q̄ dij. [Vos autē sicut homines moziemini: z sicut vnus de principib⁹ cadetis]. Superiorē versum dixit ad iustos: nūc ꝑba deflectit ad ipsos. Increpat enim incredulos: qui mori potius per superbiā q̄ per obedientiā viuere maluerūt. Dicēdo enim: Sicut homines: significat vtiqz peccatores: q̄ nullo precio sunt redempti: nec de obnoxijs facti sunt liberi. Adiecit: Et sicut vnus de principibus cadetis. Unū de principibus significat diabolū: qui de celo proiect⁹ corruit: et penā sue peruersitatis inuenit. [Exurge de⁹ iudica terrā: qm tu hereditabis in olbus gentibus]. Cui dicitur Exurge: nisi illi qui previdebatur occidi? Judica terrā: eidem ipsi dicitur: de quo scriptū est: Cū autē
Matth.25. venerit filius hominis in maiestate sua: et omnes angeli cū eo: tunc sedebit super sedem maiestatis sue: et cōgregabuntur ante eum oēs gentes: Hereditabis in gentibus: terrā scilicet quā superius dixit: illā quā beati possidebunt: z eternā iocunditatem magne felicitatis accipient. Conclusio.

¶ Audite iudei de aduētu dñi: Asaph iste locutus est. Quid colitis si prophetarum vestroz dicta nescitis? Uenite ad catholicos sacerdotes: a quib⁹ aperientur
DOB. aures vestre vt possitis dono dñi diuturnam euadere surditatem. Hos quoqz psalmi huius primo versu curamini: qui nestoni z cuticis pestifero vapore feruetis De quo enim dicitur: Deus sterit in synagoga deoꝝ? Et sequitur: In medio autem deos discernit. Stetit vtiqz ab humanitate: discreuit a deitate vnus atqz idē dominus Christus: vtrūqz verum: vtrūqz perfectum est. Talis enim error est: duas naturas diuisas scīm duas personas in Christo dño profiteri: qualis vnam confusam credere quāuis in vnitate persone. Uobis enim Sedulij versus ille dicendus est. Ambo errore pares: q̄q̄ diuersa sequātur. Nam si hominē ad celos non extulit: dicite quem redemit? Formam siquidem serui assumptam legis: non absumptam. Nulli autem datū est tunc perire: quando ne aliquando perire possit accepit. Nam si iam vna natura sub cōfusione magis vestra: o Euticiani facta est vt putatis: quomodo filius hominis ad iudicandum predicitur adhuc esse venturus? Aut quomodo videbunt impij in quē compunxerunt? Deniqz vt hec persuasio funditus tolleretur: post resurrectionē Thome dubitanti ipse respondit: Mitte manum tuam z vide: quoniam spiritus car
Joan.20. nem z ossa non habet: sicut me videtis habere. Considerate etiam que vos sequatur absurditas. Nam cuz ex duabus naturis vnam factā dicitis: aut confusionem prouenisse creditis: aut vnam perisse sine pudore firmatis: quid refugitis confiteri/ quod patribus nostris spiritu sancto reuelante compleuit? Certe si nō vultis duas naturas inconfusas: immutabiles: indiuisas: inseparatas q̄qz credere: dicite duas substantias: dicite duas formas: sicut apostolus ait: Qui cum in
Phil.2. forma dei esset: non rapinā arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens: z habitu inuentus vt homo. Tantum est ne refugientes dogma salutiferum: exitium vobis preparetis eternum. Sciendū vero est: q̄p hic psalmus quintus est eoꝝ: quos de duabus naturis domini Ihesu conscriptos esse prediximus.

¶ Explicit expositio in psalmum. 81.

Universidad de Sevilla Biblioteca

¶ Canticum psalmi Asaph. lxxxij.

DEus quis similis erit tibi: ne taceas neq; cõpescaris deus. Quoniã ecce inimici tui sonuerũt: ⁊ qui oderũt te extulerunt caput. Super populũ tuũ malignauerũt consiliũ: ⁊ cogitauerũt aduersus sanctos tuos. Dixerunt venite ⁊ disperdamus eos de gente: et non memorabit nomẽ israel vltra. Quoniã cogitauerunt vnanimiter simul aduersũz te: testamentum disposuerũt tabernacula idumeox ⁊ ismahelite. Moab ⁊ agareni: gebal et ammon ⁊ amalech: alienigene cum habitantibus tyrum. Etenim assur venit cũ illis: facti sunt in adiutorium filijs loth. Fac illis sicut madian ⁊ sysare: sicut iabin in torrente cyson. Disperierunt in endor: facti sunt vt stercus terre. Pone principes eorum sicut oreb ⁊ zeb: ⁊ zebee ⁊ salmana. Omnes principes eorũ: qui dixerũt hereditate possideamus sanctuariũ dei. Deus meus pone illos vt rotam: et sicut stipulã ante faciem venti. Sicut ignis qui comburit syluã: ⁊ sicut flamma comburens montes. Ita persequeris illos in tempestate tua: et in ira tua turbabis eos. Imple facies eorũ ignominia: ⁊ querẽt nomen tuum dñe. Erubescant ⁊ conturbent in seculũ seculi: et confundantur ⁊ pereant. Et cognoscant quia nomen tibi dñs: tu solus altissimus in omni terra.

¶ Antici psalmi significantiã in pfatione posuimus: et per titulos vbi locus exegit frequẽter edixim⁹: qñ nominũ istox virtus ad illum nos intellectũ trahit: vt in rebus actualiũ ad diuinã ptemplationẽ animos iugiter erigamus. Asaph vero: congregationẽ latina lingua resonare nõ dubiũ est. Sed iste Asaph quotiẽs in medium deducit (sicut tã diximus) non est auctor: ipse carminis: sed ppter nos sui significationẽ virtutesq; psalmox apte titulis videt appositus. Diuisio.

IN Saph qui multa iam in superioribus psalmis de dñi incarnatione predixerat: nunc in primo membro de aduentu eius secũdo dicturus est: experens vt qñ in fine seculi inimici eius p antichristũ nimis erigendi sunt: ipsius cito debeat venire iudicium: ne grauissimi hostis diuturna licentia cunctam vastare possit ecclesiam. Secũdo membro: in eos p similitudines quasdã nominum supplicat vindicari: correctionis voto non maledictionis instinctu. Expositio.

SCIBE. DEus quis similis erit tibi ⁊ ne taceas neq; compescaris deus]. Hec figura dicit Epinalepsis: id est verbi in principio versus positi in eiusdẽ fine repetitio. Considerandũ est quid sibi velit istud initiũ: qñ summa breuitate magnarũ rerũ sacramenta concludit. Quis enim similis erit illi qui celũ ⁊ terrã vel cuncta que in eis sunt momentanea celeritate perfecit? Nam licet dñs Christus qui inter iudeos cõuersatus est: a pfidis homini tantũmodo credit⁹ est esse similimus: intãtũ vt eũ ⁊ flagellis cederent ⁊ sentẽtie prauitate damnarent: ipse tamen vir egregius qui Christũ potentie sue magnitudine ꝓtuebat: merito nullũ ei similẽ esse pfitetur qui carnis veritate vestit⁹ diuinitatis sue iura non minuit: sed cũ patre semp manẽs nobiscũ habitare dignat⁹ est. Ueraciter ergo positũ est: Quis similis erit tibi? Sequit: Ne taceas neq; cõpescaris deus. Sic tã potẽtia illa futuri declarat aduẽtus: qñ nec tacet q̃ iudicat: nec cõpescit qui virtutis sue manifestatione declaratur. Talia enim in primo aduẽtu nõ fuisse manifestũ est: qñ sicut ouis ad occisionẽ ductus est: ⁊ sicut agn⁹ coram tondẽte se: sic nõ aperuit os suũ. Cõpescuit ertiã virtutẽ suã: qñ se passus est quasi reũ teneri: ⁊ pontio Pilato sine aliqua reluctatione cõtradi. Ista enim in futura iudicatione cessabũt: vbi potẽtia diuinitatis eluescet. [Qñ ecce inimici tui sonuerũt: ⁊ q̃ oderunt te extulerũt caput]. Singula singulis reddit. Nã ꝓtra illud qđ ait: Ne taceas: subiũgit: Qñ ecce inimici tui sonuerũt. Contra illud aũt qđ dixit: Neq; cõpescaris: causam reddit: Et qui oderũt te extulerũt caput. Sed hoc totũ ad antichristi magis tẽpora cõpetẽter aptatur: quãdo inimici dñi tumultuosis seditionib⁹ insonabũt. Et bene nõ posuit locuti sunt: sed sonuerũt: vt eis hominũ meritũ negarent⁹ verba: qui voces rationabiles non habebant. Intende ertiã quod plurali numero dixit: Qui oderũt. Et sequitur: Extulerũt caput: dum capita dicere potuisset: sed olbus iſanis vnũ est caput antichristus. Qđ ideo dicit elatũ: qz multa potestate gloriabit: vt se ertiã deũ dicere pſumat excelsum [† In plebem tuã astute cogitauerũt cõsiliũ: et cogitauerũt aduersus sanctos tuos]. Astoria potius q̃ dolẽda conquestio: contra plebẽ dñi cogitasse perituros: ⁊ astuta fallitate: id est dolosa voluntate nisos esse decipere: quos phantur veritatis studia cõmunire. Sed vt amplius eox leuitas exponerek: addidit: Aduersus sanctos tuos: vt nõ solũ mediocribus dolũ: verũ ertiã ipsis quodãmodo celestib⁹ viris inferre conarentur extitiũ. [Dixerũt: venite disperdamus eos de gente: ⁊ nõ memorek nomẽ israel † amplius]. Refert inanta ꝓba dementiũ: q̃ merito superius sonuisse posuit q̃s locutos. Hinc em̃ intẽtione facienda est antichristi pſecutio illa seuissima: vt christianũ nomen de orbe terrarũ: quasi malũ aliqđ fundit⁹ abrogek: nesciẽtes quia dñs seruos christi necare cupitũ: sanctox numerũ assidua persecutione cõplebũt. De gente aũt qđ posuit numero singulari: significat pplm christianũ. Nã quãuis de multis gentib⁹ doceak esse collectus: merito gens dicit vna: q̃ de vno fonte baptismatis noscit esse ꝓcreata. Siue il le pſecutor vnã gentẽ dicere potuit: quos in vnã voluntatem sociatos esse cognouit. Seu p figurã Exallage potest accipi: id est p mutationẽ: qñ p numero plurali ponit singularis. [Qñ cogitauerũt † ꝓsensum in vnũ aduersum te testamẽtũ dispposuerũt]. Testamentũ in diuinis scripturis nõ solũ dicit mortuox: sz etiã pactũ inter viuos habitũ: qñ mẽtes pacisceẽtiũ interueniẽs scriptura testat. Sic em̃ laban ⁊ Jacob fecisse legim⁹ testamẽtũ: dũ aliqua inter se viui pepigisse doceantur. Pactũ em̃ quodã modo ⁊ pditi fecisse dicunk: qñ adunato studio pſequunk eos qui ab eox errore dissentiũt Et inspice qñ dicẽdo Cõtra te: aduersarios fecit inutiliã. Qđ argumẽti genus oratores ad sua studia trãsferẽtes: animos iudicũ solũti sunt oimodis cõmouere.

Al. ismahelite. [Tabernacula idumeorũ et † ismahelitum. Moab et agareni: gebal ⁊ ammon ⁊ amalech: ⁊ alienigene cum habitantib⁹ tyrũ. Etenim assur † simul venit cũ illis: facti sunt in † susceptionem filijs loth].

Al. non hꝫ. Enumeratio istox nominũ quã hi tres versus amplectunk: Christi declarat inimicos.

toto coꝛde tuo:⁊ ex tota alia tua. Sz ⁊ ille ex toto coꝛde confitet/qui totam spem suã ponit in dño:nec in caducis seculi solatijs ꝑsumit/cũ se ad dñm vniuersa mẽtis integritate transtulerit. Nã q; addidit In eternũ: illud significat qñ inter sanctos ei⁹ laudes dño tugiter ꝓsonabit:dum in illa beatitudine ꝓmia ꝓmissa receperit. [† Qñ misericoꝛdia tua magna est sup me:⁊ † eripuisti aiam meã ex inferno inferioꝛi.] Et cõfessio laudis offert:⁊ misericoꝛdie causa subiungit. Dicẽdo eñ Qñ magna est misericoꝛdia tua super me:beneficiũ magnũ nescio qõ edicit. Subiungẽdo aũt Eripuisti aiam meã ex inferno inferioꝛi:causa beneficij declarat. Sed cõsideremus:q; cũ dicat infernũ inferioꝛem infernũ demõstrat esse supius. Argumẽta talia in topicis dicũt cõiugata:que oꝛta ab vno nolie/varie commutant:vt hic positũ est infernũ inferius. Jnfernũ vero nõ irratiõabiliter fortitã arbitramur esse sub terris cũ in veteri testamẽto de Dathan et Abiron legatur Aperuit se terra/⁊ deglutiuit eos:⁊ viui descenderũt ad inferos. Sed quo itinere illuc aie transferãtur:qñ th auctoꝛitate diuina nõ legit/habemus incertũ. Jnfernũ autẽ habere inferiorẽ partẽ euangelij locus ille testat:qui dicit: cũ impiũ diuitẽ vltrix flamma torqueret:leuasse oculos suos/⁊ in sinu abrae vidisse lazarũ. Unde apparet vtroq; apud inferos fuisse/vt se videre valuissent:⁊ illum ex inferioꝛe loco ad superiora oculos eleuasse. Sed licet vtriq; apud inferos esse viderentur: ꝓ meritoꝝ tñ discretiõe superiorẽ locum sanctis/inferiores peccatoꝛibus doctoꝛ Augustinus estimat deputãdũ. Unde nũc gratias agẽs fidelis populus/dicit aiam suam ab inferno inferioꝛi:id est penali esse liberatã. [Deus † immisti insurrexerũt super me:⁊ synagoga potentũ † inquisierũt aiam meã:⁊ nõ ꝓposuerũt † deũ ante cõspectũ suũ]. Uenit ad tertiam sectionẽ: vbi passionis sue mysteriũ/⁊ gloriam resurrectiõis exponit. Loquit eñ deus homo ex forma serui ꝙ id qõ de virgine natus est. Cũ dicit Jniustos/significat iudeos:qui ei reddiderũt mala ꝓ bonis. Q; aũt ait Sup me:vt reum sez diceret innocentẽ:regẽq; suũ plebs insana trucidaret. Synagoga vero potẽtium/ cõgregatio supboꝝ est: que beluino fremitu/⁊ dolosa machinatiõe cõsilij insitiã abijciẽtes:alam ei⁹ admere quesierũt. Addidit qõ sceleratis solet semp mentibus ꝓuenire. Quia nõ ꝓposuerũt deũ ante cõspectũ suũ. Nã quicũq; facinus ꝓpetrat:deũ ante conspectũ suũ omnimodis nõ ꝓponit. Qñ si illũ credat ꝓsentẽ: ꝓtin⁹ a cogitato facinoꝛe reuocat. [Et tu dñe deus miseratoꝛ ⁊ misericoꝛs:patiẽs ⁊ † multũ misericoꝛs:⁊ verax]. Per singula verba laudis maiestas paterna definit. Que species duodecima definitionis est:quã greci Cata epenon/latini ꝓ laudẽ dicunt. Miseratoꝛ eñ est/q; singulis reb⁹ misericoꝛdiã facit. Misericoꝛs q; semp pia est ipa natura deitatis. Patiẽs/q; peccatoꝛes sustinet:et ad votũ cõuersionis inuitat. Sequit Et multũ misericoꝛs. Nõ ideo tale verbum adiecit:q; imbecillitas nostra ipam plus semp accipit/cũ eã frequẽti remissiõe ꝓmeretur. Jntulit Et veraꝛ:q; nescit ꝓmissa sua aliqua imbecillitate subducere. Qñ tñ de patre sic dicit: vt totũ inesse ⁊ in filio/⁊ in spũ sctõ sentiamus. [Respice in me ⁊ miserere mei:da † potestatẽ puero tuo/⁊ saluũ fac filiũ ancille tue]. Misericoꝛdẽ patrẽ/⁊ patientẽ/et veracẽ:a parte qua passus est filius/rogat vt respiciat in eũ: ⁊ celerrima illi resurrectione subueniat. Sic eñ misertus est/vt in ipo illam naturã moꝛtalẽ in gloriã resurrectionis ⁊ eternitatis eueheret: qõ tñ sic a patre postulat fieri/vt a se factuꝝ esse declaret. Jn euãgelio quippe sic ait: Soluite templum hoc:⁊ in triduo edificabo illud. Qñ ne aliter potuisset intelligi:euangelista subsequit. Hoc autẽ dicebat de tẽplo coꝛporis sui. Sequit Da potestatẽ puero tuo:illã sez quã ipse testat Pater nõ iudicat quẽq;: sed omne iudiciũ dedit filio. Puer autez in scripturis

Al.eruisti.

Top.

Al.non hz. Al.bonũ.

Num.16.

Luc.16.

Wat.12.

Al.tniqui. Al.ẽsierũt Al.te in cõspectu tuo

Al.multe mie.

DEſ.

Al.imperium tuũ.

Joan.2.

Joan.5.

sacris ꝓpter innocẽtiam mẽtis sepe ponitur christus vt Jsaias dicit:Qñ puer natus est nobis/et filius datus est nobis. Et iterũ. Ecce puer me⁹/suscipiam eum: electus meus cõplacuit sibi in illo alia mea. Addidit Et saluũ fac filiũ ancille tue. Ancille vtriq; qui de maria semp virgine erat veraciter/et ꝑpe nasciturus: q̃ (sicut supius diximus)angelo sibi partũ annũciante/ dñi se ꝓfitek ancillam. [Fac mecũ † dño signũ in † bono:vt videant qui me oderũt/⁊ confundantur: qñ tu dñe adiuuisti me/⁊ cõsolatus es me]. Signũ dicit ab eo ꝙ ventura significet:⁊ ex hoc qõ videt quiddã nos aliud sentire cõmoneat. Et ideo illum euentum Jone possumus hic fortassis aduertere: qui triduo in vẽtre ceti demoꝛatus/ad similitudinem dñice resurrectiõis est in littoꝛe saluus euomitus. Nam et in euãgelio ita dictũ est:Generatio mala et adultera signũ querit:et signũ nõ dabitur ei/nisi signũ Jone ꝓphete. Uides ergo aliud esse negatũ: sed hoc tm modo cõpromissum. Possumus ⁊ hoc signũ quod fieri postulauit/ad resurrectionem eius competẽter aptare:maxime cũ sequatur Jn bono. Quid eñ illo bono ꝑfectius:quo virtus diuina declarata/⁊ spes credentũ veraci pollicitatione firmata est? Sequit Ut videant q̃ me oderũt/⁊ confundantur:iudei scilicet qui oderunt christũ:quos petit resurrectionis miraculũ videre: vt eoꝝ duritia se debeat immutare. Confundãtur eñ/ad bonum respiciat:qñ qui hic de suo malo cõfunditur/in melioꝛe parte sine dubitatione transferk. Jn isto quippe seculo si cõfundimur emẽdamur: qui autẽ fuerint cõfusi/in illa iudicatione damnant. Addiecit Qñ tu dñe adiuuisti me/⁊ cõsolatus es me. Ibi oꝛdo verboꝝ talis est: vt videant qui me oderunt:qñ tu dñe adiuuisti me/et cõsolatus es me: ⁊ cõfundantur sez quando me viderint esse gloꝛiosuz/quẽ illi despicietũ esse putauerũt. Adiuuisti/pertiner ad cõtradictionem altercãtium/⁊ ad iniusta certamina iudeoꝝ: in quibus illi semp veritatis testimonio superabant. Cõsolatus es/ad persecutiões seuissimas insanoꝝ:quas ille velut tempestatis impetũ patientissime sustinebat. Conclusio.

Consideremus dñi saluatoꝛis a ꝓte qua passus est q̃ humilis ad patrẽ fundat oꝛatio:q̃ oñmodis peccata nõ habuit: sz informãs imbecillitatẽ nostrã/eripi se ab huius seculi periculis postulauit. Quapropter erubescat hũana temeritas esse supba:q̃ se nõ dubitat reã. Christ⁹ ꝓ inimicis oꝛauit/moꝛte patienter excepit:et nos iniurias nostras vlcisci volumus:si detrahẽtiũ sermõib⁹ appetamur. Det ipe patiẽtie mun⁹ q̃ donauit exẽplũ:vt ei⁹ vestigia sequẽtes/mortiferos vitare valeam⁹ errores.

Explicit expositio in psalmum. 85.

Filijs chore ps cantici. Lxxxvi.

Fundamẽta eius in mõtibus sctis: diligit dñs portas sion sup oĩa tabernacula Jacob. Gloꝛiosa dicta sunt de te: ciuitas dei. Memoꝛ ero raab et babylonis scientiũ me. Ecce alienigene ⁊ tyri⁹ ⁊ ppls ethiopũ: hi fuerunt illic. Numq̃d sion dicet hõ ⁊ hõ nat⁹ est in ea:⁊ ipe fundauit eã altissimus? Dñs narrabit in scripturis pploꝝ ⁊ principũ: hoꝝ q̃ fuerũt in ea. Sicut letantiũ omniũ:habitatio est in te.

Propter memoriã reparandã breuiter commoneamus que sepe iaz dicta sunt:q; penem nullam vtilitate putat esse narratũ quicquid fuerit in abolitionem trãmissum. Filij choꝛe/significant fideles christianos:quibus ppheta ciuitatẽ dei predicat/vt eis tãte gloꝛie maioꝛ augeat affectus. Nã cũ dicit Filijs choꝛe/ostẽdit ipis dicẽdũ:nõ ipos esse locuturos. Sequit Psalmus canticũ: vt de huius seculi tabernaculis/ad intelligẽtiam supne ciuitatis eleuemur. Psalmus ei de supioꝛibus sonãs/cõmonet nos celestia cogitare:⁊ in eis hymnica exultatiõe gaudere. Diuisio.

Reuis quidẽ psalmus:sed duob⁹ diapsalmatibus cognoscit esse diuisus:quam nos ꝓpositi nostri memoꝛes suis quodãmodo diuisionem terminis explicamus. Jn prima parte ꝓpheta loquitur ad fideles: celestẽ predicãs ciuitatem. Secũda dñs saluatoꝛ eã diuersoꝝ nominum allusiõe credituram esse ꝓnunciat: increpans synagogã quare ipsa nõ cognouerit deum dum et fides gẽtium deuota crediderit. Tertia parte ꝓpheta vno versu futuri seculi beatitudinem tangit: sic distincta ꝑmutatio psonarũ caliginem nobis cunctam cõfessionis abstergit. Expositio.

Fundamẽta eius in mõtibus sanctis]. Consuetudo humane cogitatiõis est:vt cũ se copiosa ꝑscrutatiõe collegerit/in aliquã partem sue deliberatiõis erũpat. Tale eñ huius psalmi videk initium:vt cũ adhuc ꝓpheta de ciuitate dei nulla premiserit: ita de fundamẽtis ei⁹ disserere videat:quasi aliqua de culmine ipsius ante iã dixerit. Nouus oꝛdo sactus est laudis eximie:vt de fundamẽtis ciuitatis supne ꝓpheta sumere videret imitũ:quatenus magna soliditas totius culminis appareret/cuius ꝓius fundamẽta laudata sunt. Nõ immerito:qñ fundamentũ eius christus est dñs: q̃ sic ecclesiã suã cõtinet/vt nulla possit quassatiõe tituba-

1.Cor.3.

re:sicut dicit apls. Fundamẽtum eñ aliud nemo põt ponere/preter id qõ positũ est:qõ est christus Jesus. Merito ergo ab ipo sumplit exoꝛdiũ:quẽ rerũ omniũ cõstat esse principiũ. Josephus quoq;(sicut a quodã dictũ est)vernaculus iudeoꝝ:in libꝛo. 8. antiquitatũ:titulo.3. multa de tẽpli cõstructione locutus est:qõ a salomone fabricatũ esse dinoscik. Nos ei ⁊ tabernaculũ qõ ei⁹ imago ꝓmitus fuit:⁊ templũ ipm fecimus pingi/⁊ in pãdecte nostro coꝛpoꝛe grãdioꝛe legim⁹ collocari:quatenus qõ scripture diuine textus de ipsis eloquik/oculis redditũ clarius pãderet. Jn mõtibus aũt sanctis/significat apl̃os ⁊ pphetas:q̃ soliditate fidei/ ⁊ excellẽtia sanctitatis montes vocank. Merito ergo tali vocabulo nũcupati sunt: in quibus est vera dei ecclesia cõstitura. [Diligit dñs portas sion:sup omnia tabernacula iacob]. Ecce iam de illa ciuitate loquitur: cuius ante fundamenta laudauit. Que figura dicitur Anastrophe:id est inuersio:quoties ea que supius dicẽda sunt ponunk inferius. Dicit eñ Diligit dñs portas sion. Sion(sicut sepe diximus)mons est hierosolymitanus/interꝑtatus specula:ꝓ quez hierusalem illa futura deceter aduertit. Cui⁹ portas diligit dñs: id est fidẽ/charitatẽ/baptisma/penitẽtiã: et quicquid in illã ciuitatẽ acquisitos ppls intromittit. Siue(vt quidã volũt)duodecim apl̃os significãt:quoꝝ sancta ꝑdicatio fidelibus eterni regis palatia reserauit. Studiose vero ꝙrirẽdũ est ꝙ addidit Sup oĩa tabernacula iacob. Tabernacula iacob/significãt ecclesiam

SCHOL.

JHLEM.

catholica: que modo cōstruitur. Hec cōtra seculi hu-
ius aduersitates expeditionali semp exercitatiōe con
fligit. Et qm̄ ista future illi⁹ hierusalē portat imaginē:
vbi est beata vita/eterna felicitas: merito supra istam
illa spūalis diligi dicit: in qua taz nichil cōfusionis/ni-
chil perturbatiōis esse declaratur. Et intuere q: illa sic
plus amari predicit: vt z ista sine dubio diligi sentiat.
[Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei]. More suo fi-
tura p preteritis ponit. Nā ista ciuitas in secūda par-
te (dm̄ attestante) laudabit: de qua merito gloriosa di-
cta referunt: que creatoris sui cognoscit voce predicā-
da. [Memor ero raab z babylonis: † scientibus me.
Ecce alienigene z tyrus z populus ethiopū: hi fuerūt
† in ea]. Secūda pars psalmi huius velut quedā nu-
bes aperit: de qua dm̄ ronans/fidelibus recordatio-
nis sue munera pollicet: significans per allusiōes no-
minū eos de varijs gētibus colligēdos. Raab mere-
trix fuit: que exploratores Jesu naue ad hiericoventē
tes occulte suscepit: z p aliam partē ne deprehēderen
tur emisit. Cuius vocabulū significat superbiam: que
diuina largitate cōuersa, dm̄ meruit impetrare clemē
tiam. Hec ergo figuram gestat ecclesie: que suscipiēs
alias sup̄bie vitio periclitātes alto trinere: id est humi
litatis z patiētie dimittit ad vitā. Babylon quoq; ci-
uitas est mūdi: que cōfusio interpretat. Indicat ei se-
culi istius populos/qui p̄brosis idolis cecatis mentti-
bus seruiebant: sed misericordia dm̄i illuminati/facti
sunt christiani. Hoc ergo dicit raab z babylōis se me-
more: id est mūdissimus populos: qui tm̄ ad ei⁹ se cultu-
ram humiliter transtulerūt. Sic phariseis sup̄bienti-
bus in euāgelio ipse respōdit Amen dico vobis q: pu
blicani/z meretrices precedēt vos in regnū celoz. Se
quit: Ecce alienigene z tyrus z popul⁹ ethiopū: hi fue
runt in ea. In sensu eodē perseuerat. Alienigene sunt
a iudaico populo quidez extranei: sed illis nō credēti-
bus/in penetralia ecclesie sunt recepti: sicut in actib⁹
aplorū dicit: Vobis quidē oportebat loqui verbū dei,
sed q: repulistis illud/z indignos vos iudicastis eter-
ne vite: ecce cōuertimur ad gētes. Tyr⁹ significat an
gustiā: que de penitētium afflictiōe p̄creat. Populus
ethiopū/qui peccatoz fuerant obscuritate terrenit:
sed in ista dm̄i ciuitate collecti sunt/de quibus refulgē-
tiū sanctorū numerus in illa patria cōpleat. Ecce ipa
sunt que p̄dixit versus ille superior Gloriosa dicta sunt
de te ciuitas dei. Nā quid gloriosius q̄ vt tanta fedi-
tas prius errātium populoz in vnam sancte ciuitatis
pulchritudinē cōueniret: Et memēto q̄ gen⁹ istud lo-
cutiōis scripture diuine p̄prium esse iam diximus: sez
vt p nominū interpretatiōes voluntas possit intelligi
dictiōis. [†Mater sion dicet homo/z homo † fact⁹ est
in ea: z ipse fundauit eā altissimus]. Ecclesie catholi-
ce matrē synagogā forsitan hoc loco nō incōuenienter
aduertimus: quā per sion montē frequenter intelligē-
dum esse iam diximus: que ex maxima parte populo-
rū solū hoiem dicebat dm̄m saluatorē: q: deū nec cre-
dere/nec intelligere merebat. Et hic figēda est media
q̄m illud q̄d sequit/sensum alterū videlicet intromit-
tit. Sequit quippe Et homo fact⁹ est in ea: q̄d tā con-
firmatiue legendū est. Non esset hic sic dicit hominē fa
ctū: sicut superius synagoga dixit. Ille esset errādo so
lum hoiem putauit: nūc autē dm̄s de se cōfirmat dissmt
tiua sententia. Et homo fact⁹ est in ea: q̄m reuera assum
pta carne deus factus est homo: sicut z euāgelista di-
cit Verbum caro factū est: id est filius dei factus est ho-
mo: nō vt diuinitati aliquid immineret/sed vt huma-

Alr. scientiū.

Alr. illic,

JNTER.

Wat.21.

Act.13.

Joan.1.

nitatis naturā quā liberare predestinauerat/dignan-
ter eueheret. Et ne forsitan dm̄z christū crederes tem-
poralem: addidit Et ipse fundauit eā altissimus. Ille
scz qui tm̄ putabat homo Jesus christus: synagogaz
ipse sua dispositiōe fundauit. Et non solū legē p moy
sen dedit: verūetiā ante mundi initiū ipse nosci fuisse
principiū: sicut ipse in euāgelio testat Ego sum princi- Joan.8.
piū: ppter qd̄ z loquor vobis. Merito ergo dictus est
altissimus: vt nulla heresis patrē diceret esse maiorē.
[Dns narrauit † scripturas populorū z principū: ho Alr. in scri-
rū qui fuerūt in ea]. Illa prenūciat que sit ipse tēpo- pturis.
re incarnationis de scripturarum veterū cōmemora-
tione dicturus. Cōmonet em̄ frequenter in euangelio
que de ipso p̄dixerit moyses/que pphete: vt z minus
credētes instruerent/z se earū auctorē esse mōstraret.
Ipsi sunt em̄ principes: moyses/z pphete qui fuerūt
in synagoga: quoz erat testimonū narraturus. Et ne
alios principes fortassis aduertere⁹: dicit illoz qui
fuerūt in ea: id est in synagoga. [Sicut letātū omnū Alr non hz.
† nostrum habitatio est in te]. Venit ad tertiā partē:
in qua iterum pphēta loquitur: quā in vno versu z ce
pit/z finit: breuiter cōprehēdens qd̄ sermōibus q̄uis
longis non poterat explicari. Que figura dicit Brac SCHOL.
chyologia: id est breuis locutio: cū plura paucis am-
plectimur. Ubi em̄ audire q̄s sit incōprehensibilis illa
letitia: dicit apostolus q: nec oculus vidit/nec auris 1.Cor.2.
audiuit/nec in cor hois ascēdit: que preparauit deus
diligētibus se. Qua propter pulchre hic dictū est Si-
cut letātium: q: non erit ipsa letitia qualis hic agitur:
vt modo filiorum suscepione letemur/modo diuitia-
rum z honorū munere gaudeamus: z cetera que exul
rationem facūt/quādo magnis nisibus temporaliter
acquirunt. Sed illud tanto est maius: vt istius mundi
q̄uis plenissimū gaudium vix aliqua imago/aut simi
litudo futuri seculi esse dicatur. Addidit Omnū no-
strum habitatio est in te. Omnū nostrū/significat fi-
deles: qui dominū christum aut venturum/aut venis-
se crediderunt. Habitatio est in te/ad hierusalem lo-
quitur: cui superius dixit Gloriosa dicta sunt de te ci-
uitas dei. Sed in hac habitatiōe iustorū cessauit affli
ctio. Orare nō sit: sed laudare succedit. Perpetua se-
curitas manet: q: peruersitas nulla miscet. Eterna le
titia perseuerat: qm̄ nequaq̄ cōtrarietate aliqua con
stat esse violandam. Conclusio.

Laudata est demōstratiue genere ciuitas il
la fidelium: nō temporalibus bonis/
sz eterna felicitate mirabilis. De qua pauca visa sunt
dicti: z tm̄ omnū animi p̄bant supore cōpleti. Hec si-
quidē laus non extendit argumentatiōe verboū: nec
humana crescit industria/sed magna potius breuita-
te constringit: vt vel aliquid exinde capi posse videat.
Beatus nimis qui illuc dño ducente puenerit/ vbi co
gitatio cūcta vincit: quelibet desideria superant: z qd̄
est dulcissime securitatis genus: talis ibi felicitas ac-
cipit/que nulla cōtrarietate perdatur. Presta dne: vt
qd̄ hic verbis explicare non possumus/ibi te donante
cernamus. Ista quoq; hierusalē que adhuc in terris
est/z typū gerit illi⁹ celestis arcani: in secūda diuisio-
ne laudata est: merito vbi est tantarū rerum domicilii
visuale virtutū. Ibi em̄ piscinam natatoriam in figu-
ra sacri baptismatis vt curaret infirmos/descendens
angel⁹ cōmouebat. Ibi siloa (imperāte dño) ceci tene
bras lauit: et dānatis oculis lucis dona restituit. Ibi
mensa christi celestib⁹ plena delitijs spūal⁹ saturabat
aplos: et ne nos ab illa cena relinq̄remur impasti/sa-

cer calix z cōmunicationem nobis prestitit z salutem.
Ibi lapis purissimus: vestigia pij redēptoris ostendit
quādo ante Pilatū iudicē cōstitit audiendus. Ibi co
lūna religati in se dm̄i flagella testatur. Ibi spinea co-
rona cernitur: quā ideo salutari dño constat impositā:
vt totius mūdi aculei collecti frangerentur. Ibi arun
do seruatur: que caput dm̄i pcussit: vt ipsum esse inimi
cum terris oibus nūciaret. Ibi crux illa salutis z glo-
rie loci reuerentiā consecrauit. Ibi manet lancea que
latus dm̄i transfoxauit: vt nobis illius medicina suc-
curreret. Ibi credentes hodie ipsius sepulchra visiti
cant. Ibi resurrectionis locus ad celos euehit corda
fidelium. Ibi syon ille montium precipuus: vbi residen-
tibus discipulis i cenaculo clausis ianuis mirabiliter
saluator intrauit: z cetera que dines illa patria domi-
ni passione promeruit. Sed cum tot miraculis decora
resplendeat: et in modū stellarū alterū possideat celū:
quis eā audeat parua dicere: que sanctissima fide or-
bis terminos p̄batur impleße? Ibi siquidē humanū
pascit aspectum: quod est credere beatorum.

Explicit expositio in psalmum. 86.

Canticum psalmi filijs chore: in finem pro melech: ad respondendū intellect⁹ eman israelite. lxxxvij.

Omine deus salutis mee: in die clamaui z nocte coram te. Intret in cōspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam. Quia repleta est malis anima mea: et vita mea inferno appropinquabit. Estimat⁹ sum cum descendentib⁹ in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris quorū non es memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis z in vmbra mortis. Super me confirmatus est furor tuus: z omnes fluctus tuos induxisti sup me. Longe feciste notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum et non egrediebar: oculi mei languerūt pre inopia. Clamaui ad te domine: tota die expandi ad te manus meas. Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt z confitebuntur tibi? Nūquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuā: z veritatē tuam in perditionem? Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: z iustitia tua in terra obliuionis? Et ego ad te domine clamaui: z mane oratio mea preueniet te. Ut quid dne repellis orationē meā: auertis faciem tuā a me? Pauper sum ego z in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autē humiliatus sum et conturbatus. In me transierunt ire tue: et terrores tui conturbauerunt me. Circundederūt me simul. Elongasti a me amicū z prōximum: et notos meos a miseria.

Cum memoriā tuam studiosissime lector frequenti expositione formarā retinere nō ambigam: quid significat canticū psalmi: filijs chore: in finē: restat vt que nona sunt huius tituli sequētia pscrutemur. Melech: interpretatur chorus/diuina verba decantans. Subiecit: Ad respondendū: significās organa musica puemisse: et chorū respondisse solēniter. Sequitur: Intellectus eman israelite. Eman interpretat frater eius. Quo vocabulo dns christus appellat eos q̄ ei⁹ preceptis operibusq; deuoti sunt: sicut ait in euāgelio: Ite dicite fratribus meis. Israelite: deū videntes: q̄d vtiq; illis accidere manifestū est: qui p obedientie mysterium sancta dm̄i luce radiant. Sed cū de passione regis christi sit psalm⁹ iste dicturus: z ad imitationis exemplū trahat fidelissimos christianos: ideo premissus est chorus ad respondendū: vt sicut illi ex multis vocib⁹ vnū pcentū faciūt: sic christo dño respōdeat deuotoz adunata collecto. Ibi sunt etiā israelite: qui eius fratres nūcupari celesti largitate meruerūt. Diuisio. JNTER. Watth.28.

Et totū psalmū dns saluator eloquitur ad dispensationē qua passus est. In prima narratione patris deprecat auxiliū: per similitudines varias cōtemptū suū refert: quem illi illaturus erat populus iudeoz. Secundaq; sit passurus enumerat: asserens mortuos non esse a medicis suscitandos: vt possint dño cōfiteri. Tertia narratione negat misericordiā dm̄i sepultos edicere: aut p̄ditos laudes dm̄i pfonare: propterea resurrectionem sibi celerrimā venire deprecat. In orationis sue vero tramite perseuerans: loquitur a parte membroz diuersas cōmemoratiōes passiones: quas tam ipse ptulit q̄m eius plebs deuota sustinuit. Expositio.

Omine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te]. In octuagesimoquito psalmo diximus orasse christū: per id quod de maria virgine natus est: designans humilitatē imbecillitatis humane quā est digna tus assumere. Qui simili modo etiā hic cū patre precatur: nobis quēadmodū supplicare debeamus ostendit. Nam qui salutis sue deū p̄fitetur auctorē: omnia que oportuerāt dici plenissime ac breuiter explicauit. Sic magister optimus frequenter admonere non desinit: quod humano nouit generi p̄futurū. In die autē letitiā significat: z nocte aduersitatē declarat: vt q̄m vtrūq; tempus humanā vitā complectitur: iugiter se ad dm̄m clamasse declararet. [Intret oratio mea in cō spectu tuo: inclina aurē tuā ad precem meam † dne]. Magna virt⁹ hic sinceritatis orationis ostenditur: vt verba veracia non in auras tenues dissipent: sed quasi quedā persona ad conspectū dm̄i introire videantur: z mandatū opus agere: quo caro nostra nō valet peruenire. Inclinat autē aurem suam dns: cum misericors dignatur audire: non ex parte corpulentie sue quā es frequenter diximus non habere: sed virtutis sue operatione mirabili. [Quia repleta est malis anima mea: et vita mea inferno † appropiauit]. Considerandū est q̄ nouo modo ideo se postulat audiri: quoniā animā suam malis dicit esse completā. Malis vtiq; non suis: qui peccata non habuit: sed delictis mundi quibus laborabat humanitas. Hec enim pius miserator ad ani me sue molestiā traxerat: dū omnibus cōdolebat: sicut Alr. appropinquabit

pā.34. et in.34. psalmo dixit. Retribuebant michi mala pro bonis: sterilitatē anime mee: nō quia ipse sterilis erat: sed q; de illoꝝ incredulitate se phibebat esse tetunū. Potest ꝛ ad hyius ꝓpriā tristiciā trahi: si hoc ꝛbū ad illas iniquitates referas: quas ei iudaicus populꝰ inferebat. Sequit: Et vita mea inferno appropiauit. Hoc ad tēpus gloriose pertinet passionis: sicut in euāgelio Matth.26. dicit: Tristis est anima mea vsq; ad mortē. Nā ꝓpter nos doluit: ꝛ mortē nostrā propter nos excepit. [Estimatus sum cū descendētibus in lacū: factus sum sicut homo sine adiutorio]. Culpat eos qui putabant eum mortuū fuisse cōmuniter. Que figura dicit Parabola id est rerū genere dissimiliū comparatio. Multū enim discrepans fuit illā singulare ꝛ mirabilē passionē morientiū reliqs hoibus cōparare. Hō schema multos versus inferiores amplectit. Lacū em dixit: vel sepulchri locū: vel inferni altissimā ꝓfunditatē. Sequitur: Factus sum sicut homo sine adiutorio. Factus sum: apud eos scilz qui dettatē eius insanis mentib⁹ nō credebant: qui putabant eū cum reliquis mortalibus interisse. [Inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormiētes † piecti in † monumētis quoꝝ nō † meministi amplius: ꝛ ipsi de manu tua † expulsi sunt]. Hic specialiter designat pſonā suā. Solus em inter mortuos liber fuit: q; ipsa quoq; mortis claustra cōfregit. Ipsius em mortis libera: quia ꝛ volūtaria fuit: qui potestatē habebat ponendi animā suā: ꝛ iterū sumēdi eā. Sed cū ille esset inter mortuos liber: estimat⁹ est tā a dementibus: sicut vulnerati dormientes. Vere aūt dictus est dñs liber: qui humanum genus liberare dignatus est. Adhuc enim de illis vanissimis dicit: q; putabāt dñm lancea vulnerasse: occisum pariter ꝛ sepultū: sic quasi vnū ex hoibus sceleratis generali cōditione transisse. Sed ad discretionē suā addidit: Quoꝝ nō meministi amplius: id est de quibus nō habes curā: qm̄ pctis facientib⁹ a te reddunt aliena. Hō etiā in alio psalmo de pā.9. impijs dicit: Perijt memoria eoꝝ cū sonitu. Addidit: Et ipsi de manu tua expulsi sunt. Justa redditur pena proteritie: vt qui dñm christū sine adiutorio diuinitatis esse putauerūt: ipsi a manu dñi ꝓharentur expulsi: dū a gubernatione eius peccatis facientib⁹ reddebantur extranei. [Posuerūt me in lacu inferiori: in † tenebris ꝛ in vmbra mortis]. Adhuc estimationes referūtur dementiū iudeoꝝ. Lacus enim: ꝛ ꝓ inferno ponit: et ꝓ sepultura foueali: ꝛ ꝓ mūdi istius ꝓfundissima calamitate sentit. Quod hic voluit intelligi: quia eum psecutores sui in abiectā mortis cōditionē posuerunt vt Ꝗus iniuste ꝓbarent mortuū non crederent vindicandū. In tenebris: id est sub oblitionis cecitate derelictū atq; preteritū: quē nemo requireret: nemo saluaret. In vmbra mortis: peccatoꝝ indicat locū: quia moris delinquentiū vmbrosos ac tenebrosos patit manes: dū eis gaudiū nō relucet qui ꝓpetua tristicie sue obscuritate demersi sunt. Umbra vero ponit: et in bonis: vt est illud. Sub vmbra alarū tuarū. Et alibi: Viuemus in vmbra eius. Et ideo ꝓ locoꝝ qualitate: verbū hoc multipharia significatione variat. [† In me confirmat⁹ est furor tuus: et omnes fluctꝰ tuos induxisti super me. Matth.27.

Sic lege. plissimas indignationes: qñ eū ptulit crucifigi: mortē illā putantes penalē: cū dispensationis eius gloriā nō viderent. [Longe feciſti notos meos a me: posuerunt me abominationē sibi. Tradit⁹ sum ꝛ nō egrediebar]. Uenit ad secundā narrationē: in qua per augmentum molestiarū: actū sue memoriat passionis. Nā cū superius dixerit persecutoꝝ suoꝝ nefandissimū cōtemptū nūc dicit fugatoꝝ: significās apłos. Notos em ipsos appellat: qui eū ꝓspicuis sensib⁹ conspicere meruerūt. Ille em oēs notos habuit virtute diuinitatis sue: ipse aūt sciebatur a paucis. Isti ergo noti longe facti sunt: qñ ipsius passione dispersi sunt: sicut legit. Percutiā Zacha.13. pastorē: ꝛ dispergent oues gregis. In abominationē vero tunc positus est: qñ pretereūtes scribe ꝛ pharisei crucifixo imputabāt dicētes: Vah qui destruit tēplū: ꝛ Matth.27. in triduū edificat illud ꝛc. Sequitur: Traditus sum: ꝛ nō egrediebar. Mirabilis subtilisq; sententia. Traditus est a tuda cohortibus insanoꝝ: sed se permittente dētib⁹. Sustinuit infirmas potētissimus dñs. Ligatus est vinculis: q; loco nō potest claudi. Audiuit execrandas iniurias: quē angeli cum tremore collaudāt. Uerūtn non est egressus de illa nube corporis sui: nec apparere voluit qd posset: q; totū ptulit qd crudelitas iudaice prauitatis ingessit. Non est enim egressus qñ minime qd prevaleret ostēdit. Siue de custodia dicit: in qua eū ponti⁹ Pilat⁹ quasi hoiem retrusit invalidū. [Oculi mei † infirmati sunt: pie inopia. Clamaui ad te Al.lāguerūt dñe: tota die expandi manus meas ad te]. Cū oculos corporales christi dñi nusq; infirmatos fuisse legerimus: multo magis nec interiores eius egrotasse putādi sunt: qui semp sanctitate micuerunt. Restat vt oculos christi apłos intelligere debeam⁹: qui in corpore ei⁹. i. in ecclesia tanq; oculi celesti lumine viguerunt. Hi ꝛ infirmati sunt pie inopia: quia necdū acceperant spūm sanctū: quo ꝓfortati postea nullatenꝰ humana formēta timuerūt. Inopia enim dicitur ecōtrario: vbi nulla copia est. Additum est: Clamaui ad te dñe tota die. Hic distinctio ponenda est: vt ista continuatio totius diei ad clamorē: id est orationē: ꝛ bonorū actuum operam debeat pertinere. Expandi manus meas ad te: more suo operas mauult intelligi: quas bonis semper actibus tetendit ad dñm. Nam si hoc cruci (vt quidā volunt) putauerimus esse iungendū: que sequuntur ostimodis discrepabūt. [Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici † resuscitabūt ꝛ confitebuntur tibi]. Al.suscitabunt Hoc sub negatione legendum est. Sed perscrutandum quid dicit: Mortuis non facies mirabilia: dum constat resuscitatos innumeros? Sed mortuis: id est non credentibus mirabilia nequaq; fecit: dum eos ad cōuersionē perducere non potuit infidelitas sua. Mirabilia enim illis fiunt: qui magnalia domini sub credulitate conspiciunt. Sequitur: Aut medici resuscitabunt et confitebuntur tibi. Et hoc dicitur negative: quia medici quos credit humanitas artis bñficio salutē dare languentibus: mortuos resuscitare non possunt: vt domino debeant cōferri: quāuis sine dei munere nec ipsam corpoream prevaleant egris tribuere sospitatem. Siue hoc magis subtilius intelligendum est: quia medici dum corporibus adhibeant curam: animas tamen peccatis mortuas resuscitare non prevalent: vt confessione verissima vitificentur: quos infidelitatis sue vulnera pertulerunt. [Nūquid † enarrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: † aut Al.narrabit veritatē tuā in perditione]? Uenit ad tertiā narrationem: vbi per illū versum ꝛ alterū qui sequitur: figurā Al.et ETy.

Sic lege. Emphasim ponit: cui⁹ illa pars hic intelligēda est: que aduerti facit id qd non dicit. Aut enim: Nūquid enarrabit aliquis in sepulchro misericordiā tuā ꝛ hoc negatiue legēdū est: vt illud possit intelligi: quia vini homines ꝛ fideles misericordiā eius narrare consuerūt. Sepulchrū enim significat infidelitū mētes: de quib⁹ pā.5. supra dictū est: Sepulchrū patens est guttur eoꝝ. Et merito sepulchrū dicit: vbi alia peccatis mortua cōtinentur: id est illos vult intelligi: qui non sunt dño creditūri: quia nullus eis misericordiā dñi videtur narrasse quā nō voluerūt devota mente percipere. Illic enim puenisse dicimus actū: vbi aliquē audiens prestat affectū. Tale est ꝛ illud qd sequitur: Aut veritatē tuā in perditione: quia nemo putat veritatē dixisse: quā videtur negligens pretermittere. Perditio quippe iuste vocata est: vbi veritas nō admittitur: sed sola obstinatio custodit. [Nunquid cognoscent in tenebris mirabilia Al.et tua: † aut iustitia tua in terra obliuionis]? Sub eodē ordine variatis sermonibus cuncta descendūt: vt negando que nō sunt: ecōtrario sentiantur illa que sunt. Nā mirabilia dñi a tenebrosis mētib⁹ nō vident: quia ꝓtermittēdo deū sapiētie lumina ꝓdiderūt. Nec iustitia ei⁹ potest in terrena oblitione cognosci. i. in corporis crassissima cecitate: que spiritalia monita deserit: dū eius desideria carnalib⁹ vitijs occupant. Memento vero q; hec omnia ideo dicta sunt: ne in inferno eius anima relinqueret: sed ei celerrima resurrectio ꝓueniret: quatenus laus dñi per bñficia eius posset agnosci. [Et ego ad te dñe clamaui: ꝛ mane oratio mea preueniet te]. Cōtra illa q; superius dicta sunt: dñs christus cū fidelib⁹ suis p id quod resurrecturus erat: clamare se dicit ad dñm: enumerans tribulationū diuersarum gloriosissimas qualitates: vt talibus institutis cōmoniti: firmarentur populi vtiq; christiani. Dicēdo enim Et ego: significat cū membris suis se clamasse: quoꝝ ipse caput est christus. Nā quādo ipse clamat ꝛ ecclesiam docet: quādo cū fidelibus orat: vnū corpus ostendit. Memēto ergo q; vsq; ad finem psalmi: varias calamitates enumerat: quas in martyribus suis ipse sustinuit. Sic lege. Ubi Synatrismos figurā arbitro: apponēdā: quādo multe res in vnū ꝛ multa pericula colliguntur. Sequitur: Et mane oratio mea preueniet te. Solicite verba ista tractanda sunt: ne regule illi veracissime: qd dñi gratia cuncta preueniat aliquid videatur esse contrarii. Oratione suā: corpus ecclesie: que mane: id est bonis diluciscit operibus: preuenire sōm aduentū dñi dicit: hoc est die iudicij: que tamen oratio domino prestāte donata est. Merito ergo dictū est preuenisse orationē suā: quādo ante multa secula sub assiduitate petebatur: qd adhuc expectamus esse vēturū. Veniet em ille tēpore cōpetenti: sed nostrū desideriū flagrantibus peritionib⁹ oportet ostendi. Nō enim nos suos esse ꝺiudicat: si nō votis maximis a nobis expetitus aduenīat. Sed cū de ipso clarissime dicat: ipse ex sua persona istud nō potest loqui: nisi hoc dictū a mēbris Al.repellis ecclesie velimus aduertere. [Ut quid dñe † repulisti Al.auertis orationē meā: † auertisti faciem tuā a me]? Hic de se desideriū sanctissime mētis exprimit: quia impatienter sustinebat differri: vnde mundus poterat iure saluari. Repellere enim putatur petitionē nostrā: ꝛ auertere facie suā dño: quādo vota nostra distulerit: ꝛ quāuis ille profutura faciat: nos tamē grauiter dilata contristant. Sed ꝛ hoc cōgruenter a pſona martyꝝ dicit: qui talibus desideriis in hoc mundo fatigantur. Differuntur enim ad augmentū suū: peraſtinant ad gloriā: quia non tantū prodest audiri: quantū expedit ꝓmeruisse augmentatione differri. Sic ignis flatu venti repellitur: vt vivacius animetur. [† Egens sum ego ꝛ in Al.pauper laboribus a iuuentute mea: exaltatus aūt humiliatus sum et † confusus]. Hoc merito dicit ecclesia: que in Al.ꝓturbat⁹ egestate mundi: ꝛ in laboribus a sua iuuētute fatigatur: sicut in alio psalmo legitur: Sepe expugnauerūt me a pā.128. iuuētute mea. Hec crescit ꝓfectionib⁹: pressura tempoꝝ subleuat: humilitate semp extollit. Cuius longioꝝ etas nō est debilis lassitudo: sed matura ꝓfectio. Sequit: Exaltat⁹ aūt humiliat⁹ sum ꝛ cōfusus. Hoc specialiter mēbris ꝓbatur cōuenire: nō capitī. Exaltatus dicit: quādo prius vnusquisq; fidelium reos humanas timido corde cogitabat. Humiliatus sum: quādo ad cōfessionis meditabile donū divina gratia misericorditer peruenit. Confusus: quādo illa que male gesserat: penitentie professione damnauit. O beata confusio: que eternū tollis opprobriuꝝ. Nam quicquid in reatū venerit penitentiū: perpetuis seculis redditur absolutū. [In me † transierūt ire tue: ꝛ terrores tui cōturbauerunt me]. Pulchre dictū est: Pertransierūt: quasi non manſure diutius cōtigerūt. Nā quādo fidelis se affligit iram dñi castigatus euadit. In me aūt dicēdo: affectionē fidelitū: more suo illatā sibi esse testatur. Sequitur: Et terrores tui conturbauerūt me. Terrores vtiq; vēturi iudicij: quos omnis caro peccatrix formidare dinoscitur. Quod idē solis mēbris cōuenire manifestū est. [† Circuierūt me sicut aqua tota die circū- Al.circūdederūt me simul]. Delicta vtiq; que legis districtiōe damnantur: hec velut aqua hominem circuēūt: quādo vndiq; scaturire noscuntur. Ex quo enim latere nō credamus venire pecc̄ta: que nec mōētis horarū a nobis recedunt aliena? Merito ergo aquis comparata sunt: que nos copiosissima inundatione concludunt. Quod apte totū accipit a parte mēbroꝝ. [Elongasti a me amicū ꝛ proximū: ꝛ notos meos a miseria]. Hec frequenter pijs martyribus contigerūt: a quibus terrore mortis officia humana subtracta sunt. Amicos enim significat: qui honestis studijs morū vicinitate coniuncti sunt. Proximos: qui nobis parētele ordine sociantur. Notos: qui nec⁹ amici nec⁹ proximi sunt: sed sola nos opinione vel visione didicerūt. Que genera hominū frequenter longe fecit a fidelibus seruis formidata calamitas passionis. Conclusio.

¶ Ipse chorus est christi: qui ꝓmissus titulus ꝓ melech nominis interꝓtatione prenunciat: quādo fidelis populus eius secutus sanctissimā passionē gloriosa nimis imitatiōe respondit. Hinc enim cōfessores tenuit carcer inclusos: hinc martyrū purpura et bysso pretiosior sanguis emanauit: hinc apostoloꝝ per totum orbem dicta tenuerūt: hinc ranq; sol purissimus fides sancta processit: hinc ad tēporales mortes hodieq; cōcurritur: vt eterne vite premia cōquirantur. Qua propter nullus paueſcat miserias que faciunt beatos: Nullus tormenta formidet que donant perpetuā sospitatē: Nullus timeat tristiciam que gaudium tribuit sempiternū. Quantū est enim tēporaliter mori: vt perpetua vita possit acquiri: Quantū humanā sustinere sententiā vt absolutionē mereamur impetrare diuinā? Quis aūt erubescat penas quas christus dño pferre dignat⁹ est? Quis putet opprobriū quod elegit creator sustinere cunctoꝝ? Quocirca pro eo subeamus mundanā calamitatē: si cum eo habere perennē volumus portionem.

¶ Explicit expositio in psalmum.87.

Universidad de Sevilla Biblioteca

¶ Intellectus ethan israelite. lxxxviij.

Misericordias domini: in eternum cantabo. In generatione ⁊ generationē: annūciabo veritatem tuam in ore meo. Quoniā dixisti in eternū misericordia edificabitur in celis: preparabitur veritas tua in eis. Disposui testamentum electis meis: iurauī dauid seruo meo vsq; in eternū preparabo semen tuum. Et edificabo in generatione et generationē: sedem tuam. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: etenim veritatē tuaz in ecclesia sanctorū. Quoniā quis in nubibus equabitur dño: similis erit deo in filijs dei? Deus qui glorificatur in consilio sanctorū: magnus ⁊ terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. Dñe deus virtutū quis similis tibi? potens es dñe ⁊ veritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potestati maris: motum autez fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratū superbū: in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos. Tui sunt celi et tua est terra/orbem terre et plenitudinem eius tu fundasti: aquilonem et mare tu creasti. Thabor et hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cū potentia. Firmetur manus tua ⁊ exaltet dextera tua: iusticia ⁊ iudicium preparatio sedis tue. Misericordia et veritas precedent faciem tuā: beatus populus qui scit iubilationem. Dñe in lumine vultus tui ambulabūt: et in nomine tuo exultabūt tota die: et in iusticia tua exaltabūtur. Quīa gloria virtutis eorū tu es: ⁊ in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Quia dñi est assumptio nostra: ⁊ sancti israel regis nostri. Tunc locut⁹ es in visione sanctis tuis/⁊ dixisti: posui adiutoriū in potente: et exaltaui electū de plebe mea. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eū. Manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachiū meum confirmabit eū. Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidā a facie ipsius inimicos eius: ⁊ odientes eum in fugam cōuertā. Et veritas mea ⁊ misericordia mea cū ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponā in mari manum eius: et in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocauit me pater meus es tu: deus meus et susceptor salutis mee. Et ego primogenitum ponā illū: excelsum pre regib⁹ terre. In eternū seruabo illi misericordiā meā: et testamentū meū fidele ipsi. Et ponam in seculum seculi semen eius: ⁊ thronū eius sicut dies celi. Si aūt dereliquerint filij eius legē meā: et in iudicijs meis non ambulauerint. Si iusticias meas pphanauerint: ⁊ mandata mea non custodierint. Visitabo in virga iniquitates eorū: ⁊ in verberib⁹ peccata eorum. Misericordiā aūt meā nō dispergā abeo: neq; nocebo in veritate mea. Neq; pphanabo testamentū meū: ⁊ que procedunt de labijs meis nō faciā irrita. Semel iurauī in sancto meo si dauid mentiar: semen eius in eternū manebit. Et thronus eius sicut sol in ꝓspectu meo: ⁊ sicut luna pfecta in eternū et testis in celo fidelis. Tu vero repulisti et despexisti: distulisti christum tuū. Auertisti testamentum serui tui: prophanasti in terra sanctuariū eius. Destruxisti oēs sepes eius: posuisti firmamentū eius formidinē. Diripuerunt eum oēs transeuntes viam: factus est opprobriū vicinis suis. Exaltasti dexteram deprimentiū eum: letificasti oēs inimicos eius. Auertisti adiutoriū gladij eius: ⁊ nō es auxiliatus ei in bello. Destruxisti eum ab emundatione: ⁊ sedē ei⁹ in terra collisisti. Minorasti dies temporis eius: pfudisti eū confusione. Usq; quo dñe auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua? Memorare q̄ mea substātia: nūquid enim vane cōstituisti oēs filios hoim? Quis est homo qui viuet ⁊ non videbit mortē: eruet animā suā de manu iferi? Ubi sunt misericordie tue antique dñe: sicut iurasti dauid in veritate tua? Memor esto dñe opprobrij seruorū tuoz: quod cōtinui in sinu meo multarū gentiū. Quod exprobrauerūt inimici tui dñe: quod exprobrauerūt cōmutationem christi tui. Benedictus dñs in eternum: fiat fiat.

In tam ſm ordinem tituli: q̄ ad commoditatem intelligentie exponenda sunt verba que posuit: vt facilius nobis rei veritas elucescat. Ethan interpretatur robustus. Israelita: videns deum. Et quia psalmus iste erat laudes et promissiones domini narraturus: ideo illi tale nomen constat appositū: vt fidelitū verborum indicaret incōmutabilem firmitatem. Intellectus enim (vt sepe diximus) ad signa referendus est: vbi reuera recte intelligens tendit mentis intuitū. Est enim de christianoz spe: ⁊ de magnificentia dñi multa dicturus: per que nemo deckpit si supplicātis animus in istius ethan ꝓstantissima volūtate roborek. Divisio.

Ethan iste quē diximus indicare robustū: tanta mentis illuminatione cōpletus est: vt israelita verissime nuncupetur. Primo ingressa psalmi dicit se misericordias domini cantaturū: quoniam multa promisit fideli populo ꝓfutura. Secūda parte: diuersis modis laudes domini potentiāq; describit. Tertia: in christū

dñm paternas pollicitatiōes enumerat. Quarta/dñs christus ꝓpter passionē quā ptulit traditus inimicis esse memoratur. Quinta/fragilitati humane postulat subueniri: quia non inuanum filios hominum ab ipso asserit esse plasmatos. Sexta rogat dominū vt pmissiones suas impleat quas dauid seruo suo fecisse declaratur: et memor sit qualia serut eius ab impijs opprobria sustinebant. Expositio.

Al. non hz. Al. dominī Al. generationez annunciabo

Misericordias † tuas † domine in eternum cantabo. In generatione et † ꝓgenie pronunciabo veritatē tuam in ore meo]. Jure robustus dicit qui tam firma dicturus est. Iste enim ethan domini est misericordias cantaturus: que ⁊ eterna semp stabilitate consistunt: et perpetuis sunt celebrāde preconijs. Fecit enim mirabilem in humano genere pietatem vt quod perierat requireret: et vulnerata saluaret. In generatione vero et ꝓgenie quod addidit: duos significat populos iudaicum scilicet ⁊ gentiū: quibus se veritatē pronūciaturum esse testatur: quā dicit inferius. Sequit: Et veritatem tuam in ore meo. Reuera: vt quā sensu perceperat: ore loqueret. Et bene dictū est: In ore meo: quia qđ ex ore progreditur cito dilabit: qđ vero in ore versatur diuina deuotione celebrat. [Quoniā dixisti in eternū misericordia edificabitur: in celis ꝓparabitur veritas tua †]. Ipsa est veritas quā vir sanct⁹ se pnūciaturum esse predixerat. Et merito illam confidenter predicabat: quando eā dñs absolute promiserat. Non enim potest failli: q̄ sequit verba veritatis. Sed videamus quid significet: In eternuz misericordia edificabitur. Sūt enim edificationes que ꝓsurgere nequeūt: nisi eis fuerit premissa destructio: vt idolorū cultores: vt pessimarū consuetudinū sequaces. Isti enim nisi a malis suis fuerint destructi: in bonum nequeunt edificari: sicut dictum est Hieremie: Ecce posui te vt edifices ⁊ destruas. Ista vero misericordia nō destruitur: sed semp viget: semp augetur. Sequit: In celis preparabitur veritas tua. Celi (sicut sepe diximus) significant apostolos: quoz predicationibus actū est: vt inculcaretur gentib⁹ religio christiana. Verū hec omnia vsq; ad diapsalma medijs subdistinctionibus protrahenda sunt: quia totū ad illud respicit quod ait: Qm̄ dixisti. Que figura dicitur Apochinu: id est a cōmuni: qñ superiora ad inferiora respondent. [Disposui testamentum electis meis: iurauī dauid seruo meo]. Hunc verba domini refert: que superius eum dixisse memorauit. Nam quāuis oibus denūciare videatur: electis tamē suis tm̄ ista disposuit qui et dono ipsius credere maluerunt: ne ad promissionē talem et illi tenerentur qui de dauid semine se descēdere carnaliter ꝓferebāt. Addidit: Jurauī dauid seruo meo. Diuinū sacramentum promissionis noscit esse securitas: quia solus iuste diffinitiue promittit: cui subiacet implere quod dixerit. Humana enim fragilitas ideo phibetur sacramentoū se pmissionibus obligare: quia nō est in potestate ipsius que pollicet efficere. Jurat ergo iustissime de⁹: cum iure suo promittit omnia. Nam et ipsum nomen iudicat causam. Jurauit enim dicimus: iure orauit: id est iuste locutus est. [Usq; in eternū preparabitur veritas tua †]. Perventum est ad illa que pater promiserat seruo suo dauid. Preparat⁹ est enim dñs christus: qui ex semine ipsius descenderet carnis origine: vsq; in eternum rex regū ⁊ dñs dominātiū. Sed qđ dixit: Preparabo: ad humanitatē eius pertinet: non ad deitatē qua consubstantialis: omipotens ⁊ coeternus est patri. Sequitur Et edificabo in seculū seculi sedē tuā. Pollicitatio ista tota pertinet ad dñm saluatorē. Ipsi enim tunc sedes promittebatur: que postea in sanctorum erat facienda pectoribus. Sedes enim est dñi omnis sanctus: quem quasi splendidissimū thronū dignatione sue maiestatis insederit: sicut ⁊ de ipō sancto legitur: Et apparuerunt illis dispartite lingue tanq; ignis: sedit aut̄ supq; vnūquēq; eoz: ⁊ repleti sunt oēs spiritu sancto. [Confitebuntur celi mirabilia tua dñe † et veritatem tuā in ecclesia sanctoz]. Venit ad secundā partē diuine potentie sacramēta dicturus. Confitebunt enim celi qui sunt veri predicatores: quātis miraculis dñs mundū ꝓuit ipsi placitum fuerit administret: quēadmodum omnis creatura eius imperijs obsecūdet: cōuersionesq; rerū non casualiter agi: vt quidā vanissimi putauerūt: sed eius ineffabili virtute predicāt cōtineri. Addidit: Et veritatem tuā in ecclesia sanctoz. Mirabilia dixit vbiq; predicāda: veritatē aūt in sanctoz ecclesia confitendā: vbi creditur verbū caro factū: vbi sancta trinitas sic suscipitur: vt vnus sicuti est de⁹ dñs cunctoz ore laudetur. [Quoniā quis in nubibus equabitur domino: † aut qđ similis erit deo † inter filios dei]. Nubes frequēter dixim⁹ verbi dei esse predicatores: qui per spiritū sanctū populos diuina gratia cōpluebant: sed tamē erant obnoxij lege peccati: potētes quidē in miraculis: in predicatione terribiles. Sed quis eoz esse poterat christo similis: cui q̄ ⁊ ipse carnis velamine tegeretur? Aliud est esū qui de ꝓprio potest: aliud qui de altero clarus est. Simili modo nec inter filios dei habere poterit equalē: qm̄ ille ꝓ naturā est filius: sancti vero per gratiā. Ille sine aliquo peccato: fuit per ipsuz a peccatis ꝓbantur exuti. Que ideo dicta sunt: ne qđ illum tm̄ hominē sacrilegis ausibus estimaret. [Deus qui glorificat in cōsilio sanctoz: magnus er † metuendus super omnes qui in circuitu eius sunt]. Exponit qđ superius dixit: quia similē habere non poterat qui oia cōtinebat. Ipse em̄ dñs christus q̄ predicat a sanctis: magnus dicit ꝓpter qđ deus est: metuendus a potestate mirabili. In circuitu eius sancti scilz quos superius dei filios dixit: qui dono ipsius gratie ꝓmantur. Sed iure supra eos ille ꝓbatur excelsus: per quē oēs noscuntur esse glorioſi. Cōsidera vero q̄ ꝓ duode cimā speciē definitiōis: que grece Cata eponom: latine per laudē dicit: vsq; ad diuisionē subiectos versus decurrit: ⁊ per diuersa preconia quis sit iste dñs indicat. [Dñe deus virtutū quis similis tibi: potens es dñe ⁊ veritas tua in circuitu tuo]. Post illa q̄ superius dixit aptissima est sententia subsecuta: Quis similis tibi: id est: quia virtutū es dñs. Sancti enim ditantur virtutibus: nō dominant. Tu aūt illis reb⁹ imperas quib⁹ illi te prestante ꝓclari sunt. Merito repetitū est: Quis similis tibi. Tu ex te potens es: illi de te. Illi veritate tua illuminati sunt: tibi autem veritas tua indutaque semp inest. [Tu dñaris potestati maris: motum aūt fluctuū eius tu mitigas]. Hūc dicit enumerationes ꝓ quas singulare potestatē dñi euidenter ostendat. Potestas maris huius seculi honor est: qui frequenter in martyres christi rapido tumore surrexit. Sed tamen ne putaret̄ volūtas illa ex sua potestate grassari: dicit etiā his tu dñaris: qñ feroces motus ꝓ sctoz vtilitate cōuertis: sicut ipse in euangelio dicit: Non haberes in me potestatē nisi tibi data esset desuper. Et quia dixerat Dñaris: sequit digna ꝓbatio: Qm̄ fluct⁹ eius ipse mitigat. Et cōsidera: quia mitigat dixit: non tollit: qm̄

Al. in eis

Hiere. 1.

SLDE.

ETY.

Al. gñatiōe ⁊ gñationē

Al. terribilis

DEF.

Joan. 19.

Universidad Biblio

dīm: vt iustitiaꝫ suā aliqua lenitate retemperet: quatenus exoꝛari possit a peccatoꝛibus/quibus iuste noscebatur tratus. Intuēdum est autem q non dixit ex toto cōuertere/sed aliquā tulum: qꝛ hoc magis nobis expedit/ quādo nos aliquis stimulꝰ tribulatiōis affligit: vt sepe cōmoniti/saluberrima conuersione valeamus peccatoꝛum veniam ꝓmereri. [Repleti sumus mane misericoꝛdia tua: exultauimus/⁊ † letati sumus in oībus diebus nostris]. Misericoꝛdiam dicit dīm saluatoꝛem nullus ignoꝛat: qui miseris datus est: vt q ipsum viuerent/ qui ꝓ se cognoscebantur omnimodis interisse. Repleti se ergo dicit hac misericoꝛdia mane: id est lucida contemplatione: quoniam vir sanctus christi dīi ꝓuidebat aduētum: ⁊ necesse fuit vt eius coꝛ exultaret in laude: delectaretur in cōtemplatione omnibus diebus vite sue: cuꝰ anima tali munere repleta/celesti exultatione gaudebat. Que figura dicitur Jdea: cum rem futurā velut oculis offerentes/motum animi vmaciter incitamus. [† Delectati sumus ꝓ diebus quibus nos humiliasti: annis † in quibus vidimus mala]. Tribulationes quas hominibus ꝓpudentia diuina concedit q veraci estimatione perpenderat: vt delectatum se in eis diceret/per quas humiliandi populum saluatoꝛiter sentiebat. Sciebat enim fidelibus viris noxiam esse superbiā: et inde dīo gratias agit/vnde credentes ꝓfecisse cognouit. Quapropter in illis annis se delectatū esse ꝓfiteꝛur: in quibus viderat mala: mala scilicet que grauia putabat/dum pateretur humanitas. Nam viro sancto/⁊ cōtemplanti veritatem: non solum grauia non fuerunt/sed etiam suauia sibi extitisse profitetur. [Respice in seruos tuos/⁊ in opera tua † dīne: et dirige filios eoꝝ]. Sancta cōscientia nō desinit facere in opere alieno/ quod exercebat in ꝓꝓio. Quibus enim oꝛatiōibus ꝓ israeliticis supplicauerit dīo: omnino notissimū est. Nunc eadem simili fine concludit: vt peccātibus iudeis parcat/⁊ filios eoꝝ sancta credulitate recoꝛrigat: quatenus si illi (iniquitate sua facīente) dispersi sunt: saltē eoꝝ soboles in fine seculi conuersa/ad veniam peruenire mereatur. Quod ꝓphetie spiritu (sicut sepe diximus) nouerat esse faciendum. Et considera quibus verbis pietatem boni iudicis imitauit: vt primo diceret Jn seruos tuos: deinde Jn opera tua: quatenus ⁊ si factis suis veniam nō mererentur accipere/eā creatoris opera valde laudabilis imperraret. Quod argumētum apud rhetoꝛes dicitur a laude iudicis. [Et sit splendoꝛ dīi dei nostri sup nos: et opera manuum nostrarum dirige super nos †]. Splendoꝛ dīi super nos est/quando crucis eius in pressiōe decoꝛamur/et vexillum triūphi ipsius in fronte portamus: sicut apostolus dicit: Michi autē absit gloriari: nisi in cruce domini nostri Jesu christi: per quem michi mundus crucifixus est/et ego mūdo. Hinc et in alio psalmo dictū est Signatum est super nos lumē vultus tui domine. Sequitur Et opera manuum nostrarum dirige super nos. Operam nostram dirigit super nos/quando nobis donauerit veniam peccatoꝛum: vt cum fuerimus peruersi/efficiamur eius coꝛrectione rectissimi.

Ps. 4. Alt. letati. Alt. non hꝫ. Alt. ⁊ opus manū nostrarū dirige. Gal. 6. Ps. 4.

Conclusio.

¶ Consideremus viri prudentissimi q̄ multa nobis legis diuine mysteris per diuersos numeros indicent: q̄ hic vitas hominum septuagenarij ⁊ octogenarij numeri suꝑputatione recolligat: q̄ cunctus oꝛdo psalmoꝝ mystico sit calculo comprehensus: q̄ omnes libꝛos diuinos numerus arcanus includit: q̄ et alia legis diuine mysteria multifario calculo continētur: arenam maris/ piscium guttas/ hominū capillos leginus esse sub numero. Et vt breui cōpendio discipline ipsius laudem/ virtutemq; noscamus: Salomon ait Omnia in mensura/⁊ numero/⁊ pondere deum fecisse: vt cunctis indubitāter appareat aritheticam discipinam vbiq; esse diffusam. Hanc auctoꝛes secularium literarū diligentius perscrutāres/ in multis partibus diuiserūt: id est in pari/⁊ in impari: in perfecto/et in imperfecto: in superfluo/et in minuto: ⁊ ceteras que in ipsis auctoribus euidentissime continentur: quas studiosis legere/⁊ sana mente tractare: nostri quoq; permisere maioꝛes. Deum tamē in ommbus rogemus: vt sensus nostros aperiat/⁊ ad veram sapientiam sua nos illuminatione perducat. Quicquid enim legeris/ quicquid excogitaueris: ita dulcescere poterit tibi: si sapoꝛe superni muneris condiaris.

Sap. 11. ARJTlb.

¶ Explicit expositio in psalmum. 89.

Laus cantici ipsi Dauid. &c.

QUi habitat in adiutoꝛio altissimi: in ꝓtectione dei celi cōmoꝛabitur. Dicet dīo susceptoꝛ meus es tu: ⁊ refugiū meū deus meus perabo in eum. Quoniā ipse liberauit me de laqueo venantium: et a verbo aspero. Scapulis suis obūbꝛabit tibi: et sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius: nō timebis a timoꝛe nocturno. A sagitta volante in die a negocio perambulante in tenebꝛis: ab incursu/⁊ demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille: et decem millia a dextris tuis: ad te autem non appꝛopinquabit. Verūtamen oculis tuis considerabis: ⁊ retributionem peccatoꝛum videbis. Quoniam tu es dīne spes mea: altissimū posuisti refugium tuum. Non accedet ad te malum: ⁊ flagellum non appꝛopinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mādauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus poꝛtabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem ⁊ basilicum ambulabis: et cōculcabis leonem ⁊ draconē. Quoniam in me speauit liberabo eum: ꝓtegam eum quoniam cognouit nomen meū. Clamauit ad me ⁊ ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum/⁊ glorificabo eū. Longitudine dierum replebo eum: ⁊ ostendam illi salutare meum.

QUando laus cantici dicitur: nō cōmune aliquid sentiatur. Laus intelligi potest ⁊ humana ꝓdicatio: sed laus cantici antiquitus non potest: nisi diuina laudatio. Dauid autem hic ipsum ꝓphetam debemus aduertere: qui prima ꝓtem huiꝰ psalmi suaui relatione dicturus est. Amenus admodum et ipsarū ꝓmissionum varietate dulcissimus: cuius vndecimū/⁊ duodecimū versum diabolus ipsi

dño saluatori cum eũ tentasset obiecit. Hunc hymnũ demonibus pia cõfidentia semp opponimus: vt a nobis potius inde vincantur: vnde cõtra creatorẽ suum dolose aliqua dicere tentauerunt. Diuisio.

In prima parte psalmista ꝓfitetur omnẽ fidelissimum diuina protectione vallari. Secũda/laudem decantat dño saluatori./Tertia/verba sunt patris ad omnẽ fidelem: quez in se deuotissime sperare cognoscit: et in mũdo isto defensionem/z in futuro illa premia compromittens. Expositio.

SYL. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectiõe dei celi cõmorabitur]. Hic denuo ca regoricus syllogismus ita subleuat caput Just⁹ habitat in adiutorio altissimi. Dis qui habitat in adiutorio altissimi/ in protectione dei celi cõmorabitur. Justus igitur in protectione dei celi cõmorabit. Nũc verba psalmi tractemus. Posito sancto Dauid in cõtemplatiõe celesti/talis subito psona mõstrata est: que tota mentis puritate deuota superna iugiter protectione gauderet. Cui multa beneficia diuinitus asserit esse collata: vt ad deuotionem dñi mens nostra ardentius incitet/quando fidelibus spes magna ꝓmittitur. Que figura dicit Diaty posis: id est expressio habit⁹: vbi rebus/psonisve subiectis z formas ipsas/z habit⁹ exprimimus. Qui habitat/cõfirmatiue pnunciandũ est: id est q iugiter commoratur. Habitare eñ permanentis est/nõ discedentis: qui totam spem suam non in ꝓpriis viribus ponit sed in altissimi volũtate cõstituit. Sequitur absoluta pmissio: qñ talis vir modis oñibus ꝓtegatur a dño. Et inspiciẽdũ est q dicit In adiutorio. vt designet intentionẽ verissimi christiani laboriosa dño cõtentione seruire. Et intuere quemadmodũ singulis verbis res magne resignate sunt. Dicit enim qui hic habitat/illic cõmorabit: id est qui in isto seculo ab ipso nõ discedit/ in illa semp perhennitate mansurus est. [Dicet dño susceptor meus es ⁊: refugium meũ deus meus sperabo in eũ]. Hoc dicit ille qui de animo suo noxias presumptiões abijciẽs: solum sibi credit vtile/qõ dignatur pietas superna prestare. Nam qui dicit Susceptor meus es/totum se cõfirmat in eius beneficia ꝓiecisse: vt de felici quadã familiaritate gloriet. Item q dicit Et refugiũ meũ deus meus/nullũ sibi aliud esse ꝓfitetur auxilij: sed quãdo hui⁹ seculi tempestatibus quatitur/ad portum diuine misericordie se cõfugere velle testat. Et ne crederes post susceptionẽ beatam/z refugiũ salutare non esse iam aliquid expetendũ: sequitur Et sperabo in eũ: ne quis in se fragilissimo debeat aliquando presumere: sed in illo semper qui ꝓbatur oĩa cõtinere. Hoc si Adam fuisset secutus: nec sibi cõquisisset reatum/nec suis posteris trãsmisisset interitum. [Qm ipse liberabit me de laqueo venantium: ⁊ a verbo aspero]. Causam dicit diuini muneris: q: ipse nos ab inimicoꝝ siue spiritualiũ/ siue carnalium potest liberare versutijs/cõparatione facta venãtium: qui ad capiendas feras/retium laqueos ponũt: vt ignorantes possint dolosis insidijs irretire. Sequit Et a verbo aspero. Verbũ asperũ/est omne dictũ qõ cõtra regulas diuinas/tanq̃ letiferũ poculum ꝓpinat. Nam z si per iniurias/aut irrisiões a bono ꝓposito diuertamur: verbum est vtiq; asperũ/suaq; acerbitate durissimũ. Et iterũ si audiat⁹ sermo blandus fellito melle cõditus/acerbe illud debemus suscipere: q: diuinis pbatur institutionibus obuiare. Nam frequẽter illa plus decipiũt/que mollissimis sermõibus intimantur. Ab hac ergo asperitate grauissima/ et amara dulcedine liberat dño nos: quãdo invia ipsi⁹ gradimur: nec dextera leuaq; diuertim⁹: vbi a diabolo positos laqueos esse cognoscimus. In via enĩ: id est in ipso christo ausus nõ est ponere: vbi fideles nõ prevalet sauciare. [Scapulis suis obũbrabit tibi: z sub pennis eius sperabis. Scuto circũdabit te veritas eius]. Per hunc versum z duos alios qui sequunt/persone illi sanctissime quã ꝓpheta superius introduxit/q̃ pulcherrimis allusionibus dñi beneficia cõpromittit: vt cuius ꝓs mores pbauerat/ eiꝰ premia digna narraret: que nos debet curiositas indagare: si tñ ipsius gratia suffragãte dignus possumus aliquid inuenire. Scapule dñi/sunt operationes mirabiliũ: per quas velut quibusdã humeris/ virtus diuina mõstratur. Penne/sunt monita ꝓpheratum: que si pura mente recipiant⁹/fideles animas ad celos vsq; perducunt. Queres forsitan quid ista prestabit obumbratio: vt per diem sol nõ vrat te/ neq; luna p noctẽ/ Item quid penne dñice conferãt/ Utiq; ꝓtectionem dñi: quam velut maternã pietatem inter mũdi pericula te habere cognoscas: sicut et alibi scriptũ est Hierusalem/hierusalem: quoties volui congregare filios tuos sicut galluna pullos suos sub alis suis: z nolusti⁹/Scuto circũdabit veritas eius. Scutum istud humanã illam partẽ tm̃ ex qua opponitur tegit: clypeus vero diuinus vndiq; nos murali munitiõe circũdat/atq; defendit. Veritas autẽ incarnatio christi dñi aduertẽda est: sicut legit Veritas de terra orta est: que nos z scapulis obumbrat/z sub pẽnis suis sperare facit: z scuti ꝓtectione custodit. [Nõ timebis a timore nocturno. A sagitta volante ⁊ p diẽ a negocio perambulãte in tenebris/ ⁊ a ruina z demonio meridiano]. Sicut dixit supius genera defensionum: ita nũc in his duobus versibus denũciat periculoꝝ modos: q: multo gratior salus fit/cũ cuncta cognoscit discrimiñ multitudo. Timor⁹ nocturnus/est hereticoꝝ tenebrosa suasio. Sagitta volãs per diem/ manifesta persecutio tyrannoꝝ. Negociũ in tenebris cũ prauo studio perquirit: vnde bene credentium cordis oculus obcecat. Demonium meridianũ est immane periculũ feruore persecutionis accẽsum: vbi ruina plerũq; metuitur/quãdo infirmitas humana superatur. Ruina enĩ dicta est: quasi repetens ima. Sed per has omnes allusiões/diffinitionesq; rerũ illud euidẽter ostendit: q: nichil horũ metuere possumus/quãdo dño ꝓtegente saluamur. [Cadent a latere tuo mille/ et decem milia a dextris tuis: ad te nõ appropinquabit]. Cum de viro fidelissimo in prima parte loqueretur: qm̃ mẽbra capiti suo cõnexa sunt. Jn secũda parte venit ad dñm christũ: vt illos quos dei famulis insidiatos esse dixerat/peccatorum suoꝝ retributionem subituros esse mõstraret. Sed hũc versum paulo sollicitius inquiramus. Non eñ possunt a latere dñi/vel a dextris eius cadere: qui iam in beatoꝝ numero predestinati esse nosc̃unt. Sed hoc de ꝓsumptoribus bene dicitur: qui illud se cõsequi credũt/qõ minime promerẽtur. Cadent dixit/quasi ab alta beatitudine corruent: quam sibi temeraria/nõ fidelis ala ꝓmittebat. Latus autẽ est dñi saluatoris corona iustoꝝ: que cum ipso (sicut ꝓmisit apostolis) in resurrectiõe iudicabit. Nã hodieq; quando iudices petimus ab imperatore vel rege: sic eis dicimus Mittite a latere vestro: id est qui vobiscum habet fidelissima deuotione consilium. Latus enim dictum est: eo q; sub brachio latet: at, Et

Wat.23.

Ps.84.

Al.in die.
Al.ab incursu.

ETy.

ETy.

quia spes hominũ inaniter sibi frequẽter ꝓmittit excelsa: ex illa gloria eos dicit esse casuros/q̃ sibi supra merita sua talia policent⁹. Et qm̃ isti rari sunt qui tantam/ac talẽ spem habere nosc̃unt: mille a latere eius asserit esse casuros: ab illa scz summitate iudicatiõis. A dextris aũt: q: multi putãt se ad dexterã collocandos/decem milia restant inde ruituros: qm̃ et ipsi falsa opinione cõceperant/qõ in suis meritis nõ habebãt. Hec autẽ sententia illos specialiter verberat/q̃ aliquo bono ꝓsperitatis inflant: z sanctos se putãt esse cum nõ sint. Mille aũt/z decem milia: finitũ p infinito numerũ ponit. Sequit Ad te autẽ non appropinquabit hoc est quodlibet ex ipsis qui sibi regnũ dei fallaciter pollicẽtur: qui reuera longe erũt a dño: qm̃ dum spem habẽt in meritis suis/ad satisfactiõis remedia nõ recurrũt. [Verũtamen oculis tuis cõsiderabis: et retributionẽ peccatorũ videbis]. Oculis tuis dixit diuinũ illũ lucidũ/perspicabilẽq; cõspectũ: quo hominũ merita iudicanⁱ. Justitia eñ diuina cõsiderantur boni: qui sunt ad sinistrã/vel ad dexterã collocãdi. Sequit Et retributionẽ peccatorum videbis: hoc est qõ superius dixit Oculis tuis cõsiderabis. Illa eñ cõsideratio erit retributio meritorum. Ulidebis: id est videri facies: sicut est illud Dñs de celo ꝓspexit sup filios hominum: vt videat si est intelligẽs/aut requirẽs deum. [Qm̃ tu es dñe spes mea: altissimũ posuisti refugium tuum]. Cũ supra de peccatoꝝ retributione loqueret: subito intulit Qm̃ tu es dñe spes mea: qõ sensus superior nõ habebat. Que figura dicit Paradoxon: quando exitus inopinatus/vel nõ expectatus ingerit. Intendamus autem sollicitius quid sit qõ dicit ꝓpheta: Qm̃ tu es dñe spes mea: q: resurgẽte dño spem resurrectiõis mẽbra reliqua perceperũt: que erãt posita in morte peccati. Precesserit eñ in capite: qõ corpus reliquũ in se sperare debuisset. Nec ista spes resurrectionis sancto viro ideo facta est: q: z ipse dño saluator ꝓpter id qõ mortuus est/ refugiũ suum nosc̃it in altissimo posuisse: sicut in trigesimo psalmo iam dictũ est Ello michi in deum ꝓtectorem/z in domũ refugii: vt saluũ me faciας. Unde merito sequit illius exemplũ: per quẽ se in eternũ nouerat esse victurũ. [Non ⁊ accedent ad te mala: z flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo]. Hic beatitudo assumpte humanitatis potẽter exponit: q: dum in hoc mundo a iudeis z cõtia ꝓtulerit/z flagella: dicit tabernaculo eius: id est sctõ corpori nichil mali appropinquare potuisse. Merito/q flagellũ est vltio diuina: qõ solet humana crimina resecare: sicut alibi legit Multa flagella peccatoꝝ. Hoc ergo supra illũ verissime dicitur non venisse: q; ꝑbatus est immaculata cõuersatione tractare. Hic enim flagellũ positum est qõ delicta castigat/qõ improbos actus vlciscit: z ideo negatum est per flagellũ christo dño primasse peccatum. Quod genus locutiõis schema dicit Hypallage: que z in secularibus frequenter inuenit⁹ voluminib⁹/z diuinis. [Qm̃ angelis suis mãdauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabũt te: ne ⁊ vnq̃ offendas ad lapidem pedẽ tuum]. In his duobus versibus verba sunt que dño christo diabolus de eius diuinitate dubitans/ cũ eũ tentare presumpsisset obiecit. Sed vbi ille cecidit nos sollicite gradiamur: qm̃ cautela sequẽtis est precedens lapsus alienus. Sepe diximus in dño saluatore duas naturas: id est dei z hominis: vnitas/atq; psonetas: in vna/eadẽq; permanere ꝓsona: ita vt vnus esse dei filius z predicet⁹ ab omnibus/z credatur: sicut z patres nostri veritatis ipsius illuminatiõe docuerũt: dicentes: solus ex trinitate filius formã serui accepit: que forma illi ad vnitatẽ persone coaptata est: id est vt filius dei/z filius hominis vnus sit omnipotens Jesus christus: ne non trinitas/sed (quod absit) quaternitas predicet⁹. Hinc est q; quando humilia de ipso dicũtur humanitati sunt sine dubio deputãda: quãdo aliquid potentius tonat/ diuinis virtutibus cõuenit applicari: qõ hic/z inferius vtrũq; seruatũ est. Nam q; iegitur angelis mandatũ vt eum debeãt custodire: infirmitatis humane est: sicut euangelium quoq; testatur. Apparuit aũt illi angelus de celo cõfortans eũ. Et vt ipam hominis natura perfectissime declararet: adiecit Ne offendas ad lapidem pedem tuũ: id est ne in lege que in lapideis tabulis scripta videbatur incurreret: quã venerat gentes edocere/eiusq; plenitudinem salutari infirmitate firmare. [Super aspidẽ z basiliscũ ambulabis: z cõculcabis leonem z draconem]. Hic iam diuina virtus exprimitur: que tantis rebus iemẽtibus imperauit. Nam omnia ista nomina diabolo cõgruenter aptantur. Aspis est/dum occulte percutit. Basiliscus/cum palam venena disseminat. Leo/dum persequitur innocẽtes. Draco/cum negligentes impiavo racitate deglutit. Uerum hec omnia gloriosa aduẽtu dñi pedibus ipsius ꝓstrata iacuerũt. Solus eñ tam ferocia valuit subdere: qui patri coeternus/z consubstantialis fm̃ diuinitatẽ ꝓbatur existere. Hec si diligẽter sanctorũ patrum predicatione tractemus: nec aliqua demẽtũ heretica prauitate turbemur: omnia nobis ficta sunt/absoluta veritate cõstabũt. [Qm̃ in me sperauit ⁊ liberabo eum: ꝓtegam eum qm̃ cognouit nomen meũ]. Uenit ad tertiam partẽ: vbi dño pater iustissimo illo viro/qui in prima parte nosc̃it introductus/clementi dignatione respondit: vt corda fidelium tali ꝓmissione roborarent. Hunc ergo beatum qui habitat in adiutorio altissimi/liberaturuꝝ se a malis seculi istius cõpromittit: qm̃ spem suã in ipsius virtute reposuit. Sequitur Protegam eum qm̃ cognouit nomen meũ. Expositum quomodo eum liberãdum esse ꝓmiserit: scilicet vt ꝓtectus ab omnibus insidijs diaboli reddatur alienus. Causam quoq; pie liberatiõis adiũxit Qm̃ cognouit nomẽ meũ. Cognoscit nomen patris/qui filiũ non putat esse minorẽ/nec creaturam existimat (vt quidam demẽtissimi volunt) sed creatorem potius mentis integritate ꝓfitetur. [Invocauit me z ego exaudiam eum: cũ ipso sum in tribulatione: eripiam eum/ et glorificabo eum]. Beatus ist⁹ qui in ipsius ꝓtectione cõfidit/singulare premiũ dñs cõpromittit: vt eũ invocatus exaudiat/z duplici modo ꝓtura cõcedat. Dicit enim Cum ipso sum in tribulatione: qõ ad istum respicit mundũ/vbi feruentius angustijs mens deuota tribulat. Sic z ipse in euãgelio ꝓmittit Ecce ego vobiscum sum vsq; ad cõsummationem seculi. Et vide quid sequitur: Eripiam eũ/z glorificabo eum. Ereptus vtiq; ex hoc mundo glorificandus est iustus/ quando in illa beatitudine collocatur: vbi iam locum tribulatio nõ habebit. [Longitudine dierũ ⁊ adimplebo eũ: z ostendam illi salutare meũ]. Adhuc exequitur premia que ꝓmittit beato. Longitudo enĩ dierum/vita eterna est: quem nullus terminat finis: sed in firmamẽto suo stabili roboꝛe perseverat. Sequitur totius premij finis/qui non habet finẽ. Et ostendam illi salutare meũ. Hoc est enim qõ fidelibus in summa remuneratione ꝓmittitur: q: saluatorem christũ dñm contuenⁱ. Apparẽs eñ ille et cordis

Mat.28.

Al.non hꝫ.
Al.replebo.

illuminatione cōspectus: totam spem tuitorum/desiderioq; complebit. Sic se t ipse in euāgelio bene credentibus polliceturꝫ Ostēdam meipsum illis. Hoc eñ (vt quidā volunt) ipsi christo non poterat dicq; t saluatoris est dñs/t spes desiderata credentiū: sed melꝰ (vt frequēter dictū est) intelligat potius a parte mēbroꝝ. Joan.14.

Conclusio.

¶ Mirabilis virtus psalmi huius: que immundos spiritus fugat. Nā vnde tentare diabolus voluit: inde a nobis supatus abscedit. Memor est enim iniquus psumptionis sue: memor est diuine victorie. Ipse quippe t in nobis vincit: qui eum in se ꝓpria virtute superauit. Dicatur ergo a nobis/ post omnes actꝰ diei noctis aduentu: cognoscat nos ipsius esse/qui se recolit antecessisse. Nec frustra tanta gloriam psalmi huius in tali numero estimo collocatam: que ter trina reuolutiōe denarij ad omnipotentē/atq; indiuisibilem cognoscitur rēdere trinitatē.

¶ Explicit expositio in psalmum. 9o.

¶ Psalmus cantici in die sabbati. Xci.

BOnū est confiteri dño: t psallere nomini tuo altissime. Ad annunciandū mane misericordiam tuā: t veritatem tuā per noctē. In decachordo psalterio: cū cantico in cithara. Quia delectasti me dñe in factura tua: t in opibus manuum tuarum exultabo. Quā magnificata sunt opera tua dñe: nimis ꝓfunde facte sunt cogitationes tue. Vir insipiens non cognoscet: t stultus non intelliget hec. Cum exorti fuerint peccatores sicut fenū: t apparuerint omnes qui operātur iniquitatē. Vt intereāt in seculum seculi: tu autē altissimus in eternū dñe. Quīa ecce inimici tui dñe: quīa ecce inimici tui peribūt: t dispergentur omnes qui operanē iniquitatē. Et exaltabit sicut vnicornis cornu meū: et senectus mea in misericordia vberi. Et despexit oculꝰ meꝰ inimicos meos: t ab insurgentibus in me malignātibus audiet auris mea. Justus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabit. Plantati in domo dñi: in atriis domꝰ dei nostri florebūt. Adhuc multiplicabūt in senecta vberi: t bene patientes crūt vt annūcient. Quoniā rectus dñs deꝰ noster: et nō est iniquitas in eo.

PSalmus cantici cōmonet nos: vt in vniuersis actibus nostris diuinitati gratias referre debeamus. Psalmus ei/ sicut sepe dictū est) significat opus spirituales: que sursum tendūt ad dñm christū. In his eñ cantare debemus/et gratias semper agere: qñ eius beneficio reddimur liberi/ qui per nos sumus peccatoruꝫ nexibus obligati. Ipse eñ cantat in psalmo: qui omnē vitam suā in gratiarū actione cōstituit. Dies aūt sabbati/requies interpretat: per quā cōmonemur ab omni prana actiōe cessare/ et feriatos animos a vitijs reddere operū celestiū sanctitate. Hāc recte iudei nō colunt: cū obseruātia eius ad intellectū littere transtulerunt. Sz illis est in die sabbati requies: qui precepta dñi ad nouū testamēti significantia ducūt: et veraciter intelligūt/ quod in ꝓfiguratione dictū esse cognoscūt. Et ideo verba ecclesie in hoc psalmo debemus accipere: que nobis per diem sabbati futuram requē cognoscitur intimare. INTER.

Diuisio.

PRimo ingressu ecclesia loquitur/ bonū esse cōmemorans laudes dño dicere: qđ insipiētem/t irreligiosum ꝓfitek modis omnibus ignorare. Secūdo peccatores sicut fenum velociter asserit esse perituros. Tertio dicit iustos florere vt palmā: crescere aūt sicut cedros libani: vt t ptinaces metꝰ corrigat/et deuoti felici pollicitatione cōgaudeant. Expositio.

BOnum est confiteri dño: t psallere nomini tuo altissime]. Sācta mater ecclesia dicit bonū esse dño cōfiteri: vt in ipso capite bñe iter ꝓfutura cēseret. Confitemur autem (sicut sepe dictū est) duobus modis. Quādo peccata nostra damnātes/ misericordiaz dñi iugiter postulamus. Confitemur etiā/ cū beneficia que suscipimus/ et semp muneribus applicamus: nec meritoꝝ nostroꝝ esse dicimus/ qđ ipsius miseratiōe prestiat. Quapropter quicquid hoc fiat: bonū est dño cōfiteri. Deinde cōuersa dicit ad dñm: Et psallere nomini tuo altissime. Al cōmuni intelligendum bonum est. Psallere enim significat ꝓpis opibus dñi mādata pergere. Vt sicut psalterū de supioribus sonat: ita operatio nostra ad aures diuinitatis ascendat. Quapropter vniuersiculo cōprehēsum est: qđ sanctas t multiplices cōcluderet actiones. [Ad annūciandum mane misericordiā tuam: t veritatem tuam per noctem] Mirabiliter vita nostra duobus est sermonibus cōclusa. Mane/ significat gaudiū: nox aūt cognoscitur indicare tristitiā. Et ideo quādo in beneficijs eꝰ leti sumus/ misericordiā ipsius annūciare debemus: qꝛ ꝓfiat indignis t malis/bonus est. Per noctem vero: id est per tribulationē: quādo nos asperitates alique castigare noscūtur/ veritatem ipsius similiter annūciare debemus: qꝛ merito patimur/quod delictis grauātibus sustinemus. Ita fit/ vt vtroq; tēpore iustissime debeamꝰ laudes dñi confiteri. [In decachordo psalterio: cum cātico † t cithara]. Decachordū psalterū decem precepta legis significare manifestū est: qꝛ ipsa chorde sunt/quas si bonoꝝ actuum qualitate tangamus: salutare melos efficiūt/t ad celoꝝ regna perducunt. Scire aūt debemus cur iste numerus tāte rei videatur adiūctus. Ipse est quē pithagorici tetradazathin vocant: id est quatemitatē diuinam: qñ breuiter cōprehendit/qđ per infinitas summas nosci posse dilatari. Unus eñ/ duo/ tres/ t quatuor facit decē: qui semp reuolutus/atq; repetitus in extēsas/t infinitas supputatiōes egredit. Nec ei in quibuslibet summis vltra istū ordinez noui aliquid reperit: sed ita ꝓbatur esse cōpositus: vt ipe fiat semper numerabilis/cū nullis nouitatibus immutet. Merito ergo talis calculus totius redēptionis nostre cōtinet formā/qui per obliquas lineas charactere suo sancte crucis imitat figuram: t in digitis decori circuli rotūditate cōcluditur. Addidit Cum cātico t cithara. Canticum t cithara/ est gaudium boni operis: id est elemosynarū iocunda prebitio: sicut ait apostolus. Hylarem datorē diligit deus. Cithara vero res indicat actuales: que licet cū labore/et tensiōe fiāt: tñ habebūt fructum maximū: si lucro gaudio compleant. Ipse eñ cantat cū cithara: Alt.in. DOG. 2.Cor.9.

qui opas bonas ꝓficit sine asperitate tristicie. [Quia delectasti me dñe in factura tua: t in operibus manuū tuarū exultabo]. Intuere hanc regulā veritatis vbiq; seruari: ne humanis viribus applicetur: quod diuina fuerit largitate collatū. Tunc enim elatio noxia ꝓuenit: tunc supbia deo inimica turgescit: quādo aliquid infirmitas humana de sua possibilitate psumpserit. Quocirca delectatā se dicit mater ecclesia in factura domini: qñ quicquid boni acceperat: ipsi sancto ꝓposito modis oibus applicabat: et vt predicte regule integritas seruaretur: nō in sua felicitate sed in ipsius operibus se exultare profitetur: sicut t apostolus ait: Ephe.2. Ipsius enim sumus figmentū: creati in operibus bonis. [Quā magnificata sunt opera tua dñe: nimis profunde facte sunt cogitationes tue]. Omnia quidē opera dei humanis sensibus profunda noscuntur: et quodcūq; eoꝝ quesieris altissimum sine dubitatione cognoscis: sed melius est per verba ipsius predictas operationes cognoscere: ne peregrinū aliquid in medium videamur adducere. Posiq; dixerat: Mane misericordiam et veritatem annunciandā esse per noctē in decachordo psalterio cum cantico et cithara: ipsa opera domini: ipsa miracula dispositionis vehementius obstupescit: et magnificentiam eius cum summa admiratione prosequitur: vt tali imitatione formati: mūdi istius discrimina salutariter possimus euadere. Jn qua re nimis ꝓfunde sunt facte cogitationes eius: vt sicut diabolus per superbiā corruit: ita humanū genus humilitatis bñficio possit absolui. Dicendo enim: Nimis ꝓfunde: significat tanto plus hāc estimationē altescere: quando de ipsa potuerit aliquis sedule vehementiusq; tractare. Quapropter illud hic perfecte scientie genus est: nosse deū talia tantaq; prestare que humanꝰ sensus non possit attingere: sicut in Abachuc Abachuc.3 propheta legitur: Conspexi opera tua et expaui. [Vir insipiens non cognoscet: t stultus non intelliget Alt.hec † ea]. Diuersis cantis apta redduntur. Nam sicut de se dixit: Quia delectasti me domine in factura tua: et in operibus manuū tuarum exultabo: reliqua: ita incredulos ꝓfitetur beneficia domini non posse cognoscere. Que figura dicitur Parison: id est equatio sententie: que sepe paribus: plerūq; constat imparibus. DLIDE. DEF. Insipiens est: qui celesti sapientia vacuatus: humanis versutijs probatur esse plenissimus. Iste vtiq; nō cognoscet opera dei: quia casuale credit esse quod geritur: sicut quidam philosophi dixerunt. Adiecit: Et stultus non intelliget ea. Stultus vtiq; est: qui nec diuina cognoscit: nec ipsos seculi actus intelligit: quos vulgo brutos vocamus. Merito ergo isti non intelligunt ea que superius dicta sunt: quia superne cōtemplationis nulla ratione flāmantur. [Cum † exorientur Alt.exorti fuerint peccatores sicut fenum: t apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Ut intereant in seculum seculi]. Uenit ad ingressum secundū: in quo peccatores in isto quidem seculo sub breuitate temporis sicut fenum dicit florere: sed in illa iudicatione vbi factis digna reciptunt eos asserit celeriter interire: sicut Hieremias Esa.40. propheta dicit: Omnis homo fenum: et omnis claritas hominis vt flos feni. Nam quod dicit: Et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem: futurū iudicij tēpus ostendit. Hic enim t si intelliguntur multorum criminū rei: omnes tamen nobis apparere non possunt qui operantur iniquitatem: maxime quando spiritus imundos hic videre non possumus. Ubi enim cum ad iudicium venerint: humanis cōspectibus apparebunt. Sequitur causa quare appareant non vtiq; ad gloriam: sed ad ruinam: id est vt intereant in seculum seculi. Et pulchre exposita est pena damnatoꝝ. Non enim sic pereunt: vt esse iam desinant: sed in seculum seculi pereunt: qui nunq; a suis afflictionibus exuuntur. [Tu autem altissimus in eternum domine]. Subaudiendum permanebis: non vt iudei putauerut tanq; hominem solum communi sorte trucidandum. Aptum est enim hoc de domino saluatore sentire: vt econtrario cōtineatur ꝓfidia nefanda iudeoꝝ. [Quoniam ecce inimici tui domine peribunt: et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem]. Inimici dei: sunt demonū cultores: vel quicūq; preceptis eius obuiare monstrantur. Hec inimicitia dei quidē dicitur: sed resistenti potius noxia cōprobatur. Se enim persequit: qui domini iussa non sequitur. Ille enim nescit pius creatoꝛ i a sci: nisi quādo nobis existere videmur aduersi. Denq; subiungit qui sunt isti inimici: id est qui operantur iniquitatem. Ibi dispergentur: quando a grege domini fuerint segregati: quando regnū eius non meruerint introire: quia illic congregari nequeūt nisi qui domino deuotissima intentione placuerunt. [Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum: et senectus mea in misericordia vberi]. Unicornis: interdum superbiam indicat: sicut in alto psalmo iam dictū est: Et a cornibus vnicornioꝝ humilitatem meam. Hic Ps.21. autē exaltationem significat vnitatis: qua merito dicit ecclesiam in fine seculi exaltandam esse: quando fideles munera probantur digna recipere. Illa autem vnitas/ fortitudo sublimis est. Et sicut in hoc seculo cornua ornant iumenta: ita ibi sanctoꝝ gloria decorat ecclesiam. Exaltabitur enim dixit: quia peccatoribus in tartarum humilitatis: illius sublimitas celsior apparebit. Sequitur: Et senectus mea in misericordia vberi. Senectus candidum caput habet: que similitudo vt arbitroꝛ hic iuste datur ecclesie: quoniā omnia merita sanctoꝝ tanq; cani capitis puriissima luce fulgebūt. Nec incassum addidit Mea: quia senectus humana morbis grauissimis sauciata tedit ad finē: querelis onerosa: colore deformis est. Cōtra: senectus ecclesie ad vitam ducit perpetuam: ad beatitudinem mirabilem: ad pulchritudinem singularem: vt luceant sicut angeli dei qui meruerunt in illa congregatione numerari. Subinxit etiam: In misericordia vberi: vt et multa intelligeres dona t beneficia sine dubitatione perpetua: quod totū cōtra seculi istius senectutem dicitur: que malis ingrauantibꝰ oneratur. [Et † respexit oculus meꝰ inimicos meos: et † insurgentes in me Alt. desperit Alt.ab insurgentibus † malignantes audiuit auris mea]. Inimici scilz sunt ecclesie: quos superius dixit operarios iniquitatum. Alt. malignā tibꝰ audiet Tunc aperte in illa iudicatione videbuntur: quando qui hic celati sunt: ibi cum suis operibus apparebūt. Quos tunc iratus respicit: quando in sinistrā partem segregatos esse cognoscit. Sequitur: Et insurgentes me malignantes audiuit auris mea. Insurgetes sunt malignantes diuites huius seculi: qui hic paupertatē ecclesie impia elatione despiciunt. Hos audiūt aures olim fidelium: quādo increpationibꝰ ꝓphetis sua desideria factaq; cōdemnāt. Dicturi sunt enim (sicut Salomon dicit) Quid nobis ꝓfuit supbia: aut quid diuitiarū iactantia ꝓtulit nobis? &c. Ibi enim audiuntur sua vota damnātes: qui se in hoc seculo beatissimos estimabāt. Sap.5. [Justus vt palma florebit: vt cedrus libani multiplicabitur]. Ad ingressuꝫ tertiū sancta venit ecclesia: vbi sic per cōparationes memoratꝰ ꝓmia beatoꝝ: sicut su-

pertus dixit damnari posse facta peccātiū. Feno enim cōparati sunt peccatores: qđ delectabili quidē viriditate orit: sed celerrimo fine siccat. Justū vero dignissime cōparat palme. Palma enim dicta est: quasi pactus alma: quę p̄mū est in agone vincētib⁹: sicut apls dicit Phil.3. Hūc tendo ad palmā superne vocationis. Hec supra terrā hispida est: z quibusdā tumoribus inequalis: sed vbi ad superna processerit: dulcissimoq; fructuū suauitate cōplet: z quasi quibusdā radijs ornata dīcēditur. Sic iustor cōuersatio in hoc mūdo duris est laborib⁹ plena: sed in supnis p̄batur esse pulcherrima. Sequit cedri secūda cōparatio: que multo palmis probat excellior: Lignū bene olens ad pondera portanda fortissimū: qđ licet p̄cerū vbiq; nascatur: in libano tamen monte celsius inuenitur. Ita iustus multiplici laude celebratus: z cedri p̄ceritatē: et pulchritudinē dictus SLhyE. est habere palmas. Que figura dicit Jsonid est equalitas: qñ res aliq̄ paritate similes / adhibita laude vel detractione iunguntur. [Plantati in domo dñi: in atrijs domus dei nostri florebunt]. Qñ iustos viros electis arboribus comparauit: nunc amenitatē z pulchritudinez ecclesie catholice breuissima cōmemoratione designat: in qua dū plātatio dicitur: predestinatio dñi significat: quia nisi qs in ea plātatus fuerit: cremētū felicissimū nō habebit. Cōsidera etiā q̄ plantatos in domo dñi in atrijs florere manifestat: scilz qñ qui in ista ecclesia per gratiā dñi plantantur: in illo ingressu Hierusalē modis oibus florebunt. Atriū enim intrīū dicitur mansionis: domus autē interiora mēbra designat: et vtrūq; simul vni rei non potest cōuenire. Hic enim iustus bene dicit plātatus: qui radicib⁹ virtutū terrenis visceribus firmiter cōtinetur. In atrijs eñ merito floriet: quādo in illo resurrectionis initio: Matth.25. auditi meritis felicitate gaudebit: id est Venite benedicti patris mei: p̄cipite regnū quod vobis paratū est ab origine mundi. [Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: z bene patientes erūt]. Senecta hominū arida atq; sterilis est: ecclesia vero tunc magis incipit esse vberrima: quādo ad finē seculi fuerit dño miserāte perducta. O senectus viridis: z floribus cōparata matūritas apparet: qñ domus ista celo tegitur: in qua homines plantantur vt floreant. In fine liquidem seculi sanctorū numerus crescit: et persecutionibus crebris agitur: vt cito predestinatoꝝ numerus impleat. Sic z superius dixit: Et senect⁹ mea in misericordia vberi. Addidit: Et bene patientes erūt: q̄ beatoꝝ passiones celorū regna cōquirunt. [Et annunciēt: Qñ † iustus Al.rectus dñs deus noster: et non est iniquitas in eo]. Sancti quos superius dixit bene patientes erunt: dum ceperint p̄mia diuina suscipere: annunciabūt: qñ iustus est dominus: id est qui seruis suis p̄missa dona compleuit. Et non est in eo iniquitas: vt in hoc mūdo pro se non pertulerit pericitari: quos ibi oblabit corona martyrij. Conclusio.

Cōmonuit nos sancta mater ecclesia: quem admodum peccatores vt fenum pereant: z iusti vt palma floreant. Dixit etiam qua vicissitudine gaudeāt qui hic crebris afflictionibus ingruantur. Ipsa est dies sabbati qđ titulus predixit: in qua iusti sub exultatione laudes dñi celebrabunt: z liberati a mūdi huius persecutionibus fertata securitate gaudebunt. Ne desperemus bona p̄mīsit: ne peccemus grauiter cōminata est. Sic tortū pro nobis agitur: quod nos admonere dignatur.

Explicit expositio in psalmum.91.

Claus cantici ipsi Dauid: in die ante sabbatū: quando terra fundata est.

Dominus regnauit decorem indut⁹ est: indut⁹ est dñs fortitudinē z p̄cinxit se. Etenim firmauit orbē terre: q̄ non cōmouebit. Parata sedes tua ex tūc: a sclo tu es. Eleuauerūt flumina dñe: eleuauerūt flumina vocem suā. Eleuauerūt flumina fluct⁹ suos: a vocibus aquarū multarū. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dñs. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domū tuam decet sanctitudo dñe: in longitudine dierū.

Antiqū / ad laudē diuinitatis sepe diximus pertinere. Nam quod addidit: Ipsi dauid: christo dño p̄batur aptatū: qui vere dicitur manufortis ac desiderabilis: qñ z solus potest prestare que vult: et a suis cultorib⁹ vnica affectione desideratur. Sequitur: In die ante sabbatū: sexta feria significatur: que sabbarū sine dubitatione precedit. Sed dū legāt in genesi: tertio die aridā Gen.1. apparuisse: inquirēdū est cur terrā sexto die dicat esse fundatā: Sed hic hominē debemus accipere: qui per terrā cōgruenter aduertitur: sicut est illud: Terra es z Ibidem.3. in terrā ibis: quē inter initia rerū sexto die creatorē legimus cōdidisse. Et sicut eū sexta luce fecit: ita illum venies eadē etate reparauit. Prima enim etas auctoritate patrū: ab Adam vsq; ad Noe legit cōprehensa: secūda a Noe vsq; ad Abraam: tertia ab Abrahā vsq; ad Dauid: quarta a Dauid vsq; ad trāsmigrationē babylonie: quinta a trāsmigratione babylonie vsq; ad predicationem Joannis: sexta vero etas a predicatione Joannis agit vsq; ad finē seculi: in qua dñm saluatorē venisse manifestum est: quādo homini varijs casibus fluctuanti: fundamenta sue fidei propiciatus indulsit. Tūc enim fundata est terra: quando in eū humana generis est firmata credulitas: Et ideo laus sancte incarnationis eius psalmi istius cōtextione cātatur. Prim⁹ locus est a pulchritudine ipsius: deinde a fortitudine: tertio ab operib⁹: quarto a potestate: quinto a laudib⁹ vniuersitatis: sexto a veritate dictoꝝ: postremū a laude domus ipsius: quam decet eterna exultatione gaudere. Sic istis septē sedib⁹ argumētoꝝ demonstratiua generis est formata laudatio. Sed p̄ diuisionib⁹ (sicut in aliis psalmis fecimus) quātitatē numeri sufficit poni: quando z ipse calculus apte dispositus res continuas separare dinoscitur. Expositio.

Dominus regnauit decorem † induit]. Hoc Al.idut⁹ e primus est locus argumentationis: quem TOp diximus a pulchritudine. Nam que vētura erant prophete respiciens: regnaturū dñm magna exultatione cōcelebrat: nō quia dominari cepit ex tempore: sed quia humano generi rex eternus manifestatione sancte incarnationis inotuit. Sequitur: Decorem induit: id est pulchritudinem sue maiestatis ostendit: sicut in euāgelio legitur: qñ transfiguratus est in monte thabor coram discipulis suis: Et resplenduit facies eius vt sol: vestimēta eius facta Mat.17. sunt alba vt nix: qualia fullo nō potest facere sup terrā. [† Induit dñs fortitudinē z p̄cinxit se]. Iste locus Al.idut⁹ e est secundus: quē diximus a fortitudine. Et respice q̄ TOp

prius coma in eodē ꝓbo finiuit: vnde posteri⁹ inchoauit. Que figura dicit Epembasis: quotiens ad decorē SLhyE. dictionis sermo aliquis iterat: sicut est illud: Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite: et his similia. Fortitudinē ꝓ induit: quādo impressione sua Joan.18. iudeis se tenere querētib⁹ respondit: Ego sum: At illi abierunt retrorsum: et terroꝛe magno perculsi: qui ad vim faciendā venerāt: ipsi potius corruebāt. Si duo ista spūaliter accipiamus: olno cōueniunt. Decorē induit eis: quib⁹ fidei veritate dei filius apparebat. Fortitudinē aūt induit aduersus eos qui ei credere noluerūt. Judiciū cōminando predicēs eis: debitas penas impios esse passuros. Precinxit se: illud forte significat: quādo p̄cinxit se lintheo: z pedes discipulis lauit. Illa enim humilitas z decorē habuit: quia dignat⁹ est celorū dñs humillimū obsequium suis famulis exhibere. Habuit z fortitudinē: quia p̄ humilitatē / diaboli malitiam superbiāq; p̄strauit. [Etenim firmauit orbē TOp terre: qui non cōmouebitur]. Tertie argumentationis locus oboritur: quem superius diximus ab operibus. Firmauit enim orbē terre: id est ecclesiā: quādo in euā Matth.16. gelio dixit: Tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meā: z porte inferi non preualebūt aduersus eam. Vera laus: mirabile preconiū: vt terra illa que significat ecclesiam: toto orbe diffusam nō cōmoueatur vllatenus: Huius ista frequenti cōcussione vexetur. [Parata sedes tua deus ex tunc: a seculo tu es]. TOp Ipse est quartus locus quē supra diximus ex potestate: Siue illā sedem vult intelligi: qua sedet ad dexteram patris: siue istam quam habet in mente fidelium: sicut legitur: Super quē requiescet spiritus meus: nisi super humilē z quietū z trementē verba mea: Parata significat predestinationē: quia totum in illa veritate consistit: quicquid in administratione mundi euenire contigerit. Ex tūc / christi significat incarnationē: que fuit ex maria virgine: quando apłos suos: z ceteros fideles: plenitudinem sue maiestatis edocuit. A seculo: deinceps quē cōpetit eternus regnans cum patre: nescit esse DOB. sub tēpore. Per hec enim verba: vna quidē psona: sed due significantur nature dñi christi. Unde necessariū est hanc regulā per loca congrua (sicut patrum firmat auctoritas) sepius cōmonere. Atq; vtinā sic dementiū hereticoꝝ conquiescat improbitas: vt hoc magis importune q̄s necessarie repetere videamur. [Eleuauerūt Al.vocem suā. Eleuauerūt flumia fluct⁹ suos Al.altis TOp flumina domine: eleuauerunt flumina † voces suas: a vocibus aquarum multarū. Mirabiles elationes maris: mirabilis in † excelsis dñs]. Iste quintus est argumentationis locus a laudibus vniuersitatis: vbi prophēta intuitu diuine charitatis exultans: flumina dñi dicit emanare preconia. Que figura dicitur Prosopopeia: quotiens inanimatis reb⁹ verba tribuunt. Quod schema in scripturis diuinis creberrime reperit. Sed bonum est vt queramus que sunt ista flumina que voces suas eleuant in clamorē: Apostoli scilicet: qui de spiritu sancto potati sunt: sicut in euangelio: caput fluminū: z fons aquarum dñs ipse testatur: Qui credit in Joan.7. me: flumina de ventre eius fluent aque viue. Ipsa ergo flumina manauerūt sermones irriguos: ipsa in predicationib⁹ suis voces erexere sanctissimas. Que merito eleuate dicte sunt: quoniā auctori laudes suas salutariter obtulerunt. Mundana enim flumina cursus suos non erigunt: sed potius in inferiora demergunt. Nam postq̄ de apostoloꝝ predicatione dixit: nūc exponit quē admoduz ecclesia domini largitate p̄ficiat. A vocibus aquarū multarū: gentes significat: que ad catholicam fidem dñm laudando cōueniunt. Ab istis ergo vocibus mirabiles facte sunt elationes maris: id est a seculi istius salo: animarū p̄uenit salutaris ascensus. Mare enim est salsarū aquarū copiosa collectio: DEF. sic ecclesia sapientes populos in catholica vnitate complectitur. Quoꝝ mirabiles elationes tūc fiunt: quādo in mandatis dñi firma mente cōsistunt. Et hec omnia ad ipsum referūt per quē vniuersa que sunt bona proueniūt: sicut Jacobus apostolus dicit: Omne datum Jaco.1. optimū: z omne donū p̄fectū desursum est descendēs a patre luminum. Alit: Mirabilis in excelsis dñs: quia mortalium laudabilis vita non est: nisi illoꝝ quos ipse facit excelsos. [Testimonia tua credibilia facta sunt TOp nimis]. Dixit de aduentu dñi prophēta que fieri veracissime preuidebat: nunc ipsum genus laudis exponit: quādo testimonia ꝓphetaꝝ nimis credibilia facta sunt: dum incarnatio verbi que predicta fuerat mūdo salutaris apparuit. Huius enim gloriosi aduētu reuelata sunt: que in sacris libris tenebātur occulta. Quis enim sapientiū de promissione munerū dubitare posset: quādo ipsa plenitudo que promittebatur aduenit? [Domū tuam decet † sanctificatio dñe: in longitudi- Al.sanctinem dierū]. Septimus locus qui restabat adiunctus rudo est: quē diximus a laude domus ipsius debere signari. TOp. Domus ita q̄ dñi: est vniuersalis ecclesia: que p̄ mundi ambitum noscitur cōstituta. Hanc decet sanctificatio id est aduentus qui copiosa benedictio. Ipsum enim decus est quod ornamenta omnia possit excedere: quia sic ornat vt nunq̄ deserat: sic componit vt nullatenus dissipetur. Verū hec sanctificatio (quod est prestantissimū decus) non ad momentū tribuit: sed sub eternitate prestatur. Longitudo enim dierū eternitatē significat: que nullo potest fine concludi. Nam sicut quidā dixit: Longū non est in quo est aliquid extremū. Sic totius demonstratiua generis septem partibus dñi aduentus est laudata perfectio. Conclusio.

Ecce sexta sabbati in incarnatione dñi quaꝝ titulus predixit ostensa est. Audiant insipientes hūc psalmū qui putant splendidum aduentū dñi aliqua derogatione fuscandū. Per ipsuz declarata est hominib⁹ potētia sanctissime trinitatis: Per ipsuz sacri baptismatis lauacra prouenerūt: Per ipsum beate cōmunicationis dona collata sunt: Per ipsum diuersa carismatū munera floruerūt: Per ipsum mors occubuit: vita surrexit: Per ipsum diabolus victus: Per ipsum homo noscitur esse liberat⁹. Exultant angeli: gloriant celi: z pronefas adhuc homo ingratus redditur: qui singulariter subuenisse monstratur.

Explicit expositio in psalmum.92.

Ipsi Dauid quarta sabbati. xciij.

Deus vltionum dñs: deus vltionum libere egit. Exaltare qui iudicas terrā: redde retributionez superbis. Usq;quo peccatores dñe: usq;quo peccatores glīabunt? Effabunt et loquentur iniquitatē: loquētur omnes qui operantur iniusticiā. Populū tuū dñe humiliauerūt: z hereditatē tuam vexauerūt. Viduam et aduenam interfecerūt: et pupillos occiderūt. Et dixerūt non videbit dñs: nec intelliget deus iacob. Intelligite insipientes

in populo: ⁊ stulti aliquādo sapite. Qui plā tauit aurem non audiet: aut qui finxit oculū non considerat? Aut qui corripit gentes nō arguet: qui docet hominē scientiam? Dñs scit cogitationes hominū: qm̄ vane sunt. Beat⁹ homo quem tu erudieris dñe: et de lege tua docueris eum. Ut mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea. Quia non repellet dñs plebem suam: ⁊ hereditatē suā non derelinquet. Quoadusq; iusticia cōuertatur in iudicium: ⁊ qui iuxta illā omnes qui recto sunt corde. Quis consurget michi aduersus malignantes: aut quis stabit mecū aduersus operātes iniquitatē? Nisi quia dñs adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam motus est pes meus: misericordia tua dñe adiuuabat me. Secundū multitudinē dolorū meorū in corde meo: consolationes tue letificauerunt aīmā meam. Munquid adberet tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in precepto. Laptabunt in animam iusti: ⁊ sanguinē innocentem condemnabunt. Et factus est michi dñs in refugium: et deus meus in adiutorium spei mee. Et reddet illis iniquitatez ipsorū: ⁊ in malitia eor̄ disperdet eos: disperdet illos dominus deus noster.

QUam illa verba nota sunt que p̄cedūt. Quid sit quarta sabbati: oportet nos diligentius perscrutari. Quarta sabbati est: a sabbato quarta feria: quo die dñs in principio mundi luminaria celi mirabili dispositione constituit. Hoc aptandū est ad sanctos viros: de quibus psalmus iste dicturus est. Qui merito celi luminarib⁹ comparantur: quoniā in terra celesti cōuersatione resplendent. Magno autem mysterio hunc ⁊ duos precedentes psalmos talium dierū cōmemoratione prenotauit: vt per significantias rerum: virtute videretur indicare psalmorum. Diuisio.

QUm respiceret propheta humanum genus detestabili persuasione confundi: et putari deum curam non habere mortaliū: quando versa vice iustos videbat cōtrarietate premi: ⁊ impios p̄sperit̄atibus eleuari. In prima parte dñm rogat: vt retribuat superbis per quos mundū tali estimatiōe cognouit esse vitiatū. Secūda parte ipsos inuehitur: qui stultis murmurationibus blasphemabant: vt deum putarent humanarū rerum sollicitudinē non habere: dum ipse creaturis suis probetur intelligentiam prestitisse: beatū illum estimans qui mundi istius felicitate despecta in diuina reuerentia perseuerat. Tertia: ad eorum animos inuitandos dominū sibi dicit fuisse refugium: et futurū vindicem fore peccantium. Expositio.

QUos vltionum dñs: deus vltionum libere egit]. Uidēs p̄pheta blasphemor̄ iniquitates in magnā prosiluisse licentiam: districtionē eis dñi / quasi terribilia fulmina cōminatur: vt tante maiestatis timore perterriti a suis peruersitatibus redderentur alieni. Dicit enim: De⁹ terribile nomen: qui ex timore descendit. Et vt dñm intelligas saluatorem: sequitur: Ultionum dñs: id est qui iudicaturus est mundū: ⁊ vltionibus iustis affligere veniet obstinatos. Quis ergo talī non terreatur auditu? Quis nō pauescat iudicem: qui se potest intelligere peccatorē? Repetit: Deus vltionū libere egit: id est nullo impediente iudicauit: sicut fecit quādo pharisei ⁊ potestatē habentib⁹ suas nequitias imputauit. Libere quoq; egit: quando in templo docuit populos tanq̄ potestatē habens. Sic ⁊ in alio loco pater de ipso dicit: Ponā super salutari meo: fidu- Ps. 11.
cialiter agam in eo. Qua p̄ropter cōstat eum egisse libere: cuius nec veritas reprehendi poterat: nec potestati obuiari posse constabat. In illo enim voluntaria humilitas: non patientie necessitas fuit. [Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis]. Exaltare dicit humili: qui ab impijs cōprehensus noscitur esse crucifixus. Sed q̄nis ista p̄ nostra redemptione pertulerit: tūc exaltatus est, coram discipulis in maiestate sua: quādo eū ad gloriā cōstat resurrexisse perpetuā. Orat ergo sanctissimus: q̄d scit esse vēturū. Non enim imperatiua verba sunt: sed per hec sententia certi animi ⁊ deuotio desiderantis ostenditur. Sequitur: Qui iudicas terrā: vt aperte demonstraret dñm christum: qui terram / id est homines terrenos matestatis sue dittione iudicabit. Et vt hoc de impijs debuisse aduertere: subiunxit: Redde retributionem superbis. Superbi enim illi sunt qui in sua malignitate deficiūt nec aliqua satisfactione ad dñi videntur misericordiā peruenire. Superbus autē et diabolus dicitur: et qui eius peruersitatibus obsecundat. Istis ergo retributio reddenda est cum audierint: Ite in ignem eternū Matth. 25.
qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius. [Usq;quo peccatores dñe: usq;quo peccatores gloriabuntur]? Adhuc in sensu superiore persistens: de illis peccatorib⁹ dicit: qui obstinata voluntate durescūt. Dicendo enim: Usq;quo peccatores gloriabuntur: illud seculū significat: in quo superbie sue non habent modū. Nam in die iudicij gloriari nō possunt: qui penas debitas consequuntur. Repetitio enim ista: dolorem diuturne expectationis ostendit: quia semp innocentibus grauis est criminosor̄ conspecta iactantia. [† Pronunciabūt Al. effabūt
et loquent̄ iniquitatē: loquentur oēs qui operant̄ iniusticiā]. Pronūciare / est aliquid corā aliis publica voce WES
narrare. Dicit enim de illis qui non solū corde concipiunt mala: verūetiam ea sub libertate dissemināt: vt et se perdāt ⁊ alios deceptos inficiant. Sequitur: Et loquentur iniquitatem. Cum sit ꝓnunciare loqui: illud michi significare videtur: vt ꝓnunciationes: publicas suasiones debeamus accipere. Loqui autē: licet priuatas collocutiones aduertere: ne q̄ tempus esset q̄ a culpis improborū redderet alienū. Iniquitatē vero ad vtrūq; pertinere non dubiū est: quia de illis dicitur qui puerilis loquacitatib⁹ efferuntur. Uerū ne illud loqui solūmodo sermonū esse sentires: addidit: Qui operantur iniusticiam: vt ⁊ sermone ⁊ opere detestabiles fugiter apparerent. Diligenter autem intende: quemadmodum usq; ad finem diuisionis huius augmenta semper sceleruz facit. Quod schema dicitur Clymax: SCHE.
id est gradatio. Exaggerantibus enim: ad superiora creseret decorus ascensus est. Quod etiam in virtutibus fecit apostolus dicendo: Quis nos separabit a Rom. 8.
charitate christi? Tribulatio: an angustia: an fames an nuditas: an persecutio: an gladius? ⁊c. [Populum

tuū dñe humiliauerūt: ⁊ hereditatē tuam vexauerūt]. Populū tuū: veros dicit fideles: quos idē phibet humiliatos: qm̄ deo fieri cōtumelias audiebant. Necesse est enim deuotū famulū dolore cruciari: quādo irreuerentissimū aliquid de dño ꝓtingit audire. Hereditatē vero: populos significat christianos: quos ideo dicit esse vexatos: quia innumeris cladibus eos supbi p̄secutores atterere tentauerunt. Et respice q̄ moderato verbo vexatos dicit esse nō p̄ditos: quia semp fideles tētatione p̄ficiūt: ⁊ quāto plus illis humana vis ingeritur / tāto amplius defensio supna p̄stat̄ur. Sicut salomon dicit: Argentū probat ignis: ⁊ homines acceptos Eccli. 27.
tentatio tribulationis. [Uiduā ⁊ aduenā interfecerūt: Ibidē. 4.
et pupillos occiderūt]. Legitur quoq; Esto pupillis vt pater: ⁊ pro marito matri illor̄. De aduena quoq; in Deuter. 10.
Pentateucho sic iuberur. Peregrinū ⁊ aduenā nō nocebis. Aduene enim ⁊ ipsi fuistis in terra egypti. Hic ergo vt crimen exaggeret: interfectas ait viduas: aduenas ⁊ pupillos: vt quos dñs tuendos atq; iuuādos
esse p̄cepit: eis manus scelerata non parceret. Ecce Alph.
argumentū quod dicūt oratores a laude rei lese: quam bene tūc veritas p̄fudit: quod nūc ad vsus verisimilis subtilitas humana cōuertit. [Et dixerunt non videbit dñs: nec intelliget deus iacob]. Exaggerauerūt supbi nequitias suas: vt homicidijs atq; oppressionibus innocentū ad cumulū malit: blasphema quoq; verba subiungerent. Que figura dicitur Sarcosmos: quasi vsq; SARCH.
ad pulpas penetrans hostilis irrisio. Dicebant enim dñm nō videre que ꝓbabantur sub iniq̄tate peragere: estimantes mala sua nō respici: quādo se nō sentiebāt sub celeritate percelli dementes: qui patientiam dñi traxerunt ad infirmitatis iniurias: cum facta sua nec videre eū dicerent: nec intelligere posse sentirent: dum Ezech. 18.
ille pius moderator exclamet: Nolo mortem peccatoris: sed vt cōuertat̄ ⁊ viuat. Deus aūt Jacob dicit: de⁹ christiani populi. Solet enim hoc nomē scriptura diuina repetere: quia per ipsum subsequens catholica significatur ecclesia. [Intelligite nunc qui insipientes
Al. non hz. † estis in populo: ⁊ stulti aliquando sapite]. Exposita cōsuetudine malignor̄: venit ad secundā partē in qua eos cōmonet vt tandē aliquando a nefanda p̄suasione discedant. Insipientes illos vocat: qui in ecclesia constituti: seculi istius felicitate mordent. In populo aūt ideo subtunxit: quia prauas intelligentias suis cōuenticulis publica voce denūciant: ⁊ docere videntur q̄ ipsi pessima intentione didicerunt. Stultos autem illos dicit: qui vere religionis experti aperta contradictione blasphemant dicentes: nec videre deum quod homines faciunt: nec intelligere que delinquunt. Sequitur: Stulti aliquādo sapite: id est dementes aduertite dñi pietatē: qui talia putatis dñm negligere: que suis p̄ceptis cognoscitur inhibere. [Qui plantauit
Al. aut aurem nō audiet: aut qui finxit oculū non considerat? Qui corripit gentes non arguet: † qui docet hominē scientiam]? Istis duobus versib⁹ per singulas sententias decurrit pulcherrima nimis ⁊ absoluta probatio: que tamē increpatiue legenda est. Dicit enim: Qui tribuit aurem diuersis creaturis suis: sibi denegauit auditum? Qui plasmauit oculū non habebit aspectum? Qui predicationibus prophetarū gentes arguit: ipse minime iudicabit? Qui docuit hominē scientiam: ipse rationis indigaus pmanebit? Quin potius artifex rerum modū vniuscuiusq; dispensans: nulli creaturarū tantū tribuit: quātū in se esse cognoscit. Desinat ergo vana p̄sumptio imaginari velle falsissima. Sola enim diuinitas est: que ola veraciter: ola potest nosse pfecte. Inspiciamus etiam q̄ pulchre locutionis ordo decurrat. Dicit enim: Qui plantauit aurē: ⁊ non sequitur: nō habet aurē: sed dixit: non audiet. Talis etiā modus locutionis sequitur: Aut qui finxit oculū: non dixit / non habet oculū: sed dixit / nō cōsiderat: vt ostenderet virtutes audiendi videndiq; in deo esse nō mēbra. Quas argumentationes breues atq; lucidissimas enthymemata: id est mentis ꝓceptiones dialetici appellare voluerūt. Has p̄ breuitate sui oratores frequēter, ꝓpter distinctionibus aptauerūt. Hic autē syllogismus con- Syll.
stat ex ꝓpositione ⁊ cōclusione: sibi tamen vtriq; contrarijs: sicut hic factū est. Nam proposuit: Qui plantauit aurem: cōclusit ex cōtrario: non audiet: ⁊ reliqua que in eo versu sequunt̄ hutusmodi. [Dñs † nouit co- Al. scit
gitationes hominū: qm̄ vane sunt]. Posti illa que dixerat: sequitur vera sententia: qm̄ talīū hominū cogitationes oino sunt vanissime. Et bene dicū est: Dñs nouit: quia ipsi se per se nosse non possunt: qui prauis cogitationib⁹ occupantur. Uanū enim dicimus: quicqd a veritate discedit: quicqd ꝓficium nō habet fructū. [Beatus homo quē tu erudieris dñe: ⁊ de lege tua docueris eū]. Cōtra vanos bene ponitur Beatus. Nam sicut illi caducis cogitationibus illuduntur: ita isti doctrine celestis veritate firmantur. Uenit ergo ad illos: quos in titulo psalmi celi luminarib⁹ cōparauit. Sed hoc beatitudinis genus quēadmodū ꝓueniat: consequenter exponit dicens: Et de lege tua docueris eum. Isti enim non vanitatib⁹ illuduntur: sed vera doctrine qualitate cōplentur: fiuntq; reuera beati: q̄m celestis sapientie munera perceperūt. [Ut mitiges † eū a die- Al. et
bus malis: donec fodiatur peccatori fouea]. Istud tā sancte legis constat esse beneficiū vt in aduersis mundi istius discat christianus patientiā: qua mitigantur semper aduersa. Legitur enim: Expectans expectaui Ps. 39.
dñm: ⁊ respexit me: ⁊ his similia. Dies autē mali sunt: quādo insultare cernūtur iniusti: quādo persecutorib⁹ fauet mundana felicitas. Sed vide quid sequitur: expectandū esse donec fodiatur peccatori fouea: hoc est: cum dies eius sepulture ꝓuenerit: quādo iam nō supbiunt impij: nec viterius de ꝓsperitate gaudebūt: sed tūc recipiūt quod hic corrigere distulerūt. [Quia non repellet dñs plebem suam: ⁊ hereditatē suam non derelinquet]. Q̄m superius dixerat: Ut mitiges eū: nunc asserit non esse repellendū: quē ꝓpter coronale premiū paruo tēpore cōmemorat esse fatigatū. Plebem vero suā: designat fidelissimos christianos: qui ad dominū pura mentis intentione festinant. Sequitur: Et hereditatem suam non derelinquet. Hereditas est humana: que ad successorē prioris dñi migratione transferrur. Nam hereditas christi: licet sit eius sanguine cōquisita: nunq̄ suū perdit auctorem: sed cū ipso nichilominus possidetur. [Quoadusq; iusticia cōuertatur in iudicium: et qui † tenent eam: omnes qui recto Al. iuxta illam
sunt corde]. Justicia hominū tunc cōuertitur in iudicium: quādo apostoli vel qui eorū meritis proximant (sicut eis ꝓmissum est in euangelio) sederint sup duo- Matth. 19.
decim sedes iudicare cū christo. Ista enim iusticia fidelium: que in hoc mundo examine subiacet impiorū: ibi omnes proteruos superboscp iudicabit: sicut dicit apostolus. Nescitis q̄m angelos iudicabimus: quāto 1. Corin. 6.
magis secularia? Et ne isti qui essent forsitasse dubitares: sub interrogatione requiritur: Qui tenent eam: id est iusticiā. Respondit: Omnes qui recto sunt corde. Recti corde sunt oēs sancti qui diuine regule cōiuncti

Al. cõsurget

deulos nõ sequuntur errores. [Quis † exurget michi aduersus malignantes: aut quis stabit mecũ aduersus operantes iniquitatẽ]? Venit ad tertiam partẽ: in qua sibi cõtra malignos spũs solũ deũ adiutorẽ esse testatur. Et quia nullus est hominũ qui ꝓpriis viribus aduersus eos ꝓficere prevaleat: interrogatiue legendũ est: Quis exurget michi: id est nemo pro me aduersus demones certaturus assistit: dũ eos potius hoies malis imitationib⁹ subsequantur. Aduersari enim hostis est: nõ sequacis. Addidit: Aut quis stabit mecũ aduersus operãtes iniquitatẽ: quasi in acie certaturus: quasi diuersis iaculis vulnerãdus: vt nõ man⁹ inserẽdo vincat: sed ad victoriã magis patiẽdo pueniat. Istud enim tale certamen est: vt vincat qui sustinet: et ꝙdt ille qui vulnerat. Quẽ sensum et apls dicit: Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ et sanguinẽ: sed aduersus principes et potestates tenebrar⁹ harum: aduersus spũalia nequitie in celestibus. [Nisi q⁹ dõs adiuuit me: paulominus habitasset in inferno aia mea]. Attendẽs pius ad humanam imbecillitatem: nusq̃ sibi reperit adiutorẽ: sed ꝙuersus ad dñm: statim quod opitulari posset inuenit. Dicit enim: Nisi quia dõs adiuuit me: in illã foueam protinus incidissem: in qua peccatores certũ est posse demergi: hoc est: Paulo minus habitauerat in inferno aia mea. Uanis enim ꝙsuasionibus potuisset decipi: nisi meruisset a dño liberari. [Si dicebam motus est pes meus: misericordia tua dñe adiuuabat me]. Hic beneficiũ celerrime ꝓfessionis ostenditur: vt cum se lapsum diceret: statim munera diuina sentiret: qui felici sorte liberatus inde reatum euadere prevaluit: quia culpã iudici non negauit. Sic petrus cũ vocatus gressib⁹ fluctuãtibus calcaret undas maris expauit: sed ideo cito meruit liberari: quia infirmitatẽ suam obstupitus exclamauit: cui statim affuit misericordia diuina: dum tensa manus eripuit: quẽ diffidentia cauenda mergebat. Tantũ enim valet in principijs accelerata cõfessio: vt ante indulgentia subueniat q̃ pena percellat. [Scõm multitudinem dolor⁹ meor⁹ in corde meo: consolationes tue letificauerũt animã meam]. Multa quidẽ vulnera: sed sufficiens olim medicina quãdo sm dolores asperos cõsolatoria dicit venisse remedia. Nã quod ait: In corde meo: suas significat saluberrimas cogitationes: vt cũ retributiões eternas mente reuolueret: mala temporalia sine dubitatione despiceret: et cõfortatus inde sumeret remedium: vnde se peruenire iudicabat ad christũ. Ipse sunt consolationes que letificant animas: q̃uis corpora videant afflicta. [Nun quid adheret tibi sedes iniquitatis: qui fingis † dolorem in precepto]. Negatiue dicendũ est: Nũquid particeps tui erit thronus insidiarũ? Quia iusto dño non potest proximare: nisi quod eius cõstat regulis cõuenire. Sic per speciem octauã definitionis: que grece dicitur κατα αφαιρεσιν του εναντιου: latine priuantiã cõtrarij: negãdo quod non est definitur qui sit christus domin⁹. Sedes enim iniquitatis est mũdi istius voluptuosa possessio: que dño adherere non potest: quãdo suos famulos ne rebus talibus caperentur admonuit. Preceptũ enim ipsius continet: Beati qui lugent: qm ipsi cõsolabuntur. Et iterũ: Beati qui persecutionẽ patiuntur ꝓpter iusticiã: qm ipsor⁹ est regnũ celor⁹. Fingere enim aduertimus plasmare: vnde et figulũ bene solemus vasorum dicere formatorem. Nam et ille qui mentitur: aliquid sibi videtur confingere. Unde hoc verbũ multis rebus apponit: sed ꝓgrue tũc intelligit: quãdo causis aut ꝓfectis cõuenienter aptatur. [Captabũt in animã iusti: et sanguinẽ innocentem cõdemnabũt]. Hoc frequẽter legimus in martyribus factũ: vt truculẽti ꝓsecutores aliquo dolo intercipere nitantur alias innocentes. Captabũt enim dixit: quasi captiose tractabũt: quia verã causam criminis in talibus inuenire nõ possunt. Istud aũt q̃ sequit: sub execratione legendũ est: Et sanguinẽ innocentẽ cõdemnabunt: vt q̃ sceleribus datũ est: improbitas hoim virtutibus tribuere non recusет. Sanguis enim ꝓ dolore petit sancti: cui laus et obsequiũ debuisset offerri. Hoc et ad dñm saluatorẽ potest referri: qui vere innocens atq̃ immaculatus pro nostra redẽptione sententiã iniuste ꝓdemnationis excepit. [Et factus est michi dñs in refugium: et deus meus in † auxilium spei mee]. Ut ostenderet ꝓsecutiones hominũ nil valere: eo tẽpore magis dicit diuinũ sibi prouenisse refugiũ: q̃ superba humane ꝓsecutionis inflata est. Per hanc enim sancte martyrũ germinant palme: per hãc coronalis illa beatitudo preparatur: per hãc nuptialis stola cõceditur: per hanc celor⁹ regna referantur: et quicquid desiderio magno petitur: ipsa potius sentiente prestat. Sequitur Et deus me⁹ in auxiliũ spei mee. Dum dicit Auxiliũ: ostendit se adhuc esse passurum. Propter hoc deniq̃ addidit: Et spei mee: q̃m hic spem habemus non rem tenemus. Sed cũ illud tempus reuelationis illuxerit: spem relinquemus: quia tã nostrũ desiderium possidebimus: sicut dicit apls: Nã q̃ videt q̃s q̃d sperat: si aũt q̃ nõ videmus speramus: per patientiã expectamus. Quapropter sicut clamore sanctorũ in superiorib⁹ ꝓpheta declarauit dicendo: Usq̃quo peccatores dñe: usq̃quo peccatores gloriabuntur: ita nũc ponẽdo: Et factus est michi dñs in refugiũ et deus meus in auxiliũ spei mee: causam totius hesitationis abscidit. [Et reddet illis iniquitatẽ ipsorũ: et in malitia eor⁹ disperdet eos † dñs deus noster]. Ecce omnis dubitatio saluberrimo fine curata est. Nã illos quos dicebatur dñs non videre: nec intelligere: oportuno tempore retribuet illis operationes suas. Sed intelligam⁹ quid sit quod dicit: Et reddet illis iniquitatem ipsor⁹: et in malitia: id est retribuet malis sm vota nequitie sue: nõ sm illud bonũ quod videntur facere nescientes. Nam qui sanctissimos persequuntur: ad celorum quidem regna transmittunt: sed credunt se perdere: quos statuerint iniqua voluntate trucidare. Uerũ isti tales in illa parte iudicandi sunt in qua malitiam concepisse noscuntur. Et nota q̃ hoc nomen malitie: omnium criminũ capax esse dicat. Nã sicut charitas multifarias virtutes continet: ita malitia crimina diuersa cõplectitur. Disperdet eos: id est a suo regno efficiet alienos: vbi incõprehensibilem penam sustinent mali: cum a tanto munere redduntur extranei. Conclusio.

Ephe.6.

Al. aditorium

Al. disperdet illos

Matth.5. Ibidem.

¶ Respiciamus hunc psalmũ quo decore resplendeat: quẽadmodum illi murmurationi competenter obiectus est: qua maxime laborat humanitas. Nullus inuideat perituris: nullus felices estimet qui sub eternitate damnandi sunt. Amemus potius afflictiones: que faciunt ꝓpetuo felices. Nam si amarã medici potionẽ nõ respuimus: vt mereamur temporalẽ suscipere sospitatem: quis istud sane mentis affectare non debeat: q̃ se ꝓpter eterna gaudia subtre posse cognoscat? Maxime cum in ipsis miseriis amplius opituletur nobis dextera creatoris. Et ideo non debemus esse solliciti: quia non nos talis impugnat: qualis est ille qui vindicat.

¶ Explicit expositio in psalmum. 93.

Al. laborẽ

¶ Laus cantici ipsi Dauid. xciiij.

Venite exultemus dño: iubilemus deo salutari nostro. Preoccupem⁹ faciẽ eius in cõfessione: et in psalmis iubilemus ei. Qm deus magnus dñs: et rex magn⁹ sup oẽs deos: qm non repellit dñs plebem suã. Quia in manu eius sunt oẽs fines terre: et altitudines montium ipsius sunt. Qm ipsius est mare et ipse fecit illud: et siccã manus eius formauerunt. Venite adoremus et procidam⁹ et plorem⁹ ante dñm qui fecit nos: quia ipse est de⁹ noster. Et nos popul⁹ pascue eius: et oues manus eius. Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra. Sicut in irritatione: sm diem tẽtationis in deserto. Ubi tentauerunt me patres vestri: probauerunt et viderũt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi illi: et dixi semp hi errant corde. Et isti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea si introibũt in requiem meam.

Virtus psalmi istius: nec obscura nominũ interpretatione predicit: nec hystorie alicuius similitudine declarat: sed hoc apte breuiterq̃ pre foribus legitur: quod in penetralibus inuenitur. Laus vocis: significat deuotionẽ. Canticũ: hylaritatẽ mẽtis: q̃ in opere psalmodie vtrũq̃ debet esse sociatũ: quatenus officiũ lingue nostre ꝓiuncto gaudio compleatur. Ipsi dauid significat dñm saluatorẽ: cui laus ista cantat. Nã principia psalmi de ipso canũt: posteriora vero ab ipso domino ꝓferuntur. Cõsidera q⁹ laudes humane augmẽtis et exaggerationibus efferuntur. Preconiũ vero diuinum qualibet excellentia dicatur retractatũ: ramen semper altius inuenitur. Diuisio.

Prouidens ꝓpheta turbã iudeorũ christo dño posse resistere: primo ingressu ad psalmodiam inuitat populos hebreorũ: laudes dñi dulcissima veritate describens. Secũdo ipse loquitur dñs christus: ne cor suũ induret idem populus iudeor⁹: et hoc eis cõtingat quod patribus eor⁹ qui non meruerunt terram repromissionis intrare. Sic mirabili dispensatione perfectum est: vt inuitationibus blandis primũ ꝓpheta populos hortaretur: deinde ipse dñs obstinatissimos admoneret: quatenus corda eorũ lapidea considerata domini sui maiestate mollescerent. Expositio.

Venite exultemus dño: iubilemus deo salutari nostro]. Uelut quidã preco iudicis: exercitor populi gallus ecclesie orantes inuitat: vt de somno huius seculi euigilantes: laudes dño debeant iocũda exultatione cõcinere. Uenite enim illis dicitur qui longe positi sentiuntur: qui se necdũ fidei integritate iunxerũt. Nam q̃uis a domino non reddamur absentes: quoniã vbiq̃ totus est: tamen longinqui efficimur: cum actuum nostrorũ qualitatibus submouemur: sicut per ꝓphetã dño dicit: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Deinde ad quas epulas inuitet ostendit. Ait enim: Exultemus. Sed quoniã est et seculi istius exultatio que maxime animos occupat infideles: addidit dño: de quo vera presumptione gaudeatur: vbi exultatio edificatione reperit: non vtiq̃ ruinam. Sequitur: Jubilemus deo salutari nostro. Jubilare: sepe diximus magnũ modũ esse leticie: qui q̃uis verbis nequeat explicari: tamen amplissima voce declaratur: intus esse designans gaudiũ: cui sermo non sufficit. Nam cũ dicit: Salutari nostro: significat dominũ saluatorem: qui nobis salutem mouendo cõcessit: patiendo exemplũ tribuit: resurgendo salutaria munera condonauit. Hoc enim verbo satis abũdeq̃ monstratũ est: cui laus ista diceretur. [Preoccupemus faciem eius in confessione: et in psalmis iubilemus ei]. Preoccupare: est ante aliquid facere: q̃ ille videri possit qui creditur aduenire. Faciem: dicit cõspectũ eius: quando tempore iudicij sui cunctis impijs terribilis apparebit. Confessione vero diximus duobus modis accipi debere. Confitemur enim cum dñi laudes religiosa deuotione persoluimus. Confitemur etiã quando peccata nostra penitentie satisfactione damnamus. Quod hic admonet fieri debere: vt ante iudicialem aduentum debeamus nostra facinora confiteri: ne veniens discutiat quod nos sine dubitatione cõdemnat. Sequitur: Et in psalmis iubilemus ei. Inspice quo moderamine cuncta disponat: confessioni tribulationẽ dedit: iubilationi letitiam: vt vtraq̃ rerum vicissitudine defecatus: fidelis deuotus anim⁹ offeratur. Nec vacat quod iterum iubilemus ait: vt rem nimis necessariam ex ipsa repetitione cognosceres. [Quoniã deus magnus dñs: et rex magnus super omnes deos]. Hinc iam per tres versus cause referũtur quare debeat domino iubilari. Que figura dicit Ethiologia: id est cause redditio. Dicendo enim: Quoniã deus magnus dño; ostendit nullũ esse potiorẽ. Magnus quippe non dicit nisi qui summe potestatis arcem tenere monstratur. Sequitur: Et rex magnus sup oẽs deos. Deos frequẽter legimus ab hoibus ꝓfectos: vt iouẽ: martẽ: saturnũ ceteraq̃ idola: sicut et in subsequenti psalmo dicturus est: Qm oẽs dij gentiũ demonia: dñs autẽ celos fecit. Legimus etiã deos: sanctos viros a dño ꝓstitutos: vt est illud: Deus stetit in synagoga deor⁹: in medio autẽ deos discernit. Sup illos aũt siue quos homines fecerunt: siue quos ipse fecit: rex est magnus oipotẽs christus: qui eos amplius excellit q̃ potest priuatis regia potestas eminere. Qui reuera ꝓprie dicitur rex: qm et creat oia et regit vniuersa. [Qm non repellit dñs plebem suã. † Qm in manu eius † omnes fines terre: et altitudines montiũ ipsius sunt]. Post magnitudinem dñi predicta: venit ad eius mirabile infinitaq̃ clementiam. Dicit enim: iudeã plebẽ dñm non repellere: quã sibi cognoscitur elegisse. Inde enim ꝓphete: inde apli: et multi fideles qui dño sincera mente crediderunt: sicut dicit apls: Quid dicemus fratres? Nunquid repulit dñs plebẽ suã quã prescivit? Absit. Nam et ego israelita sum ex semine abrãã de tribu Beniamin. Sequit: Quia in manu eius oẽs fines terre. Istud ad gentes ptinet vniuersas: que christo dño fidei deuotione subiecte sunt. Unus em̃ paries fuit plebs iudeor⁹: alter vocatio gentiũ: qui in angulari lapide. Cui christo dño venientes: ora quodãmodo sua insolubili charitate iunxerunt: de quo scriptũ est: Lapidẽ quẽ reprobauerunt edificãtes hic factus est in caput anguli. Adiecit: Et altitudines montiũ ipsi⁹ sunt. Altitudines montiũ: sunt

Esa.29.

Al. disperdet

Al. Quia Al. sunt

Matth.21.

potestates seculi honorescz terrent: quos ideo dicit eē dñi: ne de ipsorū elatione turbemur. Nam licet mare ventis sentientibus intumescat: habet tamen terminū iuris sui: sicut potestates seculi mensurā dispositionis accipiunt: cuius incaute de sua potestate gloriantur.

Alf. siccam Alf. foumauerunt

[Cui ipsius est mare z ipse fecit illud: z † aridam manus eius † fundauerūt]. Mare/significat gentes: que in hoc seculo diuersis vitiorum flatibus cōmouentur. Quas ideo dicit factas a dño: vt oia voluntati ipsius subiecta esse cognosceres. Omnis enim q̄ res aliquas operatur: in sua potestate habet illa que facit: sicut et aliud psalmus dicit: Omnes gentes quascūq; fecisti: venient z adorabūt coram te dñe. Sequitur: Et aridam manus eius finxerunt. Dixit mare: nunc dicit: z aridā que terra merito intelligitur: quia p̄ se semp̄ arida est: nisi aut fluuiorū: aut imbrū inundatione rigetur. Sic et nr̄a corda ad bonos fructus sterilia atq; arida sunt: nisi dñi misericordia compluant: z instabiles nos atq; titubantes dono sue misericordie fundare dignetur.

Ps. 88.

Quapropter sicut superius dictū est: his omnibus iungendum est: Jubilemus ei. [Venite adoremus z procidamus † ante eum: † ploremus ante dñm qui fecit nos]. In principio psalmi inuitat populos ad tribulationē: nūc hortatur ad penitētie sospitarē: merito quia prius ad exultationē rudes ppls inuitauit: ne adhuc trepidātib⁹ imponeret qd̄ pauescere potuissent. Sed postq̄ dñi gloria potētiaq; narrata est: apte confessionem plorationis imposuit: qñ instructus animus non potuisset respuere salubrem pōtionem. Et nota q̄ hic sancte orationis forma tribuitur. Adoremus enim dicit: corporis nos inflexione curuemus. Procidam⁹ autē: ante ipsum nos pternamus totaq; mēbroꝝ effusione tendamur.

Alf. non hz Alf. Et

Qd̄ fieri solet qñ animus nimia compunctione flāmatus: precū humilitate deponit. Adiecit: Et ploremus ante dñm qui fecit nos. Magna fiducia est ante illum gemere qui nos dignatus est sua pietate plasmare. Cito enim cognoscit factura suā: si ad se nostra viderit corda cōuersa. Ante dominū est ergo ploranda: ploratus effundere: z pessima facta damnare: vt earū rerum indulgentiam mereamur: quas dñi timore deserimus. Nam si tota cordis puritate depiecemur facile nos qui fecit et reficiet. Sic per figuram

SCHE.

Alf. pascue Alf. manus

Characterismos: orantiū imago describitur est. [Quia ipse est dominus de⁹ noster. Et nos populus † eius et oues † pascue eius. Hodie si vocem eius audieritis]. Triplex causa redditur quare dñs debeat adorari. Primum: quia ipse est de⁹ noster: vt iuste illi videatur munus adorationis offerri. Deinde: quia nos sumus populus eius. Sequitur: Et oues pascue eius. Hoc est tertiū quod cōstat esse promissum. Dicit enim iterū quid sint fideles: vtiq; oues pascue dñi. Pascua significant supna dona: quib⁹ anima suaui epulatione saginatur. Et bene definitū est quid sit popul⁹ christianus: oues pascue: qui eternis delitijs felici sorte satiatur. Oues: significant cordis simplicitatē: quā habere cōstat populū qui pastori suo mansueta pietate consentit. Sed his omnibus proponitur vna conditio: Hodie si vocem eius audieritis: scilicet quam subter dicturus est. Nam qui vocē ipsius non audit: nec grex ipsius dicitur: nec in pascuis collocatur: sicut in euāgelio legitur:

Joan. 10.

Oues mee vocē meā audiunt: z sequuntur me: et ego cognosco eas: z nullus rapit eas de manu mea ⁊c.

Hebr. 3.

Hodie/significat semp̄: quia iugiter audiēdus est: qui salutariter monet. Cuius sermonis vim a postolus potenter expressit. Sed adhortamini vosmetipsos p singulos dies donec hodie cognominatur. Hactenus propheta locutus est: nunc subsequentia videamus. [Nolite obdurare corda vestra. Sicut in † exacerbatione

Alf. irritatione.

pm diem tentationis in deserto]. Peruentū est ad ingressum secundū: vbi iudeos dñs saluator alloquitur: ne parentū suorū obstinationibus imitaris: a requie dñi reddātur alieni. Dicit enim: Nolite obdurare corda vestra: quia non credentiū corda oīno lapidea sunt. Et vere filiis cōparanda: que imbrē fructiferū non recipiūt: quia sterilitatis sue ariditate durescunt. Ponit quoq; exempla celeberrima: vt qui eos obstinatos esse nouerat: notissima calamitate terreret. Tentatio enim iudaica: sicut in exodo legitur: ptra Moysen gra

exo. 16. 7. 17

ui murmuratione surrexit: dicens nec escam sibi in deserto dari: nec aquam potabilem diuina largitate concedi. Rem quidem necessariam postulabant: sed ideo fuit eoꝝ detestabilis voluntas: quia non est credita in diuinitate potentie. Quapropter culpa illis parentū necessarie reperitur: vt debita vindicta timeat. [Ubi tentauerunt me patres vestri: probauerunt † me z vi-

Alf. non hz.

derūt opera mea]. Ubi sicut superius dixit: significat in deserto. Illic enim fragilitas humana deum tentauit: sed statim virtus diuinitatis apparuit: quādo escauit ex aere: potus ex lapide. Sed petra produxit aquas: corda vero infidelium duruerunt in lapideā siccitatem. Sed que dementia est adhuc sequi prauitates illoꝝ: in quibus tam vehementer cognoscitur vindicatum? Nam cū dicit: Patres vestri: et eos quoq; significat obstinatos: quia illum vnusquisq; habet patrem quē cognoscitur imitari: sicut iudeis in euangelio ipse dñs dicit: Vos ex parte diabolo estis. Sequitur: Pro-

Joan. 8.

bauerūt me z viderunt opera mea. Probauerūt vtiq; quando māna esurientibus pluit: quando illis coturnicum tributa est multitudo: quando in rigue aque de saxoꝝ siccitate fluxerūt. Nam quod addidit: Et viderunt opera mea: infidelitas eoꝝ arguitur: qui carnalibus oculis intuti sunt quod cordis lumine minime crediderūt: z ideo viderunt dixit: non crediderūt. [Quadraginta annis † proximus fui generationi † huic: et

Alf. offēsus

dixi semp † isti errant corde. Et † ipsi nō cognouerūt

Alf. illi

vias meas]. Tempus hoc in magnū sacramentū pro-

Alf. hi

batur esse memoratū. Nam cuius quadraginta dieb⁹ ad

Alf. isti

mysticum numerū dñs ieiunauerit: cum alios quadraginta dies cum apīs post resurrectionē fecerit vt totus mundus crederet: iudei obstinati reperti sunt: qui quadraginta annorum beneficijs acquiescere noluerūt. Quib⁹ ideo paratur maior ruina: quia in eis grandescit diuturna superbia. [† Quib⁹ iurauī in ira mea:

Alf. Ut

si introibunt in requiem meā]. Duobus modis iurare dicitur deus. Jurat placidus atq; mitis: sicut in alio psalmo legitur: Semel iurauī in sancto meo si Dauid

Dōō.

mentiar. Hic aūt iurare dicitur iratus: quia vindictā noscitur cōminari. Sed hoc iusiurandū ad firmitatem

Pō. 88.

pollicitationis manifestū est pertinere. Nam si homines iurant vt promissa custodiant: quanto magis iurare dicitur deus: vt res predicte necessaria stabilitate consistant. Sed ille per se iurat qui non habet portiorē sicut et ipse abrae dicit: Per memetipsum iurauī dicit dñs: nisi benedicens benedicam tibi. Humanitas

Gen. 22.

aūt inuocat deū: qz ipsum perfidie nouit vltorē. Hinc est q̄ homines phibentur iurare: qñ ppria possibilitate non valent promissa complere. Quid ergo iurat dñs? Quoniā non introibunt in eius requiē obstinati: sed eterna mors suscipiet: qui non meruerunt ad satisfactionis eius munera peruenire. Merito siquidez ad

Hebr. 4.

requiē intrare non possunt: qui ipsum christū tanquam tranquillitatis offendunt. Perscrutandum est autem quid sibi velit q̄ dicit Si introibunt in requiem meā? Quem locū gentū docto: rali modo explanat dicēs: Et requieuit deus in die septima ab omnibus operibus suis. Qui ergo ingressus est in requiē eius: etiam ipse requieuit ab operibus suis: sicut et a suis deus. Significat enim beatitudinis illius tempus: quando tusti post agonem seculi istius eterna requie perfruuntur. Quod impijs vtiq; non dabitur/qui sua malignitate duruerunt. Conclusio.

Audite Judei sacrilega mente durati: vt si beneficia non recolitis/saltē debita supplicia formidetis. Quid est aliud in requiem dñi non introire: nisi perpetua tormenta suscipere? Novos implicet quesumus error: alienos: patrum vestrorum desideria meliore cōditione mutate. Si aquas in siccitate poscitis: ad fontem dñi conuenite. Si manna desideratis: corpus dñi saluatoris accipite. Illa dederūt vestris patribus penam: vobis ista tribuunt requiem sempiternam. Quinimmo priores vestros fide superate: incredula eorum corda respuite. Audientes illuminationem diuinam credite: quod illi etiam videntes cecati noluerunt voluntate recipere. Nolite dissimulare dum tempus est: nam sustinebitis postea iudicē: si modo nolueritis agnoscere monitorem.

Explicit expositio in psalmum. 94.

Canticū Dauid quando domus edificabatur post captiuitatem. Xcv.

Cantate dño canticū nouū: cātate dño oīs terra. Cātate dño z benedicite nomini eius: annūciate de die in diē salutare eius. Annūciate inter gentes gloriā eius: in oibus populis mirabilia eius. Quia magnus dñs et laudabilis nimis: terribilis super omnes deos. Quia oēs dij gentiū demonia: dñs aūt celos fecit. Cōfessio z pulchritudo in cōspectu eius: sanctimonia z magnificētia in sanctificatiōe eius. Afferte dño patrie gentiū/afferte dño gloriam z honorē: afferte dño gloriam nomini eius. Tollite hostias/z introite in atria eius: adorate dñm in atrio sancto eius. Cōmoueatur a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus qz dñs regnauit. Etenim correxit orbem terre qui non cōmouebit: iudicabit populos in equitate. Letent celi z exultet terra/commoueat mare z plenitudo eius: gaudebunt campi/z omnia que in eis sunt. Tunc exultabūt omnia ligna syluarū a facie dñi qz venit: qz venit iudicare terram. Judicabit orbem terre in equitate: et populos in veritate sua.

Quantū ad litterā ptinet tēpus illud significatur in titulo: cū a Zorobabel filio Salathiel post captiuitatē templū Hierosolymitanū constat esse reparatū: qd̄ scz ad superficiem terre Chaldeoꝝ manus inimica destruxit. Sed cū nichil tale in subsequētibus di-

catur: nec aliquādo titulus discrepet a narratione psalmorū: restat vt eū spiritualiter exquirere debeamus. Destructa domus edificat: quando aia post captiuitatē peccati ad intelligētiā veritatis cepert (dño prestāte) remeare. Domus em̄ ista. i. vniuersalis ecclesia in qua christus inhabitat/viuis lapidib⁹ semp̄ extruitur: qz quotidie de cōfitentibus edificatiōis cumulus augmentū: nec edificare desinit donec vsq; ad finem seculi predestinatorū numerus impleatur. Mente sane condendum est psalmū hūc secundū esse eorū qui de primo/z secundo aduentu dñi ploquuntur. Diuisio.

In prima parte psalmi cōmonet ppheta generalitatem cantare dño: z in toto orbe terrarū annūciare dñice incarnationis aduētum: qm̄ super omnes deos verus est dñs. Secunda parte diuersas admonet gentes vt primo semetipsos offerant: postea munera predicatiōis exoluant/dñi aduentuz vtrūq; cōmemorans: quādo est iudicatus ab homine/z quando iudicaturus venerit mundum. Expositio.

Cantate dño canticū nouū: cātate dño oīs terra]. Superiore psalmo cōmonuit ppheta iudeos: vt deposita duritia cordis ad credulitatē venirent dñi christi. Sed qz in illis permāsura erat obstinata malignitas/ contenēter nunc admonet gentes: vt canticū nouum debeant edicere. Cantat em̄ dño canticū nouū: qui vetere homine deposito p gratiā baptismatis feliciter innouat. Et tūc de ipso domus dñi edificat: quādo post imperū diaboli in numerū beatissime cōgregationis acquirit. Iste cantus est/qui mentē purissimā consolatur: ista modulatio/que medullitus delectat: quādo vere cantat ala/que se a peccatis per dei gratiaz estimat esse liberandam. Sequit Cantate dño oīs terra. Repetitio ipsa suauis est: nec in taliverbo pōt esse fastidiū/vbi se nulli⁹ explere valet affectus. Dicēdo em̄ Omnis terra/catholicā significant ecclesiā: que per cunctū orbē nosci esse diffusa. Breui em̄ compēdio z iudeū cōfutauit: qz gētes admisit/z donatū destruxit: qz generalitati cōfessionis gratiā non negauit. Nā vt boies intelligeres Cātate dixit: q reuera possunt laudes dñi psonare. Deinde qz pluraliz numerū apposuit ad terrā: qd̄ vtiq; nō cōueniret/si tellurē voluisset intelligi. [Cantate dño/z benedicite † nomē eius: † benē nūciate de die in diem salutare eius]. Nō vacat q̄ ista repetitio trino decore cōstructa est. Laus ei christi tot⁹ honor est trinitatis. Ipsius quippe nomen benedicimus: quādo salutare nostrū per ora cōfitemur.

Alf. nomini. Alf. annunciate.

Que figura dicit Epimone. i. repetitio crebra sententie: siue in laudibus/siue in vituperatiōibus decēter adhibita: magnā vim exaggerationis accumulat.

SCHE.

Sequit Benenūciate de die in diē salutare ei⁹. Dies de die/duos significat dies absolute: qd̄ pertinere ad scripturas testamēti noui z veteris estimam⁹: qz vtreq; eterni solis claritate resplendēt. Et inde bñ nūciat salutare dñi/p quas z venturus/et venisse mōstratus est. Prophete siquidē p̄miserūt aduentū: euangeliste venisse declarārunt. Itaq; factum est: vt duo celestes dies annūciasse ei⁹ gloriā cōprobent. [Annūciate inter gētes gloriā eius/in oibus populis mirabilia ei⁹]. Cū superius dixerit Nunciate salutare eius: hic dicit Annūciate gloriā ei⁹: qd̄ vtrūq; aptissime positū est. Dñs ei saluator nūciandus erat: gloria vero ei⁹ annūcianda p gētes: qz tanti miraculi predicabāt auctorē. Audiat iude⁹/ seq; intelligat z tumacie sue iniquitate

Universidad de Navarra Biblioteca General

sin: q̄ hāc nosci⁹ habere virtutē: vt humilitatis affectu magnā rem deiciat vsq; ad vilissimā paruitatē. Que figura in scripturis sanctis frequētissime reperit: sicut dicit apostolus: Elegit de⁹ infirma hui⁹ mūdi: vt ꝓfundat fortia. [A facie ire et indignationis tue: quia eleuans † elisisti me]. Coma istud ad superiora cōnectit: vt grādis illa penitentie magnitudo ex ira z indignatione dñi nascereture. Dicit enim: A facie ire z indignationis tue. Ira z indignatio facie nō habēt corporale: sed timētibus sub imaginatione semp apparēt. Unde hic potēter ipsa energia formidātis expressa est: q̄ eū peccatorib⁹ nouerat cōminari dicente Hieremia: Uo rauit eos leo de syluis: z lupus ad vesperā vastauit eos. Et apostol⁹ Petrus cōmonet: Diligilate inquit z orate: q̄ aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit: querens quē deuoret. Merito ergo irati dñi facie formidabat: quē per ꝓphetas suos talia peccatorib⁹ predixisse cognouit. Ira enim ad vitionē pertinet: indignatio ad motū animi mediocrem. Indignamur siquidē z filijs: trascimur autē impetu grādiore iure pumendis. Addidit: Quia eleuans elisisti me. Quātus vnius pauperis ꝓsona introducta videat: tū sicut sepe diximus: bona malaq; generis humani prudentissimus enumerator insinuat. Eleuat enim dñs suos beneficijs creberrime peccatores: quibus opes cōfert: vitā cōcedit: seculi gloriosa largitur: et in oim facit celebratate versari. Sed dum in superbiā tumida mortalīū corda cōscenderint: tanq̄ moderator eximius a collata largitate subtrahitur: vt illi sollertes aduertāt non fuisse propria bona: que subito probantur erepta. Sed hāc elisionē felicē esse non dubiū est: sicut alibi dictū est: Bonū michi q̄ humiliasti me vt discā iustificationes tuas. Inde enim cōpunctio nascit: inde animarū medicina prestatur: Quod z iste penitēs nō ingratus: sed portius emendatus enumerat. [Dies mei sicut vmbra declinauerunt: z ego sicut fenum arui]. Pulcherrime dixit homo post prevaricationē Ade: dies suos sicut vmbram declinasse: quia eos sol verus dño reliquerat christus: sine quo vita omnis vmbrosa est: z tanq̄ vllā non habētes substātiā: ita dies nostri inutili cōuersatione dispereūt. Declinauerūt ergo dies eius: q̄ ipse declinauit a dño. Tanto enim quis imitatur: q̄to ab illa plenitudine segregat. Sequitur: Et ego sicut fenū arui. Consequēs fuit vt cuius dies declinauerūt: sicut fenū arescere debuisset. Beneficio enim subducto vitali qui nos vegetat: z virentes ac floridos reddit: in ariditatē peccati absolute perducimur: nisi iterū roris diuine misericordie in nouā gratiā pullulemus. Completa est ingentiū afflictionum enumeratio luctuosa: nūc videamus quid nobis tertia pars indicare videatur. [Tu autē dñe in eternū permanes: et memoriale tuum in † seculū seculi]. Post dignissimā satisfactionē er generalibus malis cōpetenter defletis: penitēs ille iam quasi caput eleuans: z aliqua libertate respirans: tertiam partem subleuatus ac recreatus ingreditur: z quantū se cōdemnans humiliauerat: tantū nūc in laudibus domini ꝓficienter exultat. Quapropter optime ab aduentu dñi laudis fecit initium: per quem mundū nouerat esse saluandū. Sequitur: Et memoriale tuum in seculū seculi. Memoriale dictum est: salutare promissum de dñi incarnatione venturū: q̄s nulla secula:

nulla immutare possit oblitio: sed in memorie sinu reconditū / immobile semper p infinita secula perseuerat. [Tu exurgēs misereberis syon: quia † venit tempus miserēdi eius]. Commonet nos pauper iste sanctus: q̄ verissimus quātum simplicis ac fidelis viri prevalere possit oratio: vt ille qui prius nec hominū se dignum aspectibus estimabat: ne vel dieī ipsius libertate gauderet: qui cinerem sicut panem manducabat: et potū suum cū fletu temperabat. Nūc si fas est dicere: quasi ipsum dñm ad ꝓmissa compellit: vt laboranti mundo aduentus sui pietate ꝓspiciat. Exurgēs dicitur quasi dormienti: qui diutius subuenire distulerat. Et vt oia dño voluntatis sue ordine facere sentiret: dicit Uenit tempus miserendi eius: non quia illū tempus admoneat / sed quia ipse tempora aptissima deliberatione disponat. Istud tempus fuit de quo apostolus dicit: Cum autē venit plenitudo temporis: misit deus filiū suū factū ex muliere / factū sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret. Et alibi. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Quod argumentū dicitur a tēpore: hoc efficacissimū inter oratores haberi solet. Quid em̄ impediat: quando cōgruum tēpus iuuitat? Syon vero mons est hierosolymis ꝓstitutus per quem (sicut sepe dictū est) significat ecclesia. Cui reuera misertus est: quando eam z de gentibus collegit / et sacratissima institutione fundauit. [Quoniā † bñplacitos habuerunt serui tui lapides eius: et terre eius miserebūtur]. Subtiliter versus iste tractādus est: vt possit agnosci quos seruos / quos lapides / quos terram per allegoriam velit intelligi. Seruos dñi dicit apostolos z ꝓphetas: qui deuotis mentibus eius impleuere seruitiū. Isti lapides: id est christianos q̄ diuina firmitate viguerunt beneplacitos habuerunt: quando in eis predicationē suam ꝓficuam esse cernebāt. Miserti sunt etiā et terre: id est peccatoribus qui erant in syon de gētibus cōgregandi. Terre vtiq; similes: quoniam carnalia sapiebant. Et vide q̄ ꝓpria verba reb⁹ aptata sunt. Lapides dixit beneplacitos quia de ipsorū erant soliditate (dño prestante) securi. Addidit Terre miserebunt: quia per misericordiam christi mundādi erant: qui terrena labe sordebāt. [Et timebunt gentes nomē tuum dñe: z omnes reges terre gloriam tuā]. Hęc cōtra seculi istius superstitiones nefarias deprōmūtur: q̄ tunc nō timebat verus dño quādo mundus deuotus idolis seruiebat. Postq̄ vero aduētus eius salutaris insulsit / gētes cōuerse sunt per timorē: de quibus superius ait. Et terre eius miserebunt. Reges quoq; terrarū: scilicet eius glorie crediderunt: id est qui corpora sua diuinis regulis infrenātes / sui imperatores esse dño prestante valuerunt. Et hi sunt de quibus superius dixit. Quoniā beneplacitos habuerunt serui tui lapides eius. Ipsi enī iam gloriam dñi verissime cognoscunt: qui in assumpta fidei firmitate consistunt. [Quia edificauit dñs sion: z videbit in † maiestate sua]. Uersus iste de superioribus pēdet: quoniā omnes gentes ideo timebūt dñm / z reges eius gloriam formidabunt: quia edificata est sion: hoc est mater ecclesia de viuis lapidibus fabricata: in qua dñi cultura vsq; ad finem mundi sine intermissiōe ꝓficiet. Iste autem dño qui edificauit sion: id est assumpti corporis varietate / videbitur in maiestate sua: quādo hedos sequestrat ab agnis in gehēnam impios mittens / iustis donans beatitudinē sempiternam. [Respexit in oratione † pauperū: et non spreuit † preces eor⁹]. Pauperes appellat fideles christi: qui (sicut sepe dictum est) mūdo egent: ipso solo sunt diuites. Isti ergo spiritu sancto repleti (sicut iste qui nūc loquit) orationem dño fundebant: vt tam ventre precipere ne diutius sanctorū vota tardaret. Dicit em̄ respectam esse oratione pauperū: quia omnia ille incorporalia cōtuet / cuius oculus nil ꝓbatur occultū. Hoc est em̄ ipsius respicere / qđ non spernere. [Scribātur hec in generatione altera: z populus qui creabit laudabit dñm]. Pauper ille peccatorū recordatione contritus / vigilijs z anxietate cōfectus / tam quasi ꝓphetali honore decoratus / precipit vt scripture testimonio eras futura discat / qđ in presenti se predicasse cognouerat: vt ambiguū non esset videntibus: quando ante tot secula cognoscerēt esse predictū. Altera em̄ generatio significatur populus vtiq; christianus: qui ab illo ꝓxime secundus est. Nam vide quid sequit. Et populus qui creabit laudabit dñm. Creabitur / de futuro dixit: id est per gratiā baptismatis regenerabit. Iste sine dubio laudabit dñm: ad cuius salutē venit / ꝑ quo pertulit occidi: ad cuius spem tertio die resurrexit a mortuis. Hic laudabit dñm / nouo scilicet canticō: sicut in alio psalmo scriptū est. Cantate dño canticū nouū. [† Quoniā⁹ ꝓspexit de excelso sancto suo: dñs de celo in terram † ꝓspexit]. Hoc est quod decebat superius scribendum. Nam vt virtutem ipsius veritatis agnoscerēs: quod erat futurus seculis actitandū / tam dixit esse perfectū. Prospexit em̄ / preteritum significat tēpus. Sed queramus vnde ꝓspexit? De excelso sancto suo: id est de celo. Prospexit em̄ nobis: dum fragilitatē nostre humanitatis assumpsit: q̄ per ipsuz facti sumus liberi / facti immortales / z in spe maxima collocati: si ad eū mereamur ꝓna mēte puerti. Et vt sensus ipse nobis euidētius apparear: sequit. Dñs de celo in terrā ꝓspexit. Legitur em̄ Dñs in celo sedes eius. Inde igitur ꝓspexit in terram: id est ad nostri corporis fragilitatem: que mūdi vitijs tenebatur obnoxia. Et respice q̄ in vtroq; ꝓspexit / posuit: vt similitudine ipsa verboꝝ vnam sentētiam esse declaret. [Ut audiret gemitū † vinculatorū: vt † soluat filios interemptorū]. Causam reddit cur dñs de celo in terram ꝓspexit: scilicet vt audiret gemitū vinculatorū. Uinculatos hic nō significat humanis nexibus illigatos: sed viros sanctos q̄ legalibus vinculis astricti / libertatis noxie relinquere ꝓbantur errores. De quibus ait Salomon. Audi fili / z excipe sententiam: z ne abijcias cōsilium meū: z infer pedem tuū in compedes illius / et in torquē illius collum tuū subijce. Et paulopost sequit. Et erūt tibi compedes in ꝓtectionē fortitudinis: z torquēs illius in stolam glorie z̄. Ipsi sunt ergo vinculati: quos gemētes / at q̄ ad se clamantes dñs audire dignatus est: vt mundū peccatis propijs irretitū beneficio sue miserationis absolueret / z a paternis erroribus diuina fortitudine liberaret: qđ in ecclesia quotidie fieri per carismata sollēna declarat. [Ut † annūcietur in sion nomen dñi: z † laus eius in hierusalem]. Quod venturū erat mirabili breuitate describit. Annūciarī est em̄ in sion nomē dñi christi: dum ibi primū diuersis linguis magnalia dei locuti ꝓbantur apostoli. Hinc factū est vt a locali hierusalem velut a purissimo fonte / per ecclesiam generalem pia dñi ꝓcepta decurrerent. Ideo em̄ audito conflat gemitum vinculatorū: vt saluatoris dño aduenret / et ecclesiā suam sanctissima religione firmaret. [In cōueniendo populos in vnū: z † regna vt seruiāt dño].

Alt. cēpus.

Alt. placuerunt serui tui.

Alt. gloria.

Alt. humilitū

Alt. precem

Alt. allusisti

Alt. generatione z generationē.

Alt. cōpedi- torum.

Alt. solueret.

Alt. laudem.

Alt. reges.

Causas adhuc enumerat cur gemitus vinculatorum auditus est: scilicet vt cōueniens populus in vnū laudes dñi personaret. Dicendo enim Jn vnū/ virtus catholice vnitatis ostendit. Nam cuius populus iste de diuersis mūdi partibus aggregetur: ad vnum tamen cōuenunt: dum vna fidei regula cōtinentur. Sic Ezechiel ꝓpheta testatur: Hec dicit dñs deus. Ecce ego accipio omnē domū israel de medio gentium in quas intrauerūt ibi: & cōgregabo eos ab omnibus qui in circuitu sunt eorū/ & inducam eos in terrā suam/ et dabo eos in natiōe vna. Et apostolus ait Vnus dñs/ vna fides/ vnū baptisma/ vnus deus & pater omniū: qui super omnia/ & ꝑ omnia/ & in omnibus nobis. Qua propter illi vere dicendi sunt cōuenire in vnū qui in separabili trinitati: id est vni deo credere deuota mēte festināt. Sequit etiam felix cōmutatio: vt regna terrarum/ celorūq; seruiant dño: tunc magis libera/ quando auctori suo fuerint fideli seruitute deuincta. [† Et respondit ei in via virtutis sue]. cū bene duobus verbis expressum est quid sit religio christiana: id est via virtutis: quam in doloribus quidē gradimur/ in tribulationibus cōmeamur: sed hec omnia in christi nomine cū spe maxima sustinemus. Hunc igitur virtuti quā christus dñs predicauit/ sanctorū congregatio deuota respondet. Nam cū ille vocet ad bonam vitā: ipse illi respondere cognoscit qui imperijs eius obsequēs esse monstrat. Qua propter respondet illi non lingua sed vita: nō voce/ sed fidem: clamore/ sed corde. Que omnia ad ecclesiam catholicā pertinere manifestum est. [Paucitatē dierū meorū † enuncia mihi]. Jnter laudes dñi multiplici varietate decursa: nūc pauper iste cupit agnoscere finem seculi/ vt cito ad illaz beatitudinē quā sanctis ꝓmisit dñs accedere mereatur. Non enī amore vite lucis sue desiderat scire finē: sed vt in ipsis confessionibus perseuerans/ ad requiē illā celestis regni velociter ꝑueniret. Paucitatē ergo dierum dixit: qz quādoqz finiēdos esse cōstabat. Eternitati enī comparata/ vel totius mūdi etas nimis videtur exigua: q; quodcūq; finiendū est/ longū dicere nō debemus. [Ne revoces me in dimidio dierum meorū † seculū seculi anni tui]. Prions petitiōis votiuas aperta est: q; nō ꝑ vite ambitu supplicabat/ qui pene ad dimidiū dierū suorū: id est in transacta etate reuocet. Reuocat enim in dimidio dierum suorū: qui ad antiqua delicta reuertitur. Significat enim iuuentutem: in qua lubrica plerūq; voluntas appetitur/ & ea ętis feruore crimina plus amant. Si hoc quis ortat/ magno se iam intelligit beneficio liberatū: & nō vult amittere quod diuino munere cognoscit acquisisse. Sequitur Jn seculuz seculi anni tui. Merito se postulauerat ad dimidios dies suos munime reuocari: qui peruenire ad eternitatez dñi magna cupidine festinabat. Jbi enim sancti perpetua cū dño iocunditate gaudebunt quādo/ (sicut dicit apostolus) erit deus omnia in omnibus. Anni vero tui dño per Tropologiam dicit: quoniā anni ꝓprie illoū sunt/ quibus & tempora cōmutantur. Sed istā dñi eternitatē tribus verbis subter exponit: quos ideo simul ponim⁹: vt eternitas dñi/ & operatio illius seculi sub vna expositione declarent. [Jnitio terram tu fundasti dñe: et opera manuum tuarum sunt celi. Jpsi peribunt/ tu autē permanes: & † omnia sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorū mutabis † ea/ & mutabunt: tu autem idem ipse es/ & anni tui non deficient.] Cum dicit Jnitio terram tu fundasti dñe: ostendit quid a sanis mentibus non potest abnegari: quia creator ante creaturas suas sine aliquo initio cognoscitur extitisse. Et intēde quia hic opiniones philosophoꝝ mirabili breuitate destruxit. Quarum prima est mundū a nullo esse creatū. Secūda: sine fine mansurū. Sed cuz dicitur Jnitio terrā tu fundasti dñe: & opera manuū tuarum sunt celi: prima illa persuasio nefanda conuincit. Cum vero ꝓnunciatur Jpsi peribūt: finem eos habere declarauit: vt nullus in stellis gentili errore cōsideret: cū eas immutandas esse sentiret. Jllud aūt estimo sollicitius intuendum: quare cū verbo facta sint omnia opera manuū/ celos dixit esse fundatos? Sed hic manū virtutem tuā debemus accipere. Alio enim loco dixit Jpse dixit & facta sunt: ipse mādauit et creata sunt. Sic enim ꝓuenit vt scriptura sibi non sentiatur esse contraria: quando verba locis suis aptissima expositiōe reddūtur. Adiecit Tu aūt permanes: vt sicut eternitatem dñi ostendit diuina creatrix omnia: sic posse celos mutatos ipsum diceret in maiestatis sue gloria permanere. Dicendo enim Omnia (vt arbitror) nō ibi angelos/ nō spirituales creaturas designat: que in sua dignitate manisure sunt; sed illa que cōmutationi ꝓbantur obnoxia. Hoc schema dicit Synecdoche: id est a toto pars: quod in scripturis diuinis creberrime reperitur. Qz aūt dicit Sicut vestimētum veterascent: hoc ad carnis fragilitatē videtur aptādum: quod etiā in euāgelio nosciur cōparatum: vbi ait Nonne anima plus est cibus & esca: & corpus cibo vestimentū? Jpsum enim veterascet: quod morte vestis morte consumit. Adduit Et sicut opertorū mutabis ea & mutabūtur. Opertoria celos forsitan debemus aduertere: qui advicem velamintis terras operiunt/ qui similiter vt alia cōmutantur. Et vt facta dñi ostenderet tam sub eternitate mā sura dicit Mutabis ea & mutabūtur: qz nunqz erūt ad hoc corruptibile reditura. Nā si corruptioni viterius subiacerent/ non dicerent esse mutata: sicut Daniel ꝓpheta testatur. Quoniā sapientia & virtus/ et intellectus ipsius sunt: & ipse mutat tempora & secula. Subtecit Tu autem idem ipse es: & anni tui non deficient. Jdem positum est cōtra illa que dicta sunt: quoniam dum illa sunt cōmutabilia dño semper immutabilis perseuerat. Jpse/ omnipotētiam eius designat: q; re uera ipse est cum se digna semper operat/ & naturam eius sub breuitate declarat: q; ipse solus per se nouit esse: qui vt sit alio non eget adiutore. Sic illis tribus versibus & mutatio creaturarū/ & eternitas dñi mirabili breuitate descripta sunt. [Filij seruoꝝ tuorū † inhabitabunt † ibi: & semen eorū in seculum † seculi dirigek]. Prudentissime nimis atqz valiter oratiōe completa/ pauper ille sanctissimus de peccatorū suorū remissione/ & de spe future resurrectiōis exultans: venit ad terminū psalmi: vbi omnia sub breuitate cōcludēs se cum sanctis eius habitaturū esse cōgaudet: vbi est spes gloriosa fidelium & requies eterna iustorū. Filios seruorū tuorū: discipulos ꝓphetarum & apostolorum dicit: quos per fidei veterū sancta predicatiōe genuerunt. Quibus aut apostolus: Filioli mei quos iterum parturio. Hoc etiam ad Timotheū scribens in capite dixit epistole Filio charissimo: quos vtiqz genuerat fide/ nō corpore. Jnhabitabūt ibi/ locum beatitudinis significat: quē dns habet: de quo dicit Pater volo vt vbi ego sum/ ibi sint & hi mecūm in regno scz illo perpetuo: vbi gaudiū eternū est/ & nunqz finiēda securitas. Sed ita filios seruorū ibi cuz dño esse cognoscet: vt ipsos seruos: id est apostolos & predicatores eius esse

Alt. gnatiōe & gnatione.

Alt. nuncia.

Alt. oēs.

Alt. eos.

Alt. non hz.

Alt. habitabunt.

Alt. non hz.

Ezec. 37.

Ephe. 4.

Deu. 6.

Psa. 148.

S. Thē.

Mat. 6.

Daniel. 2.

Gal. 4.

1. Tim. 1.

Joan. 17.

non dubites. Nam si discipulis locus beatitudinis datur: quid ipsis magistris est forsitan abnegandus? Sed vsus scripture est aliquando minora dicere: vt & maiora ibidem complexa videātur: vt in alio psalmo dictum est. Si videbas furem simul curre bas cum eo et cum adulteris portionez tuam ponebas. Jbi enim minora dicta sunt: vt simul & maiora crimina sentirētur. Sequit Et semen eoꝝ in seculum seculi dirigetur. Semen eorū/ significat opera fideliū que m hoc mūdo seminant: vt in illa eternitate eorū laudabilis fructus appareat. Et intende quare sit positum Dirigetur: scilicet quoniā que ibi suscepta fuerint/ in eterna directitudine collocātur: vbi nichil prauum/ nichil potest esse distortum: sed sancti eius cum dño saluatore recta atqz stabili voluntate gaudebunt. Conclusio.

Quam feliciter anxius iste defleuit: vsqz ad gaudia se discruciando peruenit. Prudem simlis pellicano fuit: in subsequentibus phenici cōparandus. Prudem nicticorax/ post aquila. Ante passer/ inde factus est colūba: Columba preclara. Tales commutationes habent/ qui se dño pura mente subiciūt. Regna dicanf/ exigua sunt. Purpure laudenf: frequēter vrētibus soluerūt. Ecce in pannis vincitur mundus/ diabolus plorando superatur: & cui nulle cohortes ad repugnandū sufficiunt/ oratione vnius pauperis inclinat. Jsti sapientes/ isti diserti/ isti reuera gloriosi dicendi sunt oratores: qui talem possessionem victores accipiunt: de qua inimici aduersitate nullatenus excludant. Talem postremo hereditatē sumunt: quam sine labore semper obtineāt: ne aliquādo morte derelinquāt. O conditio beata penitētium: que de reis efficis iustos/ de tristib⁹ perenniter letos/ de mortalibus absolute perpetuos. Hic malorū societatem ad tempus habent: ibi angelorū consortia eterna felicitate suscipiēt. Qua propter quintum penitentē istū esse noscamus: qui se non defendendo defendit/ nō diluendo diluit/ non purgādo purgauit. Ad cuius pauperratem si venire meruerimus/ omnia mundi regna sine dubitatione superamus.

Explicit expositio in psalmum. ci.

Psalmus ipsi Dauid. Cij.

Benedic anima mea dño: & oīa que intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea dño: & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui ꝓpiciat omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuū: renouabitur vt aquile iuuentus tua. Faciens misericordias dns & iudicium omnibus iniuriam patientibus. Notas fecit vias suas Moysi: filijs israel voluntates suas. Miserator & misericors dns: longanimis & multū misericors. Nō in perpetuum irascetur: neqz in eternum cōminabit. Nō fm peccata nostra fecit nobis: neqz fm iniqtates nostras retribuit nobis. Quoniam fm altitudinem celi a terra: corrobora uit misericordiā suā super timētes se. Quātum distat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorū/ misertus est dns timentibus se. Quoniā ipse cognouit figmētum nostrū: recordatus est quoniam pulus sumus. Homo sicut fenum/ dies eius tāqz flos agri sic efflorebit. Quoniā spiritus pertrāsibit in illo/ & non subsistet: et nō cognoscet amplius locum suum. Misericordia autē dñi ab eterno & vsqz in eternum: super timentes eū. Et iustitia illius in filios filiorū: his qui seruant testamentū eius. Et memores sunt mandatorū ipsius: ad faciendū ea. Dns in celo parauit sedem suam: et regnum ipsius oībus dominabitur. Benedicite dño omnes angeli eius potentes virtute: facientes verbum illius ad audiēdam vocem sermonum eius. Benedicite dño omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatē eius. Benedicite dño omnia opera eius: in omni loco dominationis eius/ benedic anima mea dño.

Post illas beati pauperis humillimas preces/ & tam magne penitentie gemitus explicatos/ totus hic psalmus dñi laude repletus est: vt pia dispositione precedentes lachrymas preconiorum gaudia sequerētur. Et ideo (sicut sepe diximus) Jpsi dauid positus est: ne quid ad istum terrenum regem referre deberemus: q; fugna laus manifestis sensibus explanatur. Est enim lucidus/ et tituli sui claritate consimilis: vt sine difficultate dictorum psalmi cōtinentiam intelligere debeamus.

Diuisio.

Est totum quidem psalmū ꝓpheta loquitur. Prima narratione ad animā suā verba facit: vt benedicat dñz/ & beneficia eius nullatenus debeat obliuisci. Secūda narratione dicit qualia Moysi prestiterit: & reliquis fidelibus suis: vt ipse intelligatur a seculis semper fuisse munificus. Tertio loco ad angelos verba cōuertit/ virtutes supernas alloquitur: & reliquas rationales creaturas inuitat: vt dñi iugiter laudibus occupentur.

Expositio.

Benedic anima mea † dñm: & omnia † interiora mea nomen sanctum eius]. Sciens ꝓpheta mentes hominū varijs illusionibus subiacere: nec semper in vera cōtemplatione defixas/ animā suam vir sanctus alloquitur: vt cum fuerit diuersis cladibus liberata/ beneficiorū omniū recordetur auctorē: ne sibi/ aut alteri cuiqz putet esse tribuendū: quod a solo dño cōstat esse cōcessum. Est enim gratū et honestissimū dicendi genus cum anima loqui: vt vniuersi intelligant omnimodis appetendū/ quod sibi saluberrimū ꝓpheta nosciur dedisse consilium. Sequitur Et omnia interiora mea nomē sanctum eius. Interiora sunt anime: cogitatio multiplex/ virtusqz ratiōis. Jpsam quippe voluit cum anima conuenire: vt armonia fideli laus dñi adunatis viribus assonaret. Sepe enim anima vult aliquid agere: et ꝑ phātasticas imaginatiōes eludit.

Alt. dño. Alt. que in tra me sunt nomini san cto.

Sed vir sanctus in dñi laude nichil a se voluit deuiare: sed omissa vno cōcentu cauere/ que culpabiliter sibi poterant discrepare. [Benedic anima mea † dñm et noli obliuisci omnes retributiones eius]. Primum versum repetit decoꝛa replicatione verboꝝ: vt studiū maximū cōcitaret geminata sentētia: ne ad opus tale anima dissimulatione noxia segniꝰ esse videret: ante omnia monens vt se cuncta ab eodem meminerit accepisse. Ille enim laudare nunc̄ desinit/ qui collata beneficia non potest obliuisci. Intuere preterea q̄d dictum est Retributiōes: q̄m aliud debebat hominū delictis: aliud retributū cognoscit absolutis. Hoc enim obliuisci nulli fas est: vt qui erat obnoxius pene dignus fieret mox honore. Q̄s que iste sint retributiones dñi cōsequēter enarrat: quas si homo cogitat/ beneficia ipsius tota mente collaudat. [Qui † ꝓpitius fit omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes † languoꝛes tuos. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui † saciat in bonis desideriū tuū. Qui coꝛonat te in miseratione ⁊ misericoꝛdia: renouabitur vt aquile iuuētus tua]. In his tribus versibus exponūtur sub quinaria diuisione retributiones futuri seculi: quas sanctis suis dñs pia miseratione largitur. Que figura dicitur Synatrismos: id est cōgregatio: quādo inuētū cumulum aspera crimina/ aut nimis suauia beneficia colligūtur. Primo enim fit ꝓpitius peccatis coꝝ: quādo remissis delictis in pace dignatur suscipere peccatores. Secūdo sanat omnes languoꝛes fidelitū: cum securitas ⁊ immoꝛtalitas eterna in resurrectione cōcedit: id est cū coꝛruptibile hoc induerit incoꝛruptionē ⁊ moꝛtale hoc induerit immoꝛtalitatem. Tertio redimit de interitu vitā nostrā: quādo nos ab eterne moꝛtis calamitate submouerit: scilicet vt non audiamus eis dicitur Uenite benedicti patris mei. Quinto coꝛonat in miseratiōe ⁊ misericoꝛdia sua: quando iam beatis ꝑmia digna restituet: sicut dicit apostolus. De cetero superest michi coꝛona iustitie: quā reddet michi dñs in illa die iust⁹ iudex. Hoc forte significāt quinq̄ panes: vnde populi longa ieiunia satiauit: q̄m hec/ et his simulia in magnū mysteriū precessisse noscuntur. Sed perscrutandū est cur aquile introducatur exemplū. Hinc aut iam etate ꝓuecte/ supernū labum coꝛnea inflexione nasutū: tantū ferē excrescere/ vt ei non sit liberū escas solita libertate decerpere: que intelligēs vnde sibi periculum vite possit accidere/ os suum in saxū dicit expolire vsquequo omnia sibi eius impedimēta submoueat. Quo facto in antiquā valitudinē coꝛporis sui: escarū solita perceptiōe reuocatur. Sic anima in pristinā sanitatē reuertitur: si peccata sua in petra que est christus dñs expolire nō desinat. Reuertitur em̄ ad cibos salutares: quando delicta que sunt impedimēta eterne vite (dño prestāte) resp̄uerit. [Faciens misericoꝛdias dñs: ⁊ iudiciū omnibus iniuriam patiētibus]. Posq̄ dixit retributiones dñi quas hic cōuersis in illo seculo veraciter creditur posse prestare: nūc dicit breuiter q̄ dñs misericoꝛdias faciat sperantibus/ ⁊ vindictam p̄stet patiētibus cūctis iniuriam: vt nullus in eis possit dubitare que dicta sunt/ quādo ipsum dñm tali definitione monstratū esse cognosceret. Hic em̄ versus per modū definitionis editus est: quando per illud quod singulariter efficit aliquis indicat. Nam interrogāti tibi quid sit dñs: respōdeo: faciēs misericoꝛdias ⁊ iudiciū omnibus iniuriam patiētibus. Quapropter abunde designatus est dñs deus: cū nulli alteri possit cōuenire quod dictū est. Illis autē misericoꝛdias facit qui miserti fuerint: sicut in euāgelio dicit Beati misericoꝛdes: q̄m ipsi misericoꝛdiam cōsequent. Sequitur Et iudiciū omnibus iniuriam patiētibus. Hoc illis ꝓmittit/ qui patiētie munere decoꝛātur: de quibus ait Michi vindictā: ⁊ ego retribuā. Nam qui se manu desiderāt vlcisci/ furoꝛem eoꝝ suū inimici persecutiōe satiare cōtendunt: vindictam dño nō reseruant: q; se credūt posse distringere/ quod deberēt a iudice prestolari. Dedisti sanctissime ꝓphēta animę tue salubre cōsilium: in quo se ⁊ mūdus sentiat cōsolatum. Sic em̄ tibi locutus est/ vt nobis dicere: sic tibi ꝓfuisti/ vt ⁊ nos sine dubitatiōe saluares. [Notas fecit vias suas Moysi: filijs israel volūtates suas]. Superius dixerat quas retributiōes in illo seculo plebs beata mereret: nūc autē veniens ad secundam narrationē/ per vn⁹ exemplū ꝓbat quāta et hic ꝓsterit seruis suis: ne quis de futura retributiōe dubitare potuisset. Sed intende quēadmodū Moyses ⁊ israel indicatus est distinctione verboꝝ. Notas fecit vias suas Moysi/ quando ei instituit suę pietatis aperuit: vt legem cōscriberet/ moꝛes doceret/ ⁊ in via dñi ꝓfecte fidei gradibus ambularet. Sequit Filijs israel volūtates suas. Hic volūtates posuit/ nō vias: q; non omnis israel suscepto verbo dñi in eꝝ institutionibus ambulauit. Scimus em̄ quas seditiōes populus ille fecerit: vt voce iudicis mereret audire. Populus hic dure cervicis est. Ideoq̄ ergo illis volūtates dñi nō vias innotuisse dicit: q; multa pars coꝝ viam dñi declinare ꝓsumpsit. Sic aūt Moysi exemplū hic posi tū intellige: vt tamen hoc quotidie dñm ⁊ operatum/ ⁊ vsq̄ ad finē seculi operari posse cognoscas. [Misericoꝛs ⁊ miserator dñs: † patiēs/ ⁊ multū misericoꝛs] Misericoꝛs est/ qui natura sua clementissimus appꝛobatur. Miseratoꝛ/ quādo misericoꝛdie sue dona largitur. Potest em̄ aliquis misericoꝛs et miseratoꝛ esse in vna/ duabusq̄ causis: misericoꝛs autē ⁊ miseratoꝛ naturaliter preter dñm nullus poterit inueniri. Sed hic ideo misericoꝛs ꝓmissum est: vt miseratoꝛē dñm nō ad tēpus/ sed iugiter appꝛobares. Hec figura dicitur Paranomasia: id est denominatio: q̄ similitudine sermonis concitat audiētis affectū. Adiecit Patiēs: q̄s necesse est cōsequi misericoꝛdē. Nullus ei misericoꝛs nisi qui ⁊ patiens. Sic em̄ ⁊ apostolus dicit: An diuitias bonitatis eius/ ⁊ lōganimitatis contēnis? Ignoras q̄m benignitas dei ad penitētiā te adducit? Ipse autē de se dicit Hec fecisti et tacui: existimasti iniquitatez q̄ ero tibi similis. Sequit Et multū misericoꝛs. Multū reuera misericoꝛs: q̄ audiēs omnino blasphemas voces/ solem suū facit oꝛiri sup̄ bonos et malos: pluit super iustos ⁊ iniustos: vitalem spiritum magna pietate largit: expectat errantes vt debeant sua peperam cōmissa damnare. [Non in † finem irascetur: neq̄ in eternū † indignabit]. Illis scilicet qui deuota satisfactione cognoscunt: qui ad eum redire diligunt/ qui illecebras seculi cum suo auctoꝛe cōtemnūt. Contra illis in finem irascetur: quibus dicturus est Ite in ignem eternū. Magna infelicitas perire sub pio dño: vt tardes illi satisfacere/ cui te cognoscis errasse: maxime cū supplicationem tuam vacuam non sentias: si tamē eam integro animo te obtulisse cognoscas. Potest hoc et de populo iudaico sentiri/ quē cōuertendū cōstat in fine seculi: de quo ⁊ apostolus dicit: Cecitas ex parte israel contigit: vt plenitudo gentiū introiret:

Alꝰ. dño.

Mat.5.

Exo.32.

Alꝰ longanimis.

Rom.2.

ꝑd.49.

Mat.5.

Alꝰ ꝓpetuū
Alꝰ commi nabitur.

Mat.25.

⁊ sic omnis israel saluus fieret. [Non sm peccata nostra fecit nobis: neq̄ sm iniquitates nostras retribuit nobis]. Sententia generalis est: q; nemo est q̄ eꝝ gratiam gratis non habeat/ dum lex sub peccato cuncta cōcludat: sicut testatur apostolus. Omnia deus concluſit in incredulitate: vt omnū misereretur. Ille tamen cōmuniter bonis/ malisq̄ spiritum donat: salutē tribuit: indigētias admit: ⁊ generaliter bon⁹ est. Addidit Neq̄ sm iniquitates nostras retribuit nobis: scilicet quoniā supplicātibus ita pius est: vt nunc magis eum dignet absoluere/ quādo se studuerit vnusquisq̄ adhibita satisfactione damnare. [† Quia sm altitudinem celi a terra: † cōfirmauit dñs misericoꝛdiā suam super timentes eum]. Diligentius ꝑscrutemur quid sibi velit ista comparatio. Tanto maioꝛē dicit a meritis eoꝝ misericoꝛdiam dñi quam retribuit fidelibus suis: quātum pōt a terra celi summitas eleuari. Qua cōparatione illud quoq̄ significatur: q; sicut celū terras operit/ ⁊ cōpetentia beneficia tēpoꝛibus suis homini tribuit: modo pluuias influēdo/ modo prestando serena/ modo ipsum aerem ventis saluberrimis temperando. Ita ⁊ misericoꝛdia dñi fragilitati nostre noscitur diuersa prestare. Sustinet enim vt coꝛrigat/ flagellat vt eruditat/ ꝓbat vt prestet: ⁊ per diuersas operas beneficioꝝ vnaquaq̄ voluntas est subuenire peccantibus. Sed vt totius sentētie virtus possit intelligi: breuiter dicendū est (si fas est) vt celum nō cooperiat terras: potest fieri vt dñs non ꝓtegat sibi purissime seruientes. [Quantū distat † oriens ab occasu: elongauit a nobis iniquitates nostras]. Dedit aliā pulcherrimā comparationē beneficio diuino. Oriens/ est initium bone vite nostre. Occasus/ male conuersationis affectus. In occasum enim eramus: cum peccati vinculo tenebamur astricti. In oriente autē sumus: quādo per aquam regenerationis nos sol verus inuisitat/ ⁊ tenebras facit nostroꝝ discedere peccatoꝝ. Tantum ergo iniquitates nostre lōge sunt/ cum nobis peccata nostra donant: quantū pōt clara dies a tenebroꝛa nocte distare. Siue oriente significat regnū dei: occasum vero gehēnam: q̄ tantū a beatoꝝ sede dissociata est/ quantū dicit ille pauper in abrae sinibus cōstitutus. Inter nos ⁊ vos/ chaos magnū firmatum est. [† Sicut miseretur pater † filijs: † ita misertus est dominus timētibus se. [Ecce iam nō extraneis/ neq̄ lōginquis cōparatiōibus agitur: sed ad ipa viscera pietatis vocabula sociantur. Sic enim miseretur vt pater: sed quibus ipse pater est/ sic coꝛripit vt filios: sed qui eius regni heredes esse meruerint. Sequitur Ita misertus est dñs timentibus se. Dum dicit Ita: designat nobis paterne coꝛrectionis affectum. Pater em̄ carnalis qui vult filium suum bonis actibus eruditi: frequenter eū coꝛripit/ frequenter flagellat: sicut Salomon ait. Si diligis filium tuum: frequenter eum flagella cum adhuc tener est ⁊c. Ipsi enim parētes vere diligūt filios suos/ qui eis sub pietate districti sunt. Sic ⁊ dñs noster flagellat omnē filium quem recipit: et timentes se/ ad studium bone voluntatis adducit. [† Quia ipse † scit figmentum nostrum. † Memento dñe q̄ puluis sumus]. Hoc coma ad superioꝛa iungēdum est. Causa enim redditur cur misereatur vt pater: scilicet quoniam nosmetipsos ab illa naturali dignitate deiecimus: et a factura creatoꝛis repulsi/ figmentū esse monstramur. Merito ergo subueniri sibi postulat: qui spem in viribus ꝓpꝛijs non habebat. Sequitur Memento dñe quoniam puluis sumus. Di

Luc.16.

Alꝰ. qm̄.
Alꝰ. coꝛroboꝛauit.
Alꝰ. se.

Alꝰ. quomō
Alꝰ. filioꝝ.
Alꝰ. non hꝫ.

Alꝰ. quoniā
Alꝰ. cognouit.
Alꝰ. recoꝛdatus est quoniam.

cit enim Memoꝛ esto dñe: non q; nos ex limo formasti: non quia immoꝛtales tua largitate fecisti: non q̄ ad imaginem ⁊ similitudinem tuam plasmare dignatus es: quia ista omnia inuidiam magis excitare poterant peccatoꝝ: sed quia in pulueren nunc redacti sumus a dignitate peccati. Miserere eis qui se infeliciter pertulerūt: subuem qui in illo munere tuo minime consistere voluerunt. Tu em̄ solus pius es peccatoꝛibus q; delinquentes se grauiter perculerūt. [Homo sicut fenum dies eius: † ⁊ sicut flos agri † ita floꝛiet]. Sunt species definitionū/ que per rerum similitudines aliquas explicātur: vt est illud Ego sum via/ veritas/ et vita. Sic et in hoc/ ⁊ in subsequenti versu constat esse formatum. Quemadmodū si interroges quid est homo: respondet fenum dies eius: quod summa hylaritate pullulat: sed celerrima velocitate desiccatur. Fenum est/ quod pluuijs velociter in auras caput erigit: sed in ardoꝛibus colla deponit. Et ne forsitan aliquid soliditatis hanc comparationē putares habere: addidit Et sicut flos agri ita floꝛiet. Flos agri multo celerius transit/ q̄ fenī viriditas permanere monstrat. Sed q̄uis pulcherrimū videatur esse dū pubet: multum fugitiuū cernitur esse dum coꝛruit. Ita ⁊ imbecillitas humana pulchrescit: ita seculi honoꝛes/ diuitieq̄ gratissime sunt: sed non ad finem longissimū perdurant. Ueraciter ergo his rebus transitoꝛijs humanitas comparatur: quia robustis viribus destituta/ in casum mortis ꝓna semp celeritate festinat. [† Quia spiritus ꝑtransibit in † eo/ ⁊ non † erit: ⁊ nō cognoscet amplius locū suum]. Ad hanc similitudinē comparatio superioꝛis versus expressa est. Describit cuius quid sit homo: id est spiritus ꝑtransiens mundum: scilicet presentē: in quo diutissime non potest permanere. Audiant qui superbiunt/ ⁊ se gaudēt mundana felicitate subuectos: sic spiritus relinquere nostra coꝛpuscula/ quemadmodū solent flumina loca inundata transire. Illa enim spacia que plena videtur esse toꝛrentibus: q̄s sunt vacua cū recedunt. Non est ergo de fugitiuo fiatu presumēdum: sed hic potius agendum quod ꝓdesse nouimus in futurum. Et ne forsitan aliquis per metampsychosin crederet ad hunc mūdum animas esse reditūras/ sicut nōnulli putauerūt demētium: addidit Et nō cognoscet amplius locum suum: hoc est in hoc seculum nō potest redire vbi suā vitam possit iterare. Cōuicta est imbecillitatis sue humana fragilitas. Audisti homo quid sis: audi qd eris: si dominū minime timere despexeris. Que figura dicitur Parisonon: id est equatio sententie: quotiēs bona/ vel mala cōmixtim membris dissimilibus alligamus. [Misericoꝛdia autem dñi † a seculo est: et vsq̄ in seculum seculi super timentes eum. Et iustitia † eius super filios filioꝝ]. Expositā est ꝓius veraciter humana cōditio ꝓpter insolentium ꝓsumptiones illicitas: nūc insinuat spem que fideles debeat consolari: quia licet per nos simus fragiles et caduci/ per misericoꝛdiam dñi reddimur absoluti ⁊ perpetui: vt et q̄s fragiles sumus debeamus aduertere: et quid per dñi gratiam consequamur possimus audire. Et nota q̄ dixit A seculo: id est cum administrari ceptus est mundus/ et diuerse creature auctoꝛis sui munere proꝛuperunt. Unde ⁊ michi videt hic cōuenienter aduerti: ⁊ Adam (sicut multi patrum dixerūt) ad dñi gratiam fuisse reuocatū: quādo ipse primus in seculo fuit: sicuti etiam Abel/ Noe/ Abraam/ ⁊ ceteri patres: qui tamē in seculo: sed a seculo non fuerunt. Nam q̄ sequit Et vsq̄

Alꝰ. ab eterno et vsq̄ in eternum.
Alꝰ. illius in.

in seculum seculi/ eternitatem dñi absolute designat: quoniã ꝛ ille ꝛ ante seculum misericors esse monstratur. Considera etiam ꝙ addidit Super timentes eũ: ne ꝛ illi hoc in se crederent esse faciendum qui ei sceleratis casibus obedire cõtemnunt. Sequitur Et iustitia eius super filios filiorum. Filios(sicut sepe iam dictum est)vnuscuiusq; actus debemus aduertere. Filios filiorũ/operum nostrorum iustissimam retributionem. Nam sicut nos operã nostram quodãmodo generamus:ita nobis retributiones rerũ nostre generãt actiones. Sic vnusquisq; iustus recipiet:cum in terra fuerit beatitudine collocatus. Multi enim fidelium filios non habuerunt: aut sterilitatis euentu/aut virginitatis studio. Si ad litteram velis aduertere(qđ absit) plurimi sanctorum ista promissione fraudãtur. Nam ꝛ in subsequẽtibus spiritualiter dictum esse declaratur. [†† Custodientibus testamentũ eius. Et† memoria retinentibus mãdata eius: vt faciant ea]. Isti sunt filij quos superius dixit: qui dñi precepta custodiunt/qui mãdatorum eius operibus sunt memores/ non studio cantilene. Nam ꝛ si quis psalterium voce reddat/memor eius non est:nisi que precipiũtur effecerit. Ideo enim dicta sunt vt fiant:non vt sola vocis ratione cantentur. Unde doctissimus pater Augustinus in hoc psalmo disputans / psalterium se nõ tenere pfessus est/nec totius legis dicta recolere: scilicet vt non solum ad audiendũ / sed maxime ad faciẽdum cunctorũ studium concitaret. Memoria est enim per quam animus reperit que audita/visa/facta q; cognoscit. [Dñs in celo parauit sedem suam:ꝛ regnũ † eius omniũ dominabitur]. Uenit ad futuri iudicij formidabilem predicationẽ:ne peccantium mentes insolescerent:cum vltionem venturã malorũ actuum non timerent. Dicit enim Parauit sedẽ suã: hoc ad illud pertinet quando dñs Jesus ascẽdit in celum: sedet ad dexteram patris: inde venturus iudicare viuos et mortuos. Et ne aliqua impotentia dñi moderetur:ipsum dicit parasse sedem suam/ qui indicaturus est mundũ. Addidit Et regnũ eius omniũ dominabitur. Ne putarent pagani demones suos quoquo modo regnaturos:ipsum dicit dominaturũ/qui parauit sedẽ suam:id est dñm christum. [Benedicite † dñm omnes angeli eius potentes virtute:† qui facitis verbum † eius ad audiendam vocem sermonũ eius]. Cum superius de hominibus ꝓpheta loqueretur: venit ad terrã narrationẽ vbi celestes creaturas alloquitur/vt dñi laudes debeãt celebrare. Et quoniã inter ipsos angelos est magna discretio / illos tm modo dicit preconio dñi dignos existere:qui eius ꝓbãtur iussionibus obedire: ostẽdẽs neq; homines:neq; spirituales substãtias ad mysteriũ tante maiestatis accedere : nisi qui eius voluntatibus obsecundant. Sic enim cõmonet Omnes angeli eius. Eius quippe de illio dicitur:qui ab ipsius imperio nequaq; recedere voluerũt. Sequit aliquid expressius: Potentes virtute/ qui facitis verbũ eius. Ipsi enim virtute possunt/q eius iussis obediunt. Potest autẽ ꝛ diabolus:non virtute/sed prauitate: nõ honore/sed presumptiõe. Potentes siquidem illi vere dicendi sunt:qui verbo dñi parere contendũt. Et ne aliquid relinqueret ambiguũ calcatius insinuat. Ad audiẽdam vocem sermonũ eius:scilicet vt sint humiles non superbi. Ipsi sunt enim digni benedicere:qui suũ ꝛ cognoscunt/et venerãtur auctorem. [Benedicite † dñm omnes virtutes eius:ministri eius qui facitis voluntatem eius]. Rem magnã/rem omnino sublimem iterata iudicauit inuitatione solidandã:vt infirmitas humana cognosceret/q; saluberrimum esset obedire dño:quando ipsius volũtati celorũ militat fortitudo. Et intende ꝓprietates emicare verborũ. Prius dixit Qui faciunt verbum eius. Et ne verbum intelligeres qđ verberato aere ab hominibus solet ꝓferri: addidit Qui facitis volũtatem eius. Angelus enim verbũ dñi est voluntas eius: quoniam illa sublimis/spiritualisq; substantia beatorum angelorũ cum dñm contuetur:ibi veritatem eius volũtatis agnoscit. Nec opus est loqui quibus se diuinitas ꝓpiciata patefacit. Non enim eis deus verberato aere loquitur:sed inspirando ne suo voluntates eorũ ad suum velle convertit. Sicerunt vt credimus:ꝛ beati homines posthq; regni eterni fuerint premia cõsecuti. [Benedicite † dñm omnia opera eius/in omni loco dominationis eius: benedic anima mea † dñm]. Benedicite/nũc tertia iteratione geminatur:que figura dicitur ꝙEpembasis/d ecoũ schema/sive in laudibus/sive in vituperationibus ad animos erigẽdos verbum sepius iterare: quod dictũ est. Dixit autẽ prius illos debere benedicere qui dñi iussiones efficiũt: nũc admonet ipsam operam dñi auctorẽ suum debere laudare: vt terrena/celestia q; concluderet. Nam cum totum opus eius sit:omnia debẽt suum benedicere creatorem. Sequitur In omni loco dominationis eius. Sicut nulla creatura a laudibus dñi subtrahitur excipi: ita nec locꝰ quisq; relinquitur/ qui a tali munere segregetur. Nam cum dicitur In omni loco dominatiõis eius/michil excipitur:quia vbiq; dominatur significans forte ecclesiam catholicam : que per totum mundũ erat(dño prestãte)creditura. Ipsa enim vbiq; dñm benedicit/vbiq; collaudat:ꝛ gratias maximas hymnidica exultatione cõcelebrat. Addidit Benedic anima mea dñm. Ipsa sententia cõclusit psalmum:que pulcherrimũ fecit initiuꝫ. Sed quoniam in scripturis diuinis omnia sacramentorũ vbertate pinguescũt: hec similitudo(sicut iam dictum est) in octauo psalmo illos indicat(vt opinor)qui atria fidei sinceris mentibus ingressi sunt:ꝛ vitam suã glorioso fine(dño prestante) concludunt. Digna cõmonitio per quã se fidelis anima cõsoletur:que contra omnes casus tãq; clypeus inexpugnabilis assumitur. Nam si eũ semper benedicimus : ab eo iugiter custodimur.

Conclusio.

¶ Benedictio dñi timẽtibus eum quanta largitate concedatur agnouimus festinemus ad mãdata cõplenda:vt peruenire mereamur ad premia. Habemus dñm ꝛ per naturã piũm/ ꝛ per misericordiarum dona largissimũ. Quis dubitet ab illo postulare:qui si nõ petatur offendit? Benedicamus ergo oẽs in cõmune dñm: opas eius hymnidica exultatione celebremus. Quale eñ sacrilegium est/vt cũ omnis creatura iubeatur benedicere dñm:si homo desinat laudare deũ: qui ad imaginẽ ꝛ similitudinẽ ipsius noscitur esse creatus? Audiuimus: benedictio dñi quibus virtutibus applicet:castis vtiq; humillimis/charitate plenis:ꝛ qui dñi reliqua mandata perficiũt. Arceat ergo hinc omne qđ prauũ est:excludatur vniuersa malicia mundi : emendẽtur illecebre: diabolus foras mittat cũ sequacibus suis. Quapropter audito tanto munere/compleri tãta spe: sanctis operibus benedicamus dñm/ religiosis factis cantemus auctori nostro. Non nos electio iudicis repudit: si que precipit hic nos peregisse cognouerit.

¶ Explicit expositio in psalmum. ci.

Al. his qui seruant.
Al. memores sunt mãdatorũ ipsius ad faciendũ ea.
Dñe.
Al. ipsius omnibus.
Al. domino.
Al. faciẽtes.
Al. illius.
Al. domino.
Dñs.
Al. dño.
Al. dño.
Sclus.

Psalmus ipsi Dauid. Cliij.

Benedic anima mea dño: dñe deꝰ meꝰ magnificatus es vehementer. Confessionẽ ꝛ decorem induisti: amictus lumine sicut vestimẽto. Extendẽs celum sicut pellem : qui tegis aquis superioza eius. Qui ponis nubẽ ascẽsum tuũ:qui ambulas super pennas ventorũ. Qui facis angelos tuos spiritꝰ: ꝛ ministros tuos ignẽ vrẽtem. Qui fundasti terrã super stabilitatẽ suam:non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut vestimẽtũ amictus eius super montes stabũt aque. Ab increpatiõe tua fugiẽt: a voce tonitrui tui formidabunt. Ascendũt montes/ꝛ descendũt campi:in locum quẽ fundasti eis. Terminũ posuisti quẽ non transgredient: neq; conuertent operire terrã. Qui emittis fontes in cõuallibus: inter mediũ montiũ pertransibũt aque. Potabunt omnes bestie agri:expectabunt onagri in siti sua. Super ea volucres celi habitabũt de medio petrarum dabunt voces. Rigans mõtes de superioribus suis: de fructu operũ tuorũ satiabitur terra. Producens fenum iumẽtis:ꝛ herbam seruituti hominũ. Ut educas panem de terra:ꝛ vinũ letificet cor hominis. Ut exhylaret faciez in oleo:ꝛ panis cor hominis cõfirmet. Saturabunt ligna campi ꝛ cedri libani quas plãtauit:illic passeres nidificabũt. Herodij domus dux est eorum:montes excelsi/cervus petra/refugiũ herinacijs. Fecit lunam in tẽpore:sol cognouit occasum suũ. Posuisti tenebras ꝛ facta est nox: in ipa pertransibunt omnes bestie silue. Catuli leonũ rugientes vt rapiãt:ꝛ querãt a deo escam sibi. Ortus est sol/ꝛ cõgregati sunt:ꝛ in cubilibus suis cõgregabuntur . Exibit homo ad opus suum:et ad operationem suam vsq; ad vesperũ. Q̃ magnificata sunt opera tua domine:oĩa in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnũ et spacioſum manibus:illic reptilia quorum nõ est numerus. Animalia pusilla cum magnis illic naues pertransibunt. Draco iste quẽ formasti ad illudendũ ei: omnia a te expectant vt des illis escam in tempore. Dante te illis colligent : aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem turbabũtur: auferes spiritum eorum ꝛ deficient:ꝛ in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum ꝛ creabuntur: ꝛ renouabis faciem terre. Sit glozia dñi in seculũ: letabitur dñs in operibus suis. Qui respicit terram/ꝛ facit eam tremere : qui tangit montes et fumigant . Cantabo dño in vita mea: psallam deo meo q̃diu sum . Jocũdum sit ei eloquium meũ : ego vero delectabor in dño. Deficient peccatores a terra: et iniqui ita vt non sint/benedic anima mea domino.

Frequenter diximus psalmum illos actus significare mortalium: qui ad rerũ diuinarum intellectũ ꝓ sua pbitate respiciũt. Ad cuius similitudinem ꝛ organũ ipsuꝫ aptatum est/quod specialiter psalmus vocatur sursum habens tympanũ: vbi melos dulcissimũ canoro sonitu temperatur. Dauid autẽ tm persona loquẽtis adhibetur. Ceterũ omnia constat de dño saluatore narrãda:qui in principio fecit celum et terram. Est enim psalmus iste tanta dispositiõe perfectus/vt aliqua hic dicta intelligas:que in libro Geneseos tacita fuisse cognoscas. Quapropter que sunt apta exponemus ad litteram:que vero fidei nostre possunt indicare notitiã/spirituali intellectu(sicut a maioribus accepimus)explanabimus. Unde solliciti esse debemus/ paratiq; ad audiendum:quia ipse quoq; vir eloquentissimus pater Augustinus hũc psalmum ꝛ sedule dicit perquirẽdũ/ꝛ de eodẽ laboriosissime disputandũ.

Diuisio.

Propheta volens ostẽdere conditiones rerũ diuina significare mysteria. Primo modo per fabricam celi ꝛ terre quedam nobis cognoscitur indicare dogmata: vt agnoscamus omnia sibi reuera tanq; abyno auctore condita posse cõgruere:quando aliquas similitudines suas inuicem ꝓbantur aperire. Secundo operas dñi diuersis figuris tectas enumerat. Tertio profitetur in illo eterno seculo preconia dñi iugiter se esse dicturũ:que etiam in hac vite sue brevitate cãtauerat.

Expositio.

Benedic anima mea dño: dñe deus meꝰ magnificatus es vehementer . Confessionem et decorẽ induisti]. Imitat prophera semetipsum ad benedicẽdum dominum. Et quoniam nouerat in catholica fide vnitatis gratiam plurimum prevalere/ sibi tm loquitur:qđ omnes debeat admonere. Benedicere autem deum est eius magnalia confiteri: vt cum de illo dicitur aliquid magnum/ vnusquisq; veritati prestet officium. Hec igitur sententia ad totũ respicit textum:vbi psalmi huius plixitas terminatur. Sed cum ad suam(vt dictum est)animam loqueretur/subita cõuersione dicit Domine deus meus. Que figura dicitur Prophonesis:quando inter alia que loquimur/ad deum subito verba convertimus. Generalem vtiq; dominũ confidẽter suum asserit deum: vt cum se ipsius seruũ esse profitetur/ nullam se habere cum diabolo comprobet portionem : ne in eo quicq; prevaricator ille requireret/quem alienũ esse agnosceret. Sequitur Magnificatus es vehementer . Oportet nos vim istorum nominũ diligẽter inquirere . Nam quando ille magnus non est:vt hominũ laudibus magnificetur? Aut quid illi potest addi:qui est mirabilis/et incõprehensibilis plenitudo virtutũ? Sed magnificatur dño apud homines/quando eis magnus atq; excelsus esse clarueri : vt ipsum sentiãt creatorem/ipsum bonorũ omniũ

Ebre.

largitorem/ipsum redemptorē: ad postremum ipsum
& iudicem. Ex qua parte prouenit vt recte dicatur re-
demptor dominus magnificari: qui quotidie fit cre-
dentium deuotione mirabilis. Sic etiam dicitur san-
ctificari/sic glorificari/sic benedici: & his similia. Ad-
iecit Uehementer. Reuersa quando conversorum ore
laudatur/& in sanctorum cetum venit: qui se prudem
nefandis sceleribus polluerat. Uehementer enim
aptissime dictum est: quod toto geritur cordis annitu.
Sed vnde magnificatus sit vehemēter: consequēter
exponitur Confessionem et decorem induisti. Indu-
ere est aliquem quod non habebat assumere. Et
quando deus decorem non habuit: qui creaturis suis
omnia speciosa semper indulget? Sed hic incarnatio
domini christi euidenter exponitur/quam sumpsit ex
tempore: per quam confessionem mortalium largitor
sue pietatis inuenit. Recesserāt enim homines a cul-
tu vere diuinitatis: cum simulacrorum studijs/et va-
nis religionibus seruiebant. Sed eo veniente: qui tā-
mē absens nunq̄ extitit diuinitate/& cōfessio & decus
superne maiestatis innotuit: et sq̄ rebus indutum di-
cit dominū/quibus ecclesiam catholicam constat or-
natam. [Amictus † lumen sicut vestimentum: Exten
dens celum sicut pellem.] Uersus isti vigintiduosq̄
ad diuisionem futuram per figuram Parabole pul-
cherrimis allusionibus explicātur: quē fit quādo res
sibi genere dissimiles comparantur. Lumen enim ec
clesiam significat: de qua scriptū est Que est ista que
ascēdit dealbata? Dealbata enim/intelligitur illumi-
nata: que recte velut vestis aduertitur domini salua-
toris non habēs maculam/neq̄ rugā. Ipsa est enim
cādida/dealbata: de cuius membris dicit apostolus.
Fuistis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in
domino. Hanc etiam tunica illa significauit: que non
potuit diuidi tempore passionis. Hec est de qua dici-
tur Amictus lumen eius sicut vestimentum. Sequi-
tur Extendens celum sicut pellem. Bene dicitur do-
minū celum extendere: vbi meretrices et publicanos
eum cōstat admittere. Nam cum sint per iustitiam ce
li iustorum: facti sunt et gratie largitate peccantium.
Nec frustra cōparata est celo pellis: quia sicut omnia
membra nostra pellis tegit/ ita et creaturas celorum
ambitus circumactus includit. Senserunt aliqui ce-
lum et de iusto dictum: quē sic per gratiam probatur
extendi/ quemadmodum potest tensa pellis excresce
re. [Qui † tegit † in aquis superiora eius. Qui † po-
nit nubem ascēsum † suum: qui † ambulat super pen-
nas ventorum]. Quamuis ordinem conditionis ex-
ponere sentiatur: quia et super celos aque sunt posi-
te: sicut & in Genesi legitur. Et ipse alibi dicit Et aque
que super celos sunt laudent nomen domini: tamen &
sacri baptismatis nobis reseratur iudicium: vt celum
(sicut frequenter dictum est) omnē iustum debeamus
accipere: cuius superiora: id est emēdatio fidelis ani-
me aquis salutaribus irrigatur. Ita enim hec omnia
ab illo auctore dispposita sunt/ vt et actus ecclesiasti-
cos dicta celestia indicare videantur: et iterum condi
tiones rerum veracissima narratione testentur. Se-
quitur Qui ponit nubem ascensum suū. Hoc quidem
et ad litteram congruenter accipitur: quando domi-
nus post resurrectionem videntibus apostolis ascen-
dit in celum. Sic enim in actibus apostolorum legitur
Hec cum dixisset: nubes suscepit eum ab oculis eo-
rum. Sed et illud aptissime probatur accipere: vt nu-
bem ponamus verbi domini predicatorem: per quem
christus in membris suis ascendit: cum mentem pec-
catorum a mundi istius prauitate mundauerit. Ad-
didit Qui ambulauit super pennas ventorum. Uenti
in isto aeris fluctu quasi quibusdam pēnis volare no-
scuntur: sed dominus ambulat super pennas eorum:
dum volūtates suas multō velocius operatur/ q̄s po-
test esse excursus ventorum. Siue magis ventos/ tu-
storum animas debemus accipere: quia vtroq̄ testa-
mento perdocti/ velut duabus alis ad superna gau-
dia transferuntur. Supra quos dominus ambulare
recte dicitur: in quibus misericordiam sue operatiōis
ostendit. Et nota q̄ in hoc versu/ & aliis qui sequūtur:
dominū mauult ostēdere per id quod egit. Hec secun
da species definitionis dicitur apud grecos Emeo-
matice: latine autē notio nuncupatur. Nam cū domi-
nus per naturam suā nequeat definiri: per illud tamē
pulchre cognoscit/ quod singulariter operat. [Qui †
facit angelos † suos spiritus: & ministros † suos ignē
vrentem]. Commendandū est animo: quia hic specia
liter de angelis dicit: quod in libro Geneseos euiden
tius non habetur. Nam et verba ipsa sunt discutiēda
subtilius. Spiritus/ generale nomen est incorporalis
potentiq̄ substantie: visibiliter siue inuisibiliter ope
rans/ quod ei diuinitus inspiratur. Angelorum enim
nomen non significat naturam/ sed obediētiam. An-
gelus enim greca lingua dicitur: qui latine nūcius in-
terpretatur. Tamen quando mittūtur angeli fiunt: cum
tamen natura spiritus esse noscātur. Addidit Suos:
vt illos ostenderet qui recta mente dīi voluntatibus
obsecūdant. Ordo enim verborū talis est: Qui spiri-
tus suos facit angelos. Sequitur Et ministros suos
ignem vrentē. Minister dei/ est omnis qui diuinas exe
quitur voluntates: et charitatis semper accensus est
feruore. Talis enim vir celestis ignis efficitur: quādo
verbo predicationis peccantiū nequitias vrere/ & con
sumere posse monstrat. Sic enim dominus ipse dicit
Ignē venit mittere in terrā. Ignis vtiq̄ vitalis/ ignis
vtiq̄ salutis: qui dū peccata cōsumit/ animas nutrit.
[Qui † fundauit terram super stabilitatem † eius: nō
inclinabitur in seculū seculi]. Uersus iste ad litteram
non videt posse constare. Nam cū terram istā mutan
dam esse legerimus: quomodo fieri potest vt non in-
clinetur in seculū seculi? Sed hic magis firmatā ter-
ram/ solidatam aduertamus ecclesiaz: que terra ideo
dicit: quia ex terrenis hominibus collecta esse mon-
stratur: sicut in alio loco ait Dñi est terra & plenitudo
eius. Huius stabilitas recte dicit christus: qui est im-
mobile fundamentū/ et inuiolabilis petra: de quo di-
cit apostolus. Fundamentū enim aliud nemo potest
ponere/ preter id quod positum est: quod est christus
Jesus. Supra quē si manserimus/ vtiq̄ter nullatenus
inclinamur. Superiecta enim nesciunt titubare: dum
sint fixa que cōtinent. Sic veritas huius sententie ab-
soluta nobis ratione cōstabit. Spiritus enim sanctus
ideo interdū difficillima dicit ad litterā: vt maiori am
bitu spiritualem intellectū querere debeamus. Hoc
ergo quod dictū est Non inclinabitur in seculū seculi/
per omnia comata trium versuum superiorum cōstat
esse reddēdū. Que figura dicitur Hyperbaton: quo-
niam ordo verborum longius explicatur. [Abyssus
sicut † pallium amictus eius: super montes stabunt
aque]. Nec iste versus ad hystoriam potest referri:
q̄uis de superducto diluuio dicere videatur. Preteri-
tum enim tempus diluuij fuit: et nunc propheta de
futuro predicat esse faciendum. Unde necesse est vt

DEF.

Al. lumine sicut vestimento.

SCHE.

Ephe.5.

Al. tegis. Al. non hz. Al. ponis. Al. ruum. Al. ambulas.

Pā.148.

DEF.

Al. facis. Al. tuos. Al. tuos.

DEF.

INTER

Luc.12.

al. fundasti Al. suam.

Pā.23.

1.Cor.3.

DOC.

SCHE.

Al. vestimentum.

hoc magis spiritualiter inquiramus: quando sibi ad
litterā tempora cōuentre non possunt. Abyssus enim
dicitur aquarū copiosissima multitudo: que et in bono
et malo plerūq̄ ponitur. Hec merito hic superstitio-
sis atq̄ persecutoribus comparatur: quia sicut palliū
subiecta cooperit: ita illi mundum fedissima superstī-
tione texerunt: vt non solum mediocres homines: sed
in perniciem suā ipsos quoq̄ sanctos viros atq̄ emi-
nentissimos tormentis corporum obruere viderentur.
Sed hic abyssus in malo posita est: dum legatur et
in bono: vt est illud: Judicia dñi velut abyssus multa.
Quod genus locutionis inter propria diuine scriptu-
re constat esse deputandum. Deinq̄ sic sequitur: Su-
per montes stabūt aque. Steterunt quippe super eos
qui montes fidei firmitate vocati sunt: quando eos di
uersis penis et moribus affecerunt. Aquas enim et
abyssos: impios hic debemus accipere: qui sic ad ob-
ruendam properant sanctitatem: quemadmodum po-
test cumulus vndarū subiecta contegere. Sed vt hoc
magis de superbis atq̄ sceleratis potuisse aduerte-
re: sequens versus ostendit. Uolunt etiam aliqui hoc
ad litteram vendicare: vt abyssum dicant terre mar-
ginem circuire. Nam sicut exteriora corporis nostri
pallio cooperiuntur: ita & orbis terrarum oceani am-
bitu ferrur includi. [Ab increpatione tua fugient: a
voce tonitrui tui formidabūt]. Qui fugient nisi abys-
si: nisi aque que montibus christi supereminere vide-
bantur? Nam quis sanctos eius diuersis cedibus af-
feciſſent: ipsi tamen increpati voce apostolorum de-
relicta superstitione fugati sunt: & quod est maximum
victorie genus contra sua vota senserunt. Sequitur:
A voce tonitrui tui formidabunt. Predicatio sancto-
rum sub hac allegoria pulcherrima relatione descri-
pta est. Dicit enim: A voce tonitrui tui: vt non illud
humanum eloquium: sed celestis virtutis sonitū fuisse
sentires. Formidauerunt vtiq̄ homines passim toni-
trua predicationum: quando iudicij terror edictus est:
quando diabolum periturum audierunt cum sequaci-
bus suis: et q̄uis habuerunt in hoc mundo licentiam:
ipsi tua scelera correcta mente damnabant. [Ascen-
dunt montes et descendunt campi: in locum quē fun-
dasti eis]. Adhuc in tropicis allusionib⁹ perseverat:
quoniā superbos & impios q̄diu voluit dominus per-
misit in montes crescere: atq̄ iterum quando placuit
fecit in conuallium humilitate residere. Sic et perse-
cutoribus tempus datum est: vt in altum surgerent:
ac deinde inclinati christiano populo subiacerent: do-
cens omnia ipsius ordinatione fieri: cuius voluntati
non potest obuiari: sicut ipse domin⁹ in euāgelio pon-
tio Pilato dixit: Non haberes in me potestatem: nisi
tibi datum esset desuper. Et intende: quoniā hic mon-
tes in malo positi sunt: cum superius montes signifi-
cent fidelissimos viros: quod plerūq̄ in scripturis di-
uinis dictum inuenitri. Sequitur: In locū quem fun-
dasti eis. Illi scilicet qui campi tam facti sunt: ad lo-
cum fundatissime descendunt ecclesie: & in eius pene-
tralibus permanebunt. Nam et ipsis quoq̄ peccato-
ribus modus est positus: nec vltra permittuntur exce
dere q̄s eis datum est licentie sue frena laxare. Deniq̄s
sic legitur: Completa sunt peccata amorreorum: vt omnia
sub volūtate domini posita esse cognoscas. Hoc enim
et subsequentia euidenter explanant. [Terminum po
suisti † eis quem non transgredientur: neq̄ † reuerten
tur operire terram]. Hoc si ad litteram velis accipe-
re: de aquis abundantibus dicit que diluuio recedēn-
te vltrius terras nequeunt occupare: sicut in genesi
scriptum est. Statuam pactum meum vobiscum: & ne-
quaq̄ vltra interficietur omnis caro aquis diluuij:
neq̄ erit deinceps diluuium dissipans terram. Si ve-
ro spiritualiter queras: potest hoc et de paganorū ritu
accipi congruenter: qui licet a sua prauitate recesse-
rint: nunq̄ in illam licentiam deo sibi obuiante remea-
bunt: vt humanum genus superstitionum suarū inun-
datione cooperiant. Terminus quippe eorum aduen
tus fuit domini christi: cuius crescente religione: cun-
cta idola cum suis auctoribus corruerunt. Inspicia-
mus quoq̄ sub qua increpatione ista referuntur: vt ra
tionales homines putent se precepta domini debere
cōtemnere: cum ipsa elementa cognoscantur eius ius-
sionibus obedire. [Qui † emittit fontes in convalli-
bus: inter medium montiū pertransibunt aque]. Cum
natura terrarū describitur: causa nobis occultior pul-
cherrimis allusionibus indicatur. Certum est enim
cōualles aquis abundare copiosis: fontium q̄ibi esse
frequentiam magnam vbi sunt arua tacentia. Sed il-
lud potius debemus aduertere: quia in humilitate ho
minum qui loco conuallium ponuntur: aque diuine
semper estuant. Spiritualiter autem montes hic ac-
cipere debemus hereticos ac superbos: inter quos
scripture diuine perenni vbertate decurrunt: quia in
hoc mundo eas audire bonis malisq̄ commune est.
Et bene dictum est pertransibunt: quia tales viros
nullo fecundasse beneficio sentiuntur. Nam si (vt qui-
dam dicunt) montes hic iustos predicatores voluis-
set intelligi: dixisset de ipsis montibus aquas fluere:
non eis in medio constitutis transire potuisse. [Po-
tabunt † ea omnes bestie † syluarū: expectabunt ona-
gri † sitim suam]. Bestias syluarum hic gentes intel-
ligere debemus que de illa idolorum cultura tanq̄ de
syluis umbrosis proiectis ferocissimis moribus exie-
runt/ ad potandas scilicet aquas: quas in euangelio
est dominus samaritane pollicitus dicens: Qui bibe-
rit ex aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque sa-
lientis in vitam eternam. Sequitur: Expectabūt ona-
gri sitim suam. Cum dixerit bestias syluarum aquis
decurrentibus esse potatas: onagros tñi posuit sitim
suam expectare: scilicet iudeos qui neglexerunt fluen-
ta diuine pietatis haurire. Onager enim asinus est sy-
uestris: qui inter reliqua animalia cor dicitur habere
pinguissimū. Quod genus quantum patiens est do-
mitum: tñ seuissimum redditur cum syluis retinenti-
bus efferatur. Uis obstinati iudei merito comparan-
tur: qui ferocia mentis & callosa fatuitate durati sunt:
nec fatiari cito poculis vitalibus acquiescunt. Nam
quod dicit: Expectabunt / illud significat quod fre-
quenter dictum est: quia in fine seculi Helia & Enoch
venturis: creditura est multitudo iudeorū. Miseri
qui tamdiu sitiunt: qui satiari minime concupiscunt.
Uis vita penalis est: qui tanta expectatione cruciā-
tur. [Super ea volucres celi habitabunt: de medio
petrarum dabunt † vocem suam]. Supra illa scilicet
que superius dixit: Qui emittit fontes in convalli-
bus: celi volucres habitabunt. Hec siquidem et con-
ualles et aquas irriguas amare noscuntur. Sed non
vacat quod addidit Celi. Nam si tñ aues voluisset
aduerti: volucres sufficerat dici: sed potius animas
sanctas pontificum celesti se cōuersatione tractantes
mauult intelligi: qui supra populos dñi predicationi-
bus sanctis inhabitant. Addidit: De medio petrarū
dabunt vocem suā. Iste volucres que dicte sunt cele-

Pā.35.

DEF.

Joan.19.

Al. non hz. Al. quertēt

Gen.9.

Al. emittis

Joan.4.

Al. voces suas

flet: non de terra: non de arboribus: sed de medio petrarum dabunt voces suas: quando apostolorū ꝛ prophetarū exemplis aliqua predicare noscunt. Omnes enim fideles petre merito dicunt: quia ipse quoq; petra dicitur christus. Sic enim ipse dño petro apostolo
Matth.16. dixit: Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Quapropter omnes de petrarū firmitate predicant: qui apostolorum ac prophetarū traditionibus sua dicta cōfirmant. [Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra]. Superius dixit altos montes fuisse pretextos: ꝛ cōvalles humillimas fontibus irrigatas: nūc ipsos quoq; montes superius aquis ꝑdicat esse compluros: ne quid a domini munere videretur exceptū. Paulus enim puus ingens atq; arduus ꝓsecutor ecclesie: rigatus aqua spirituali: ꝙ fecūdos fructus probatus est edere christianis. Quod quotidie dño agit: vt doctores paganorū post cōuersionē magistros faciat esse fidelium. Sed isti tales de superioribus irriganturquando cōuersi se erasse cognoscunt. Sequitur: De fructu operū tuoꝝ satiabitur terra. Cū fructū terra pariat: quēadmodū poterit ex fructibus calcabilis ista terra satiari? Fructibus autē terra satiatur: quando peccatores in melius cōmutati: vtilia nimis et salutaria ipso largiente percipiunt. Sic enim terra satiatur: quando aliquis ab obstinatione malitie: pniconia domini didicisse cognoscitur. [Producēs fenū
Al. educas iumentis: ꝛ herbam seruituti hominū. Et † educat panem de terra]. Excolit quod superius dixit: vt terra illa celesti imbre satiata producat fenū iumentis: id est elemosynas faciat his qui passim petunt: de quibus
Luc.6. dictū est: Omni petenti te tribue. Iumenta enim appellata sunt: quia verecundiam non habentes propter ingluiem ventris: in egentiū voces petulanter erumpunt sicut iumenta: que dum esurīt: nequaq; possunt a propriis vocibus abstinere. Herbam vero seruituti hominū, hoc est: vt illi necessaria tribuantur: de quo scriptum est: Desudet elemosyna in manu tua: donec inuenias iustū cui eam tradas. Hic enim homines appellati sunt: qui ratione plenissimi: indigentiam suam tolerantie viribus tegūt. Sic duo genera egentiū talibus allusionibus exprimuntur. Sequitur: Ut educat panem de terra. Educitur panis de terra: quando domini precepta complentur: vt de istis carnalibus atq; visualib⁹ cibus fiat: vnde anima celesti refectione pascatur. Panis enim vere noster est christus: qui tunc de terra producitur: quando aliquid indigentib⁹ eius considerationē prestatur. Siue hoc potest de predicatoribus dici: qui celestibus diuitijs imperitoꝝ hominum indigentias miserecorditer expleuerūt. [Et vinū letificet cor hominis. Ut exhylaret faciem in oleo: et panis cor hominis confirmet]. Dixerat superius: Ut educat panem de terra: sed ne istum panē cōmunē deberes accipere de quo caro nostra reficitur: subiungit hec tria spiritualiter sentienda. Nam cor: pro rationabili intellectu poni frequens scriptura testatur. Quapropter vinū letificat cor hominis: cuz sacratū fuerit in sanguinē domini christi. Hinc nos inebriari licet:
Ps.22. sicut scriptū est: Et poculū tuum inebrians ꝙ preclarum est. Ipsum est enim reuera merum quod letificat mentem: non quod ad reatū vitiaq; perducit. Ebrietas sobria: satietas felix: que merito letificare dicitur: quia nichil ibi culpabile reperitur. Exhylarat quoq; facies in oleo: cum regale chrisma conficitur: sed illa
Ps.33. facies de qua dictum est: Accedite ad eum ꝛ illuminamini ꝛ vultus vestri non erubescent. Sequitur: Et panis cor hominis confirmet. Iterū cor ponitur: vt dictum pro sapientia sentiatur. Nam si corporaliter velis aduertere: nunquid panis cor hominis: non etiam reliqua membra confirmat? Nam inspice proprietates verborū: vt hec reuera cognoscas ad intellectum rerum posita fuisse celestiū. De vino dicit: Letificat cor hominis. Si vinum mundiale velis accipere: non solum cor: sed omne corpus ad tempus letificare cognoscitur: cum tamen frequenter ꝛ ad rixas incitet: ꝛ ad excessum aliquē presumptionis instiget: Sed cor pro mente positum est: vnde sapere dicimur: vnde intelligere bona malaq; sentimur. Item si ꝛ istud oleum putemus quo generaliter mundus vtitur: quomodo potest exhylarare faciem: dum semper animi sit gaudium quod exit in vultus? Panis autē quēadmodum poterit cōfirmare cor solum: quod pro totius corporis refectione percipitur? Sed hec potius ad anime partes referenda sunt: que pfectos efficiunt christianos.
[Saturabuntur ligna † syluarum: ꝛ cedri libani quas Al. campi
† plantauit]. Ligna syluarum: plebem significant in- Al. plantauit
gentium populorū: qui ecclesie catholice de dumosis atq; incultis nationibus aduenerūt. Hec indicāt homines vtiq; mediocres. Cedri autē libani declarant nobiles ac potentes: qui in humano genere tanq; cedri eminere noscuntur. Sed vt ipsos quoq; sequestraret ab hereticis et paganis qui in hoc seculo maxima potestate subuecti sunt: addidit: Quas plātauit: id est
que tua predestinatione sunt in religionis amenissimo paradiso constitute: sicut dicit in euangelio: Omnis
Matth.15. plantatio quā non plantauit pater meus celestis eradicabitur. Sed nec interpretatio nominis ipsius pretereunda est: quādo nobis aliquam significantiā prodere declaratur. Libanus interpretatur candidatio. IHER
Seculi autē huius potestas quedaz videtur esse festinitas: vbi diuites homines ac potentes excelsi atq; proceri: quasi in libano monte nascuntur: qui tamen ad veram religionem domini munere peruenerunt.
[Illic passeres nidificabunt. † Fulice domus dux est Al. Herodij
eorum]. Illic in cedris videlicet quas plantauit: passeres nidificabunt. Passer enim minuta et cautissima nimis auis est: monachorū significans paruitatē: qui in cedris libani: id est in patrimonio potentium christianorum velut in quibusdam ramis monasteria sibi quasi nidos aliquos edificare monstrantur: eorumq; robore sustentari: velut passeres laudes domini assidua voce precinunt. Celestis in terra vita: imitatio fidelium angelorū: spiritualiter in carne viuere ꝛ mundi vitia non amare: vitam presentem cōtemnere ꝛ future beatitudinis gaudia semper exquirere: ad postremum ipsius templū fieri cuius imaginem conditio humana suscepit. Amenus reuera paradisus: in quo tanta floreat poma virtutum. Hoc enim tale propositum est: hostes suos non reluctando vincere: sed patiendo superare. Triumphus illis omnis est in propria corporis passione: et tunc aduersarios efficaciter vincunt: quando laudabili humilitate succumbunt. Reuera milites christi: qui nullam presumptionem in humanis viribus ponunt: sed aduersa omnia virtute domini superare se posse confidunt. Ibi cum aliis non habent iurgia: sed secum semper litigant. Miserentur omnibus: sibi soli non parcunt: ꝛ celesti charitate flammati: bona que sibi euenire cupiunt: aliis communicare contendunt. Sed magna est gloria illi arbori: vbi nidus iste compingitur. Audiat enim
a domino se fuisse plantatū: qui tale cōtinere noscitur institutum. Sequitur: Fulice domus dux est eoꝝ. Fulica: mansueta auis ꝛ nigra est: aneti quidem parui: sed corporis positione cōsimilis: que in stagnis delectabiliter cōmoratur. Hec ad baptizandos bene refertur: qui in sacratissimi fontis gratia pseuerāt. Hospitaq; mansiones: id est baptismatis perseueratio: dux est passerū qui in cedris nidificant: scilicet quia omniū christianorum sacer fons dux est: dum eos ad celorum
Al. petra regna perducit. [Montes excelsi ceruis: † petre refugium herinacijs]. Ceruus: vt diximus: venenosorum serpentium est vorax: spinosa transcendens ꝛ summa agilitate predictus: habitare diligit mōtes altissimos. Huic merito cōparantur fideles: qui diabolū vorant: quādo nequitias eius ad dñi laudē gloriāq; pertrūt: vitiaq; huius seculi quasi spinas bona conuersatione transiliunt: ꝛ habitāt in montib⁹: id est apostolis et pphetis: qui sanctis predicationibus suis in hoc mūdo solida cacumina esse meruerūt. Herinacius vero est: quē vocamus hericiū: animal oīno timidū: natura pudente semp armatū. Cuius cutem inuicē serarū fudes acutissime densissimeq; cōmuniunt: cui tamē non sufficit natiua munitio: sed ne aliqua fraude possit intercipi: refugiū habet semper in sacris. Hinc competenter aptatur: qui peccatis suis hispidus futura iudicia metuens: petram christū firmissimū nouit habere refugium. Merito ergo ista animalia tales nobis indicant viros: qui nunq; se a dñi soliditate disiungūt. Et vide quia passeres cedrorū alta petunt: fulice aquarū se habitatione defendūt: cerui montes eligūt: hericij petrarū se tuitione cōmuniūt. Sic per diuersas aues atq; animalia: christianorū nobis vite diuersitas indicatur. [Fecit lunam in tempore: sol cognouit occasum suum]. De terrenis ad celestia transitum facit: sed et ipsa quoq; sub quibusdā allusionibus indicantur. Luna: sicut sepe iam diximus: significat ecclesiam: que in temporibus facta est: quando eā minui cōtingit ꝛ crescere: que tamen sic minuitur vt semp redeunte integritate reparet. Solē vero: in hoc loco merito accipimus dñm saluatorē: de quo impij in fine mūdi dicturi
Sap.5. sunt: Errauimus a via veritatis et iusticie: lumen non luxit nobis: ꝛ sol nō ort⁹ est nobis. Quod vtiq; de isto
Matth.5. sole cōmuni non poterat dici: quando scriptū est. Qui solem suum facit oriri super bonos ꝛ malos. Iste ergo
Mar.14. cognouit occasum suum: id est gloriam sue passionis agnouitq; discipulis suis dicerer. Venit hora ꝛ filius hominis traditur in manus peccatorū. Merito ergo post illa genera christianorum: que superius per diuersas significantias videntur expressa: ad crementū rerū de ecclesia ꝛ de ipso dño cōstat esse subiunctū. [Posuisti tenebras ꝛ facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes
Al. sylue bestie † syluarū. Catuli leonū rugientes vt rapiant ꝛ querāt a deo escā sibi]. Hic duos versus simul sociauimus: pro necessaria contextione verborum. Posuit enim tenebras: quando tempore passionis sexta hora obscuritatem mūdus accepit. Tunc reuera nox facta est discipulis atq; credentibus: quando petrus anxio errore cōfusus negando tertio: fidei pderdat claritatem. Nox ergo ꝛ illis fuit: qui carnaliter intuendo: in illa cruce christū morti cōmuniter estimabant. In hac itaq; nocte: bestie syluarū: id est demonia: ꝛ catuli leonum: quos diaboli corrupta voluntate genuerunt: ad deuotionē querentes aliquos exterūt: vt escam malitie (permittente tamē dño) reperirent. Nichil enim a quoq; fieri potest: nisi quod ipse secreto iudicio/aut ad probationē: aut ad vindictā faciendū esse permiserit. Catuli enim dicti sunt eo ꝙ calleant sensu nario. Nec ETY.
moueat quod superius diximus: bestias syluarū: multitudines accipi debere nationū: ꝛ hic videtur significare diabolū cū ministris: qm̄ iste in scripturis diuinis creberrimus vsus est: vt vna res personis sibi discrepantibus applicetur: sicut de monte diximus ꝛ leone.
[Ortus est sol ꝛ cōgregati sunt: ꝛ in cubilib⁹ suis † se Al. collocabuntur
collocabūt]. Cū in passione dñi facte fuissent tenebre: demones ad eicam sibi querendā pmittente dño proruperūt: quia inuenire poterāt corda titubantiū. Cūc autē quando ortus est sol: id est resurrectio sancta declarata est: mateſtate eius minime sustinentes: in suis se trepidi cubilibus abdiderunt: id est in pertinacium pectoribus collocarūt: vt quia cunctis suadere nō poterant: saltē quos deceperant possiderent. Sol enim ETY.
dictus est ꝙ solus ita lucet: vt ex eo dies fiat. [†Exiet Al. Exibit
homo ad opus suū: ꝛ ad operationē suā vsq; ad vesperam]. Cūm superius dixerat ortū solis: cōgruenter adiunxit: vnūquēq; hominū in hac vita egredi ad suas operas exercendas. Iste enim vsus est mortalium: vt q̄diu in hoc mundo iumus: veniente die: diuersarum actionū qualitatib⁹ occupemur. Unus enim agrū colit: alter se bellis exercet: iste discit: ille docet. Hūnulli regnāt: multi seruiunt: ꝛ quicquid fragilis mortalitas agit: vespera/id est seculi fine ꝑbatur cōcludi. [Quā magnificata sunt opera tua dne: omnia in sapientia fecisti: † repleta est terra † creatura tua]. Post enume- Al. impleta
ratione figuratā rerū: fideiq; nostre narrata mysteria: Al. ponessione
venit pphera ad modū secundū: vbi laudes paternas post tanta miracula conuenienter exclamat. Dicendo enim: q̄ admirari se posse: q̄ explicare ꝓfesso est. Et merito sic cepta est laus eius: cuius pconia nulla sufficienter prevalet cōplere creatura. Nam nō solū hoc hominibus arduū: verūetiam ipsis quoq; angelis ꝑbatur imensum. Quantū enim magnificata sint opera eius: infertoria declarant. Sequit enim: Omnia in sa- 1. Corin. 1.
pientia fecisti. Ista igitur sapiētia filius est: sicut dicit apostolus: christū dei virtutē/ꝛ dei sapientiā: per quē Joan. 1.
oia facta sunt: ꝛ sine ipso factū est nichil. Et vt cooperationē eius virtutēq; ostenderet: patri dicit operāte filio: tu fecisti. Hoc etiā ꝛ de spiritu sancto idē ait apostolus. Omnia cooperatur vnus atq; idem spūs: dividens singulis ꝓut vult. Unde datur intelligi: q̄ cooperatio sancte trinitatis his exemplis evidenter possit agnosci. Addidit: Repleta est terra creatura tua. Non quidē similibus rebus vbiq; terra completa est: sed tamen q̄uis heremus ꝑpter solis ardorē: vel ꝑpter nimiū frigus animantibus vacuus esse videatur: quibus cūq; tamen reb⁹ creatura dñi terra cōpleta est. Siue magis illud debent intelligi: quia creatura religionis catholice: quā dño saluatore instituit: omnis terra repleta est: quādo vniuersalis dño deseruit ecclesia. De
ipsa enim dicit apostol⁹. Si qua ergo in christo nova 2. Corin. 5.
creatura est: vetera transierūt: ecce facta sunt omnia nova. Et alibi: Exuentes vos veterem hominem cum Ephe. 4.
actibus suis: induite novum/qui sm deum creatus est in iusticia. Ipsa scilz creatura totus orbis implet⁹ est.
Unde ꝛ alius psalmus dicit: Et dñabit a mari vsq; ad Ps. 71.
mare: ꝛ a flumine vsq; ad terminos orbis terre. [Hoc mare magnū ꝛ spaciosum: † illic reptilia quoꝝ non est Al. manib⁹
numerus. Animalia pusilla † ꝛ magna]. Et in hac quoq; Al. cum maparte vsq; ad diuisionē: figura est ꝑabole: que diuersis ac decoris cōparationibus explicat. Sed q̄uis S. Hyg.
in capite hui⁹ versus de mari nauigero dicere videat:

tamen de hoc seculo cōgruenter accipit: vbi diabolice sine numero serpere pbant insidie: malicia q demonū velut quibusdā fluctibus animarū voluntas mestimabilis cōmouetur. Mare enim ipsi reddunt: dum naufragare compellunt: quia dubium non est illum vndas immanissimas pari: qui mergitur gurgite peccatoū.

Ecly. Mare quippe a meando dictum est: q semper eat ac redeat. Sed isti spirit⁹ innumerabiles nobis: deo comprehensi sunt: qui arenā maris z pluuiarū guttas enumerat: z ne offrino incomprehensibiles linquerentur: quātitate nō qualitate ea definiuit. Denicq de eis dicitur: Animalia pusilla z magna: qñ iter ipsos z maiores esse nequitie pbantur oīmodis et minores. [Illic naues pertransibūt. Draco iste quem formasti ad illudendū ei]. Illic: in mundo scilicet quē superius mare dixit. Naues autem merito significantur ecclesie: que periculosos fluctus mundi per lignuz gloriose crucis euadunt: portantes populos qui signo fidei crediderunt. In his nauibus habitat christus: qui si a credentibus excitetur: dicit imanissime tēpestati vt quiescat: et quiescit. Sequitur: Draco iste quē formasti ad illudendū ei. Hic aperte diabolū significat: qui vere draco dicit propter venenū quod eue prime mulieri pestiferis suasionibus inspirauit. Iste creatus bonus est:

Gen.1. sicut in genesi legitur: Fecit deus oia valde bona: sed postq̄ sua uolūtate peccauit a deo ita formatus est vt ei illuderetur ab angelis: quādo propter execrabilem peruersitatē natiua dignitate priuatus est. Sic enim

Job.41. dicit dñs in libro Job: Non est quicq̄ simile ei factū sup terrā. Ad illudēdū ei: ab angelis meis. Illuditur enim et ab angelis dei: siue per iustissimas increpationes: vt qui creat⁹ est ad obsequiū dñi: fedis videatur quesitatib⁹ implicari. Siue magis illudit: qñ et anime offitentiū imperio superno de pernitiosa potestate tolluntur. Illuditur etiā z a fidelibus viris: dū incentiua vitioꝝ eius detestabili horrore refugiunt. Audis draconē: sed nō oino timeas atrocē. Sic enim formatꝰ est: vt ei bñficio dñi: et ab ipsis quoq hominib⁹ possit illudi. Invoca qui illū calcat: z incipit non timere qui

Ps.90. deuorat. Scriptū est enim: Super aspidē et basiliscū ambulabis: z cōculcabis leonē z draconē. [Onia a te

Alt.non hz. expectant: vt des illis escam in tempore † opportuno]. Uersus iste illud significat quod et alibi dictū est: In

Deuter.13. voluntate tua dñe vniuersa sunt posita: et non est qui possit resistere volūtati tue. Nā cū dicit: Omnia: ostendit qñ vniuersa dei nutu viuunt: quo z auctore creata sunt. Nā z draco spiritualis: cuius esca hominū deceptio est: nisi dño permittēte nō prevalet quicq̄ sua potestate perficere. Deus enim quem pro malis suis abiecit: fit diaboli pabulū. Quapropter si in escam inimici nolumus dari: non debem⁹ esse terreni: quia sic in principio maledict⁹ est vt terrā comedat: sicut scriptū

Gen.3. est: Super pectus tuū z ventrē gradieris: et terrā comedes omnibus diebus vite tue. Quod si misericordia dñi celestes efficimur: ab esca diaboli oīmodis reddimur alieni. Addidit quoq: In tempore opportuno: vt non solū dño creaturis suis escam tribuat: verum etiā illam sub oportunitate temporis largiatur. Volebat enim Job tentare diabolus: sed hoc non potuit efficere: nisi eū potestas dominica pmisisset. Nam et ille sanctissimus cognoscebat se dñi pmissione tentari: z ad oia respondebat: Dñs dedit dñs abstulit: sicut dño placuit ita factū est: sit nomen dñi benedictū.

Job.1. Hec est vera firmaq̄ sententia: q̄ in domini voluntate: sicut dictum est: cuncta sint posita. [Dante te illis colligent: aperiente te manū tuā † vniuersa replebuntur

Alt.oia implebuntur bonitate

vbertate]. Adhuc in exponenda superiore sententia perseverat: vt cum diabolica iniquitate vexamur: non illū credamus hoc ex sua potestate presumere: sed potius ad illū recurram⁹ sine cuius permissu nec facere quicq̄ potest: z celerius victus abscedit. Dicit enim: Dante te illis colligēt: vt intelligas quia nisi datū fuerit illis: quicq̄ colligere nō valebūt. Sequitur etiam: quod z ad prospera possis aptare: Aperiente te manū tuā vniuersa replebuntur vbertate. Constat enim tibi esse rerū oīm causas: vnde vbertas cōceditur: z copia sine fine prestatur. Manus autez significat potestatē: per quā abunde cuncta replet et mirabiliter vniuersa disponit. [Auertente autē te faciem tuā turbabuntur: auferes spiritū eoꝝ z deficient: z in pulverē suū revertentur]. De illis modo dicit: qui concessa dei munera minime pfitentes: quod poterant suis viribus applicabant. Contra quos apostolus dicit: Quid enim habes quod nō accepisti? Si autē accepisti: q̄d gloriaris quasi non acceperis? Et in alio psalmo de tali legitur.

1.Corin.4.

Ps.29. Ego dixi in mea abundantia: non movebor in eternū. Ab his ergo talibus dum auerterit dñs faciem suam nudati magno presidio sine dubitatione turbantur: z mox cum ille spiritus superbie quem de rerū vbertate conceperant ablatus fuerit/oīno deficiunt: z ad confessionez saluberrimā redeunt: qui in suis presumptionibus errauerunt. Petunt ergo isti remedia: sua vulnera propria detegant: vt curentur z dicant: Exaudi

Ps.142. me dñe qñ defecit spiritus meus: ne auertas faciem tuam a me. His prestat dñs proficuam medicinam. Sublato enim spiritu nequitie quo inflāmabātur errantes: necesse est vt ad pulverem suum redeant: id est ad humilem confessionē: in qua indigentiam sue fragilitatis agnoscunt: et felicitores esse incipiunt cum a sua presumptione discedunt. Inspicienda est autem hoc loco administratio domini qua mundus regitur: quali breuitate: vel qua ppietate descripta sit. Nam cum nos respicit: omnia profutura succedunt: et cum se auerterit: humana indigentia salutari presidio nudata succūbit. [Emitte spiritū tuum z creabuntur: et renouabis faciem terre]. Ecce illa que expectabatur medicina provenit. Recreati sunt vtiq: qui se pulueremi humiliter agnouerūt. His enim illud accidit: qui divina gratia reparati: mortis probantur euasisse pericula. Totiens enim nos dominus creat: quotiēs de vetustate peccati in nouum hominē instaurare dignatur: sicut in .50. psalmo legitur. Cor mundū crea in me

Ps.50. deus. Respice etiam quia vbi defecimus nostrum pulverem dixit: vbi reparamur spiritū domini esse profitetur: vt nemo suis meritis applicare possit: quod munere creatoris acceperit. Audiant sacrilegi: spiritum sanctum esse creatorem. Dicit enim: Emitte spiritum tuum z creabuntur. Audi z alibi: vbi creator spiritus sanctus edicitur. Ait enim Job: Spirit⁹ divinus qui fecit me. Nam cum divinum appellat z deum z creatorem spiritū sanctum euidenter ostendit. [Sit gloria domini in seculum † seculi: letabitur dominus in ope-

Alt.non hz. ribus suis]. Adhuc ipsum docet magister bonus ne erremus elati: optans esse quod nunq̄ potest aliquando deficere. Dicitur enim: Sit gloria dñi: non cuiusli bet alterius. In seculum seculi: id est in eternum: quia laudis eius nullus est finis; quando et in hoc seculo apud fideles dñi perpetua laus habetur: et post illud seculum a beatis eterna persoluetur. Letabitur enim: qđ dictū est: promissio futuri tēporis est nō presentis.

Et inspice quod vbicūq̄ cōmemorat Operibus: suis dixit: non tuis: ne totiens admoniti insanum Pelagij sequeremur errorem. Cuius nefandum venenum hinc euidenter agnoscimus: contra quod totiens antidotū celeste potrigiturme futura pericula grassarent. [Qui

Alt.qui respicit terram et facit eam tremere: † tangit montes

Alt.fumigant et † fumigabūt]. Jam de illis dicit qui per dñi gratiā illuminati: peccata sua preterita contremiscūt cum se grauiter errasse cognoscunt. Sed securior est illa humillium tremefactio: q̄ superbox insana presumptio. Petrus enim tunc ad veniam redire meruit: quando se admisisse magnū crimen expauit. Sic enim z alius

Esa.66. pphet⁹ dicit: Super quem requiescit spiritus meus; nisi super humilē z quietum: et trementē verba mea?

Phil.2. Hoc etiam monet apostolus. Cum timore z tremore vestram ipsorum salutem operamini. Videsne ergo q̄ votimus: q̄ spiritualis sit tremor iste: qui z veniā parturit z salutem. Sed vide quibus ista contingunt: scilicet quos ipse dignatus fuerit intueri. Sequit: Tangit montes: z fumigabūt. Montes: hic peccatores nimia elatione turgentes debemus accipere: qui dum fuerint domini indignatione percussi: rerūq̄ mundanarū amissione priuati: tunc ad salutares lachrymas currunt: et quosdam fumiferos de se tristicie globos tanq̄ incensum suauitatis emittunt: qui ad superna conscendens: misericordiam impetrare probatur dñi christi. Fumus enim hic in bono positus est: quippe qui nos ad absolutionis facit gratiā peruenire. [Tan-

Alt.sum tabo dño in vita mea: psallam deo meo q̄diu † ero]. Decursis duabus partibus subvaria allusione verborum: venit ad tertium modum vbi se sub eternitate dicit laudes domini cantaturum. Nam cum ait: Cantabo dño in vita mea: tempus significat cū in hoc mundo degere videbatur. Sic enim fit vita ista revera vitalis: si laudes domini cōtinua exultatione cantentur. Et ne crederes laudes istas morte posse finiri: adiecit: Psallam deo meo q̄diu ero: scilicet in futuro seculo: vbi z esse perpetuum est/z psalmodia non habet finē. Pulchre autem positum est Quādiu ero: nam dū immortalis iam factus/q̄diu est cupit psallere: semper vtiq̄ laudes dñi velle probatur edicere. Quo iudicio declaratum est quid sint acturi qui in illam patriam meruerint feliciter intromitti. Laudabunt iugiter dominū: quia semp eum videbūt: dum illa pulchritudo inenarrabilis excitat preconum sine fine diligentis.

Alt.loc̄ūdū Alt.eloquū meum [† Suauis sit ei † laudatio mea; ego vero delectabor in domino]. Due quidē res sunt: sed vtreq̄ sibi parili societate consentiunt. Sic enim domino fit suauis nostra laudatio: si nos delectemur in dño: quantūq̄ ille nobis dulcescit: tanto illi efficimur cariores. In se enī vnusquisq̄ reperit qualis apud illam matestatem esse possit. Amans diligit: negligens spernitur: desideras sustinetur. Sit ergo nobis divinitas dulcissima: vt et vita nostra ei reddatur accepta. Pro nobis enim iubemur: vt ex toto corde: ex tota anima: ex tota virtute deum diligamus: vt in ea iterum mensura ipsius dono dilectionem recipere mereamur. [Deficiant pecca-

Alt.iniqui tores a terra et † iniusti ita vt non sint: benedic anima mea domino]. Deficiunt a terra peccatores: dum terrena cupidita te privati: per dei gratiam ad meliora studia cōcitantur: z iniqui simili modo deficiūt quando mali ta messe desinunt: Hec enim magis oratio q̄ maledictio est: quia omnis iustus cū dei ecclesiam cupit augeri: peccatores optat sine dubitatione cōuerti: maxime cum noverit desiderabilem aduentuz domini vsq̄ ad predestinatorum numerū posse suspendi. Sequitur: Benedic anima mea domino. Dignum iustū psalmi: dignus et finis: illum semper benedicere qui nequaq̄ desinit fidelib⁹ aliquādo prestare. Hec quoq̄ similitudo sententie (nisi fallor) sicut illa superior ad illos referenda est: qui prestante domino religiosa principia vite sue cum glorioso fine tunxerunt.

Conclusio.

¶Audiuimus bone rex/quanta nobis de veritatis arcano sacramēta profuderis: docuisti quemadmodum tendatur celum: supra celos autem aque sint posite: lunam factā in tempore: solem occasum in magnū mysteriū cognouisse. Discant potius hanc esse veracem conditionem rerū superflue studiosi: qui de stellarum cursu vanis supputationibus eluduntur. Audiant magistrū celestem: doctorem veracem: narratorez creature sue. Quid ad ineptas exquisitiones currunt: qui dum discipuli falsarum opinionum esse cupiunt: cognoscende veritatis tempora perdiderunt?

¶Explicit expositio in psalmum.103.

¶Alleluia. Cluij.

Confitemini domino et invocate nomen eius: annunciate inter gētes opera ei⁹. Canta te ei et psallite ei/narrate oia mirabilia eius: laudamini in noie sancto eius/letetur cor querentiū dñm. Querite dñm et confirmamini: querite facie eius semper. Memētote mirabiliū eius que fecit: prodigia eius z iudicia oris eius. Semen Abraam serui eius: filij iacob electi eius. Ipse dñs deus noster: in vniuersa terra iudicia eius. Memor fuit in seculū testamenti sui: verbi q̄ mandauit in mille generationes. Quod disposuit ad abraam: z iuramenti sui ad isaac. Et statuit illud iacob in preceptū: z israel in testamētū eternū. Dicens tibi dabo terrā chanaan: funiculū hereditatis vestre. Cū essent numero breui: pauccissimi z incole eius. Et pertranserunt de gente in gentē: z de regno ad populum alterū. Non reliquit hominē nocere eis: z corripuit p eis reges. Nolite tangere christos meos: z in pphetis meis nolite malignari. Et vocauit famē super terrā: z oīne firmamentū panis cōtriuit. Misit ante eos virū: in seruū venūdatus est ioseph. Humiliauerūt in cōpedibus pedes eius: ferrū pertransijt animā ei⁹ donec veniret verbū eius Eloquiū dñi inflāmauit eum: misit rex z solvit eū: princeps populoꝝ z dimisit eū. Constituit eū dñm domus sue: et principem oīs possessionis sue. Ut erudiret principes eius sicut semetipsum: et senes eius prudentiam doceret. Et intrauit israel in egyptum: z iacob accola fuit in terra cham. Et auxit po-

populum suum, vehementer: et firmauit eum super inimicos eius. Conuertit cor eorum vt odirent populum eius: t dolum facerent in seruos eius. Misit moysen seruum suum: aaron quem elegit ipsum. Posuit in eis verba signorum suorum: t prodigiorum in terra cham. Misit tenebras et obscurauit: et non exacerbauit sermones suos. Conuertit aquas eorum in sanguinem: t occidit pisces eorum. Et dedit terra eorum ranas: in penetralibus regum ipsorum. Dixit et venit cynomia t cynifes: in omnibus finibus eorum. Posuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipsorum. Et percussit vineas eorum et ficulneas eorum: et contriuit lignum finium eorum. Dixit et venit locusta t bruchus: cuius non erat numerus. Et comedit omne fenū in terra eorum: et comedit omnē fructum terre eorum. Et percussit omne primogenitū in terra eorum: primitias omnis laboris eorum. Et eduxit eos cum argento t auro: et non erat in tribubus eorū infirmus. Letata est egyptus in profectione eorū: quia incubuit timor eorum super eos. Expandit nubem in protectionem eorum: t ignem vt luceret eis per noctem. Petierunt et venit coturnix: et pane celi saturauit eos. Dirupit petram et fluxerunt aque: abierunt in sicco flumina. Quoniaz memor fuit verbi sancti sui: quod habuit ad abraam puerum suum. Et eduxit populum suum in exultatione: et electos suos in leticia. Et dedit illis regiones gentium: et labores populorum possederunt. Vt custodiant iustificationes eius: t legem eius requirant.

Hoc verbi decus a psenti psalmo fecit initiū: nec ante a quoq; reperis positū. Quis multi scriptores fuerint primitus hebreorum. Scire autem debemus Alleluia neutri generis esse definitū. Quod et sanctus Hieronymus in expositione eiusdē psalmi euidenter designat: quod eum in hebraicis fontibus credimus inuentisse: t ideo vbiq; se locis attulerit: a doctissimo viro prefiram regulam subsequemur: quoniā vnū atq; integrū manere debet: quod nullius lingue presumptione mutatū est. Alleluia enim apud ipsos dicitur: laudate deum: id est Alle: laudate. Ja/quippe inuisibilem significat deū: quod vnum ex decem nominibus esse dei/ in epistola ad marcellam Hieronymo traditur exponente: qui dixit: Primū dei nomen est: El/id est fortis. Deinde Heloim: et Heloe: quod vtriq; dicitur deus. Unde geminatum frequenter inuenitur: vt est: Deus deus meus respice in me. Et illud: Deus deus meus: quare me dereliquisti. Et: De⁹ deus meus ad te de luce vigilo: t his similia. Quartū Sabaoth: quod est exercituū. Quintū Heloim: quod excelsum dicimus. Sextum Eserieie: quod in exodo legitur: Qui est misit me. Septimum: Adonai: quem nos dominū generaliter appellamus. Octauum Ja: quod deo tm applicatur: t in alleluia extrema syllaba sonat. Nonum: Tetragrāmaton: quod ineffabile nuncupatur. Decimū Sadai: id est robustū t sufficientē ad omnia perpetranda tē. Nouus plane titulus t dicti ipsius brevitate cōspicuus. Hoc ecclesie votiuū: hoc sanctis festiuitatibus decenter accōmodū. Hinc ornatur lingua cantor: Istud aula dñi leta responder: et tanq; insatiabile bonum tropis semper variantib⁹ innouatur. Et ideo expetenda sunt suauia dicta psalmorum: quibus tam dulcis preco premittitur. Quid enim sequi potest: hinc datur intelligi: vbi et titulus ipse laudatio est. Notandum preterea: q; per omnes hos. 20. psalmos qui alleluia titulo perscribuntur: id est psenti. 104. 105. 106. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 134. 135. 145. 146. 147. 148. 149. 150. domini magnalia describantur: t copiosa in eis exultatione gaudetur. Quorū numerus parili societate noui et veteris testamenti gloriam forsasse designat: vt potentia creatoris semper debeat et vbiq; laudari. Euidentiorem vero causam non inuenimus: cur in his tm psalmis Alleluia sit positum. Diuisio.

PSS. Scriens propheta populū hebreorū offendisse frequēter dominū: qm̄ spem suam in temporalib⁹ rebus beneficijsq; posuerit: Prima parte fideles admonet vt eum spiritualiter semper exquirant. Secūda: per patriarcharum exempla eorū corda confirmat: ostendens illos a domino non fuisse derelictos qui eius imperio seruierunt. Tertia parte dinumerat/ quanta et qualia patribus eorum virtus diuina prestiterit: pericula Joseph honorifice describens: introitū in egyptum cōmemorans hebreorum. Quarta refert: quēadmodū israeliticus populus ab inimicis suis iussione domini per Moysen t aaron: diuersis plagis egyptiorum fuerit vindicatus. Quinta describit: quanta hebreis prestiterit in deserto: vt non in temporalibus bonis gauderēt: sed vt magnis beneficijs delinirī: iustificationes eius t legem deuoto pectore custodirēt. Sic longitudo psalmi: compendio diuisionū per partes missa dulcescit. Expositio.

Confitemini domino t inuocate nomen eius: annūciate inter gētes opera eius]. In hoc versu tribus constat partibus ordo dictorum. Primo dicit: Confitemini domino: id est laudate eum: t bonis factis gratiā vobis diuinitatis acquirite: quia idipsum est laudare dominū: t ore illi honorem deferre: t operibus eius iussiones efficere. Illa enim cōfessio hic intelligenda est: que dñi preconia celebrare non desinit: quādo t subsequentia tale votum actionēq; declarant. Deinde dñm cōmonet inuocari: vt post ministeriū sanctissime laudis grate possimus audiri. Premittendū est enim boni aliquid: vt iudex nos placatus exaudiat. Tertio dicit: Annūciate inter gentes opera eius: quod bene potest gloriosis euangelistis et sanctissimis apostolis et nunc sacerdotibus conuenire: qui per gentes vniuersas magnalia eius annunciare noscuntur. [Cantate ei et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius]. Exponit quod superius dixit: Confitemini domino. Cantare enim ad hymnos pertinet offerēdos: Psallite ad pias operas explicandas. Et tunc dixit narranda mirabilia: quando fuerint duo ista premissa. Omnia enim:

significat ista q̄ dicturus est. Non est enim humanarū virtū oīa narrare que virtus diuinitatis operat: sicut
Ps. 105. in. 105. psalmo dicturus est: Quis loquetur potentias domini: auditas faciet omnes laudes eius? Sed istud
SCHE schema dicitur a parte totū: quod in scripturis diuinis frequēter inuenies: nec aliter recte potest euāgelij dictum illud intelligi: Verbū caro factū est t habitauit
Joan. 1. in nobis: quasi nō t animā simul assumpserit: quā specialiter liberare dignatus est. [Laudamini in nomine sancto eius. Letetur cor querentiū dñm]. Me quis fortitan suis viribus applicaret cū boni aliqd operat: cautus doctor fragilis monet dicēs: nō in sensu ppio sed in dño esse gloriandū: vt iactantiam falsam refugiant:
Ps. 33. cū hec a diuinitate concessa esse cognoscant: sicut t in alio psalmo legitur: In dño laudabit anima mea. Nō ergo vetat vt laudemur: quia bonis actionib⁹ non potest res ista denegari: sed vt in dño laudemur qui prestat illa que bene gerimus. Et vt consolatione de talibus sumerent: adiecit: Letetur cor querentiū dñm: scilz inde letetur si predicat in dño: non aut̄ si de suo posse laudatur. Precipuū nobis t gloriosum siquidem esse debet: quādo nomen eius extollitur qui nobis bñficia
Luc. 11. futura largitur. Unde utiute imprudentie fuit aliquid quodā aduersus hoc dicere: cōtra quos non tam crebra testimonia: sed pene lex tota prolata est. [Querite dominū et cōfirmamini: querite faciem eius semper]. Hortatur vt se ad premia futura confirment: qui eum querere delegerunt. Sed istud desiderium: ista inquisitio non est hic aliquo tempore finienda: qm̄ addidit:
Joan. 5. Semper/ maxime cū legatur: Qui petit accipit: t qui querit inuenit: t pulsanti aperietur. Nam quod dicit: Querite faciē eius: psentiā significat: quā solus q̄rit humilis ac deuot⁹. Judicē enim desiderare nō potest nisi qui de ipsius pietate confidit: t cū presentiā eius cupit: a prava se actione suspendit. Quesiuit enim fa-
2. Tim. 4. ciē iudicis: quādo dixit apls: Bonū certamē certaui: cursum cōsummaui: fidem seruaui: de cetero reposita est michi corona iustitie: quā reddet michi dñs in illa die iustus iudex. Talis ergo iuste factem iudicis quesiuit: qui se coronandū esse dñi miseratione presensit. [Mementote mirabilium eius que fecit: prodigia eius et iudicia oris eius]. Uenit ad secundā partē: vbi patriarcharum nomina et beneficia refert: vt plebs deuota posset aduertere: nullū domino inanti deuotione seruisse. Mirabilia tract̄ pertinent ad diuisionem martyrum rubri. Prodigia ad plagas quas misit in egyptus. Judicia oris eius: qm̄ cuncta complexit/ que Moysi suo famulo p̄miisse dinoscitur. Sic in vno versiculo: que subter latius dicturus erat: p̄positionis loco breuiter ante prefatus est. Hoc tamē totū sentiri manuit
Lyp. de christo domino. Quod argumentū dicitur a persona. [Semen abraam serui eius: filij iacob electi eius]. Subaudiendum est quod superius dixit: mementote. Perscrutandū est aūt: q̄ in magna discretione pphete abrae semen seruos appellat: filios Jacob electos esse cōmemorans. Judei enim contumaces quos hic maluit intelligi: carnis abrae semen fuerunt. Quos
Joan. 8. merito seruos dicit: qm̄ perfidia faciente filii esse noluerunt: quibus ipse dominus dicit: Nos si filij abrae essetis opa abrae faceretis. Filios vero Jacob: significat fideliissimos christianos: qui heredes domini esse noscuntur. [Ipse dñs de⁹ noster: in vniuersa terra iudicia eius]. Monetur semen abrae et semen Jacob: vt saluatorem nostrū non vnius gentis deum: sed dominū credant esse terrarum. Nam sicut vbiq; dilatata est ecclesiastica per orbem propagata sunt eius fine dubitatione indicia. Dicendo enim: Ipse dominus/ commonet illū intelligi debere quem populi iudeorū crucifigendū esse decreuerūt. Sed qui hanc vocem non aduertūt: ipsi se spontaliter a patriarchis alienos esse profitentur. [Memor fuit in seculū testamēti sui: verbi quod mādauit in mille generatiōes]. Memor fuit/ cum promissa complenit. In seculum: in eternitatem: quia quicquid p̄mīsit perenni firmitate mansurū est. Testamenti sui: prophetarū significat predictiones: quas de verbi incarnatione prediderunt. Sequitur: Quod mandauit. Mandare est p̄ alīū aliquid dicere. Quod vtiq; factum est: quando prophetis datū est futura prophetare. In mille generationes: finīū pro infinito positū est: quod ramen seculi istius fine concluditur: vbi generatio humana sequēti sibi etate succedit. [Quod disposuit ad abraam: et iuramenti sui ad Isaac. Et statuit illud Jacob in preceptū: t israel in testamentum eternum]. Ad illud respondit quod superius dixit: Testamenti sui. Illa enim que in veteri testamēto abrae t Isaac patriarchis promissa sunt vel iurata: statuit ea iudex firmauit Jacob et israel in nouo scilicet testamento quod est eternū. Jacob enim et israel: christiana tempora plerūq; significare sepe iam dictum est. Nouit vero testamentū ppie dicitur eternum: quia nullum illi aliud aliquando succedit quo est omnū promissorum completa perfectio. [Dicens: tibi dabo terram chanaan: funiculum hereditatis vestre]. Chanaan/ interpretatur humilis. Ergo humilium terram conuenienter christianos accepturos esse significat. Hoc est quod superi⁹ dixit: Testamentum eternum. Hec enim terra humilitatis et inclinationis fide fidelibus accipitur: vt eterno munere teneatur. Funiculus aūt̄ hereditatis mundi huius significat tortuosas angustias: quas dominus pro salute cunctorum sua passione dissoluit. Jllius enim suscepto carnis nostra probatur hereditas: in qua eterna patrimonia vite celestis accipimus: si ea fide atq; integerrime credere mereamur. Nam ista comparatio ab eis tracta est quib⁹ agri ac possessiones tenso fune diuidebantur. [Cū essent numero breui: pauciissimi t incole† in ea. Et pertransierūt de gente in gentem: t de regno ad populū alterum]. Uenit ad tertiā partē: in qua cōsequēter enumerat quanta patriarchis viri? diuina prestiterit. Merito vide qd sequit. [Non † permisit hominem nocere eis: t corripuit pro eis reges. Nolite tangere christos meos: t in pphetis meis nolite malignari]. Hic cēpus illud significat: quādo rex egyptiorū diuinitus admonitus est: ne abrae nocere presumeret: quod simili modo de Jsaac p̄stat effectū. Quapropter euidēter ostenditur diuina protectio: vt eor⁹ salus non humanis viribus: sed superno munere prestaretur. Illud quoq; pscrutandū est: quid supra memoratos patriarchas christos appellare delegerit cum adhuc non fuisset vnctio celebrata. Al saul enim hec res presumpsit initium. Sed qm̄ erant in spiritu christiani: eiusq; fidei probantur esse deuoti: sicut de abraam dñs dicit: Cōcupiuit diem meū videre: vidit et gauisus est. Merito ergo appellati sunt sacro nomine: quo tam christi fides probatur amare. Nam et ipsa domini verba sunt posita dicētis: Nolite tangere christos meos: t in prophetis meis nolite malignari. [Et vocauit famē sup̄ terrā: t omne firmamentū panis contriuit]. Significat tēpora Pharaonis: qm̄ in egypto septem annis fames seua grassata est. Et quia fames

JATEB

Alt. eius

Alt. reliquit

Joan. 8.

Universidad de Sevilla Biblioteca

subst̃ialis non sit: sed sola est discessio coplarū: sicut nox appellatur solis absentia: vocata tamē dicit tanq̃ aliqua persona subsistens que potuisset audire. Sed scripturarū diuinarum mos est taliter loqui: vt est illud apostoli: Qui vocat ea que nō sunt tanq̃ que sunt. Sequitur: Et omne firmamentū panis cōtriuit: id est triticeū fructū perduxit ad nichilū: quod reuera hominū esse nōscitur firmamentū: sicut in superiore psalmo dixit: Et panis cor hominis cōfirmēt. [Misit ante eos virum: in seruum venundatus est Joseph]. Ante patriarchas quos superius memorauit: misit Joseph quem merito dixit virum: quia multa passus viriliter cuncta sustinuit. Considerandū est etiam: q̃ dicit eum dominū misisse: qui fratrū suorū iniquitate distractus est. Nouit enim deus bene vti malis alienis. Et sicut peccatores precepta eius execrabiliter cōuertunt: ita illo disponente facta pessimoꝝ ad euentus prosperos transferuntur. Nam venundatus Joseph ad seruitū: peruenit ad gloriam: et ipse postea fratrum misertus est: qui eum crudeliter perdere decreuerat. Sic enim omnia illi aduersa feliciter contigerunt: vt missio facta sit domini Joseph dolosa venditio: sicut et ipse suis fratribus dicit: Pro salute enim vestra misit me deus in egypto. Et iterum ipse dicit: Vos quidem cogitastis de me malū: sed deus vertit illud in bonum. Que vero pertulerit: consequēter exponit. Ordo autem verboꝝ talis est. Misit ante eos virum Joseph: qui in seruum venundatus est. Istud est enim: Qui/ subaudire debemus: vt nobis constet absoluta locutio. [Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum † pertrā siuit anima eius]. A preposito Pharaonis Phutiphar: Joseph quidē est redactus in carcerem: compedes autē acceptisse non legitur. Sed fieri potuit vt qui in ergastulo retrusus est: z ferreis nexibus ligaretur: maxime qui tanto crimine fuerat accusatus. Nec illud discrepat quod ibi narratū est: miseratione custodis/ carceribus fuisse prelatum. Fieri enim potuit: vt et ista precederent et illa sequerentur. Qua propter ipse scripturas diuinas ꝓbabiliter intelligit: qui singulis quibusq̃ locis crediderit inesse veritatem. Nam z in centesimotertio psalmo dictū est: Qui facit angelos suos spiritꝰ: q̃ vtiq̃ in genesi non legitur. Sed ipiritus sanctus aliqua in precedenti relatione pretermittit: vt subsequentia gratiū reperāt: cum cause veritate seruata aliquid nouitatis educūt. Refert ergo humiliatos pedes in compedibus: vt afflictionē corporis indicaret. Addidit: Ferrū pertransiuit anima eius: vt nec ipsa anima a penis ꝓbaretur excepta. Nam q̃uis condolendo corpori subiecta sit passioni: habet tamen z ꝓpias penas cū graui cogitatione torquetur. Pertransiuit anima ipsius ferrum: quando in has redigebatur angustias: ne inter mala que iniuste passus est/ prevaleret in eum z crimina falsitatis. Ferrum autē hic indicat tribulationē dure necessitatis: que in estuanti anima pervagatur dū de futuris sollicita iam mala patitur que timere nō desinit. Talis illa in euāgelio locutio est: vbi symeon dicit ad mariam. Et tuam ipsius animā pertransibit gladius: significans habituram matrem gloriosam tristiciam dominice passionis. Quod genus locutionis inter ꝓpria scripture diuine credimus annotandū. [Donec ventret verbum eius. Eloquium domini inflammauit eum]. Superioꝝ sententie hic versus adiunctus est. Dicit enim tādiu cogitationē Joseph fuisse grauissimam: donec tempus veniret vbi verbum eius a rege Pharaone pro interpretādo somnio quereretur. Tūc enim z gloriam reperit: z claustra carceris letus euasit. Sed quod dixit: Verbum eius: loquentis indicat propriā vocem. Ceterū ipsius non fuit quod et diuina inspiratione collatū est. Deniq̃ sic sequitur: Eloquium dñi inflāmauit eum. Inflāmauit/ vtiq̃ ad loquendū viuaciter incitauit: vt coram principe futura diceret cuꝰ fiducia veritatis. Intus enim celestis flāme lumen accepit: vt preuideret talia que regni illius sapientes doctoresq̃ superarent. [Misit rex z soluit eū: princeps populoꝝ et demisit eum]. Misit: significat ministros: qui regijs tussionibus obsecūdant. Regem Pharaonē dicit: in cuius regno fuerat carceri mancipatus. Soluit/ scilicet a reatu quo tenebatur astrict⁹. Sequitur: Princeps populoꝝ: z demisit eū. Ipse est princeps Pharao quē superius regē dixit: sed ꝓpter gratiā locutionis verba variauit. Demisit eum: id est claustra carceris fecit exire: vt qui terrarū dñm a cogitationū angustijs liberauerat: ipse iam nullatenus ergastula pateretur. Sed ne sola illi concessa videret esse demissio: dicit etiā quo honore ditatus est. [†Et constituit eum dñm domus sue: et principem omnis possessionis sue. Ut eruditet principes † suos sicut semetipsum: et † seniores suos prudentia doceret]. In his duobus versibus/ quā potestatē dederit Pharao Joseph euidenter exponit. Constituit eum dñm domus sue: z principē omnis possessionis sue: quādo cū currū fecit ascendere: z preconis voce celeberrima nū ciari hunc secundū dñm esse post regē. Que potestas a prefectis hodie retinetur: qui z vice sacra iudicant: et cunctarū prouinciarū potestatem maximā habere nōscuntur. Sed in his rebus ditionem dedit illi: quā sibi. In subsequenti aūt versu: supra ipsum cognoscit esse qō tribuit. Dicit enim: Ut eruditet principes eius sicut semetipsum. Hoc fm Gentilem intellectū Pharaonis debemus accipere: qui credebat primarios populi sui in hanc sapientiā peruenire potuisse: vt z ipsi somniorū interpretes esse mererentur: et ad tanta doctrinam scientia eorum potuisset adduci: vt consulte de re dubia certa loquerentur. Nam si eos sancto viro in discipulatum fidei tradidisset: vnde illum domino placuisse manifestum est: fuisset vtiq̃ illis synagoge ordo nouiter instituꝰ. Sed cum talia non legantur: minime religiones desiderasse: sed tantū diuinationis eius gloriam quesisse credendus est: more gentilium qui ad futura cupidi: vnde proueniat ipsa reuelatio/ non appetunt intueri. [Et † introiuit israel in egyptū: et iacob † habitauit in terra † chanaan]. Quidnē rerū cōpetenter exequitur: quia post illa que dicta sunt: iubente Pharaone cognatio Joseph ad terras egypti eodez ordinante deducta est: quod genesis suauis textus explanat. Sed israel qui dictus est/ ipse est et iacob. Verū ne eadem verba repeteret: diuersitatem nominum reuelationis sue dicta variauit. Nam israel egressus ex egypto habitauit in terra chanaan. Chanaan vero fuit filius cham nepos Noe: ex quo egyptij trahere leguntur originem. [Et auxit populum suum † nimis: et † cōfirmauit eū sup inimicos eius]. Auxit populum suum fecunditate nascendi: quando ibi rarissima fuit mulier que non habuit partum. Confirmauit autem eum super inimicos suos: quādo illis crescentibus: egyptioꝝ turba notissimis plagis vehementer affecta est. Hic enim per quandā ꝓpositionē dicuntur in summa que gesta sunt. Ceterum quemadmodum singillatim facta sunt: consequenter exponit.

Psa.104. Gen.45. Ibidē.50. Luc.2. JDJ Psa.104. Al.nō hz. Al.non hz. Al.eius Al. senes eius Al.pertransiit animā JDJ. Al.suorū. Al.cham. ETY. Al.non hz. Al. nō exacerbauit. Al.suos. Al.israult Al.accola fuit Al.cham Al.vehementer Al.firmauit Al.Et edidit terra eorum ranas et in penetralibus.

Conuertit cor eorū vt odirēt populum eius: z dolum facerēt in seruos eius]. Venit ad quartam partē vbi egyptios memorat hebreis inuidiam habuisse seuissimā: atq̃ eos operibus subiecisse durissimis. Prestando eis felicia populo israelitico/ cōuertit dñs ad odiū et dolos cor egyptiorū: non quia ipse malit auctor est/ sed prestando aliis beneficia/ mentes excitauit obliquas. Necesse est enim vt scelerati hoies alienis prosperis intumescant/ qui se norunt mereri nō posse similia: sicut in sacrificijs Cain et Abel factum est: quādo vnius sacrificiū respuit/ alterius libenter accepit. Sequitur: Et dolum facerent in seruos eius. Consequēs erat: vt post conceptū odiū seuiens populus ad dolosas machinas perueniret. Illud eis significat: quando eis lateres facere preceperūt/ z p labore geminando negare sunt palee: z cetera que in illo seuissimo dominatu plebs hebreorum dño deuota sustinuit. [Misit moysen seruū suū: z † Aaron quem elegit ipsum]. Istos ad Pharaonē quasi quosdam testes cōstat ad dño destinatos: vt populum sibi placitum abire permisisset illesum. O inestimabilis pietas omnipotētis ab homine fragili petebat fieri: cui⁹ ordinatiōi a nulla creatura poterat obuiari: vt reuera nos infirmos doceat qua moderatiōe viuere debeamus: quādo voluntates suas creator sanctus sub tāta clemētia peregisse cognoscitur. Intendamus quoq̃ z istud genus locutiōis scripture diuine esse proprium. Sufficerat eis dici Que elegit: sed addidit Ipsum: vt hoc quoq̃ euidentius explanaret. Que forma locutionis in scripturis diuinis creberrime reperitur: sicut est et illud In quo habitauit in ipo. [Posuit in eis verba signorum suorū: z † prodigiorū in terra † Chanaan]. Posuit/ significat collocauit in eis: Moyse scilicet/ z Aaron verba signorū et ꝓdigiorum: que ab eis predicabāt dñs esse facturus. Signa/ sunt quasi vestigia aliqua futurarū/ siue preteritarū rerum. Prodigia vero pertinent ad mirabiles euentus: qui in rerum ordine antea non fuerunt. Prodigium enim dictum est ab eo q̃ porro dicat. Sed hec signa et ꝓdigia in egyptijs facta sunt: vt sicut multorū patrū dicit auctoritas aliquid portenderent christiano populo subsequēte: q̃ suis locis aptissime cōmonemus. [Misit tenebras/ et obscurauit † eos: † q: exacerbauerūt sermōes † eius]. Leguntur tenebras inter plagas reliquas pertulisse: sed melius intelligamus corda eorū fuisse potius obscurata: qui dñi precepta temnebant. Exacerbauerūt autē/ significat acerbe acceperūt: aut certe iniuriosis abominationibus respuerunt. Nam in plagarū ipsarum enumeratiōe competēs fecit initium. Non enim ad reliqua venire potuissent/ nisi obscuratis sensibus incurrissent ꝓfundissimā cecitatem: quod et hodie sic fieri peccantiū vsus ostendit. [Conuertit aquas eorū in sanguinem: z occidit pisces eorū]. Dicit secundam plagā: que in hystoria Exodi prima legitur. Sed ipse plage future cladis indicia nūciabant. Conuertit eīm aquas eorū in sanguinem: qñ erant inter maris rubri fluenta perituri. Pisces eorū occisi sunt: ne spes viue di hominibus relicta videret: quando illud est inter latices mortuū: quod natiuo elemēto ꝓbabatur enutritum. [† Misit in terram eorū ranas: z in cubilibus regum ipsoꝝ]. Hec terra est. Ranarum eis societatem dedit: quia et ipsi locum accepturi ꝓbabantur aquatilem: a quo signo nec reges eorū: id est priores excepti sunt: quando erāt altissimi abyssi demersione morituri. Sed hoc inter cetera plꝰ videtur esse mirabile: vt nec regum domus ab hac plaga cernerētur excepte: quibus multorū ministeria talia poterant submouere portenta: vt euidēter deꝰ intelligi nullis opibus/ nullisq̃ solatijs diuinis posse tussionibus obuiari. [Dixit z venit cynomia/ z scynifes in omnibus finibus eorum]. Quarta plaga subsequit: Dixit z venit. In magnā significātiam duo ista cōiuncta sunt: quia diuinitatis imperū nullū potest sustinere tarditatis obstaculum. Nam si euidenter intēdas vel ipsa verba que sibi vidētur esse sociata: tamen per syllabas suas aliqua mora ꝓtrahunt. Iussio autem dñi non dilatat tempus: quādo iam ipsa voluntas effectus est. Cynomia/ significat muscam caninam: que ceteris muscis omnino mordacior est/ z importunitate sua violētior: vnde infesti ac seuissimi animalis deriuatū nomē accepit. Scynifes/ gen⁹ est culicū fixis aculeis permolestum: quas vulgus cōsueuit vocare zinzalas. Agnoscant homines q̃ fatuis elationibus intumescunt: qñ Pharao ille seuus z durus nec muscis par esse poterat: qui se de tanta regni elatione iactabat. In omnibus autē finibus eorū dicit: ne quis egyptijs locus a pernitiosa clade sentirēt exceptus. [Posuit pluuias eorū † in grādinem: ignem cōburentem in terrā ipsorum. Et percussit vineas eorū/ z ficulneas eorū: z contriuit † omne lignū finium eoꝝ]. Ultio quinta narratur. Similis est superiori sententie et ista locutio: vbi ait Posuit in eis verba signorū suorū. Posuit/ statuit significat ac decreuit. Egyptioꝝ enim adhuc plagarum enumeratio perseuerat: vt pluuia que ad fecūditatem terris datur/ cōuerteret in grandinis noxiā vastitatem: cuius ictus non minus intercipit q̃ vbi lapidum copia densa cecidit. Hec agrorū/ quorū ꝓbatur incēdiū/ cū tactu noxio fructus arefacit: quoscunq̃ saxatili vnda ꝓcusserit. Ignem vero cōburentem/ fulmina significat: que solet excitata tempestate deseuire. Sequitur: Et percussit vineas eorū/ z ficulneas eorū: z contriuit omne lignū finium eorū. Quod dicit Percussit/ ad superiora respicit: siue grādinem/ siue fulmina: que celestis potentia terris velut tela infesta iaculatur. Et ne tñ ficulneas putares: aut vineas esse percussas: addidit Omne lignū finium eorum: vt z fata nō dubitares euersa: vbi arborum quoq̃ robora cognosceres fuisse contrita. Maiora enim cōprehendit intellectum minorū. [Dixit z venit locusta: z bruchus cuius nō erat numerus. Et comedit omne fenū † terre eorū: z † omnē fructum terre † ipsorum. Sexta inchoat plaga. Sed et hec locutio superioꝝ sententie similis approbat: id est Dixit z venit cynomia z scynifes. Locusta vero mater bruchi est: quē mala fecūditate ꝓgenerat: qui ad illam predam quasi cōuocatus exercitus/ cū sua ꝓle descendit. Et ne crederes inaniter deductū: omnē fructum terre illius ab eis dicit esse consumptū. [Et percussit omne primogenitū in terra † egypti: primitias omnis laboris eorū]. Venit ad septimā: quātum ad hunc psalmū pertinet nouissimā plagam: vbi iam victi egyptioꝝ populorum malorū numerositate cesserūt. Nam quemadmodū amplius tolerare poterant/ qui z omnia dulcia perdiderant: z desolatos seipsis quoq̃ victualibus sentiebant? Sic grauiter per partes perit: qui diuinis iussionibus reluctandum esse putauerit. Hic nōnulla questio videtur oboriri: cur septem egyptioꝝ plagas tñ psalmus iste cōmemoret: cum decem sint in Exodi narratione descripte? Frequenter diximus in scripturis diuinis a parte totū debere sentiri: sicut in euangelio legitur

JDJ. Al.non hz. Al.in terra. Al.comedit Al.eorum. Al.eorum.

Uerbum caro factū est: ⁊ habitauit in nobis: quasi nō ⁊ aiam simul assumpserit: quā specialiter liberare dignatus est. Sic cōmemorata carne: simul ⁊ anima suscipi debere cognoscitur. Quod multis locis inuenis esse predicatū. Deinde q̄ septenarius numerus spiritus sancti virtute ꝓbatur esse perfectus. Merito ergo decem plagas in septenarij numeri relatione cōclusit vt totum perfectū intelligeres: cuius partē dictā esse sentires. Deinde cōgruum fuit vt rem notā varia relatione describeret: cū egyptiorum penas/⁊ totidem hebreoꝝ beneficia predicaret. Sic non diuersum: sed causa varietatis videt esse pulcherrimū. Siue (vt patri Augustino placet) est laudatio a lege narrantis. Nā qui texit hystoriam/necessarie habet omnia cōmemorare plenissime: q̄ vero laudat/pauca de plurimis tetigisse sufficiet. Breuiter ergo priora dicit: q̄ non hic nescientes docet/sed cōmemorat vtiq̄ retinentes. Et q̄n est in subsequēti diuisione dicturus septem beneficia dñm hebreo populo prestitisse/premisit septē plagas inimicos egyptios accepisse: vt numerus ipse (sicut arbitrari possum) bonarū et malarū rerum in hoc psalmo cōprobabilis haberetur. [Et eduxit eos † in
Al. cum. argento ⁊ auro: ⁊ nō erat in tribubus eorū infirmus]. Enumeratis plagis q̄s dedit egyptijs/ venit ad quintam partem: in qua totidē beneficia hebreis dicit esse collata. Ait en̄. Et eduxit eos in argento ⁊ auro. Primū itaq̄ beneficiū fuit: vt populus lōga seruitute cōfectus: non egenus/inanisq̄ discederet. Aurū ⁊ argētum israeliticum populum ab egyptijs precepto dñi discedentem legimus accepisse: vt non repētina surreptio/ sed longe operationis merces esse videatur. Et q̄ dubitari non potest omnia dñm iusta precipere/sine culpa videtur factum: quod eius imperio cōstat impletū. Quapropter sequitur secundū beneficiū: vt in illa necessitate migrationis nullus infirmitate corpore potuisset affligi: quatenus omnia nauiter implerent que illis preciperentur a dño. [Letata est egy-
Al. incubuit ptus in pfectione eoꝝ: q̄ † cecidit timor eorum super eos]. Diligēter hūc versum debemus inquirere. Constat en̄ discedente populo hebreoꝝ egyptū nō fuisse letatam: quando eū persequendū esse iudicauit. Sed postq̄ illi demersi sunt q̄ ad insequendos hebreos ire decreuerāt: tunc qui in egypto remanserant omnino letati sunt: q̄ similia minime pertulerunt. Reddit enim hanc causam cū dicit: q̄ cecidit timor eoꝝ super eos. Ipse enim timor fuit vt in fauore gētis hebraice: ipsa quodāmodo viderentur elementa pugnasse. Et intē-
Scire. de: q̄ per figuram Metonymiā que latine transnominatio dicitur: egyptū/non egyptios memorat fuisse letatos. Per id enim quod cōtinetur: id quod continetur ostēsum est. [Expandit nubem in ptectionem eorum: et ignem vt luceret eis per noctem]. Utrunq̄ munus cōtra temporis inclementiam ꝓbatur esse cōcessum. Nubes data est: vt solis tēperaret ardorē. Ignis concessa est: vt tenebrarū potuisset auferre caliginē. Hoc est tertiū: q̄s israelitico populo constat esse cōcessum.
Al. non hz. [Petierunt † carnes/⁊ venit coturnix: ⁊ pane celi saturauit eos]. Intuere quēadmodū superata sunt vota desiderantium. Carnes petit populus hebreorum et coturnices accepit. Constat enim in volatilibus q̄s in quadrupedibus carnes esse sine dubio dulciores. Deinde vnum postulauit: ⁊ geminata venerunt. Se-
Dog. quitur enim Et pane celi saturauit eos. Sunt en̄ ista Exodi lectiōe notissima: quando coturnices in modū imbris densissimi defluebāt. Māna quoq̄: vt iudeus populus satiaretur accepit. Sed vt hec in prefiguratione facta monstraret: non dixit manna/sed pane celi: quatenus in illo munere dñi Saluatoris sentiretur aduentus. Ipse est enim panis viuus qui de celo descēdit. Manna quippe dicitur: sicut in septuagesimo-septimo psalmo declaratum est: quid est hoc? Cuius nominis auferens questionem: quod interrogatio illa manne perquirebat/expressit dicendo Pane celi saturauit eos. Sic enim ⁊ celi dñs indicatur: ⁊ quid sit mā na euidenter ostēditur. [Dirupit petram/⁊ fluxerunt aque: abierunt in sicco flumina]. Hoc quoq̄ in figuram gerebatur dñi christi: vt petra aquas profudisset irriguas. Christus enim dñs petra spiritualis est: qui vitales aquas emanat: vnde satiatum desiderij animē sitim nesciat vlterius sustinere. Abierunt in sicco/ significat gentiū peccatores. Qui merito sicci dicuntur: quoniā delictis siccabātur vrentibus. Isti imbre dñi virescentes/in nouum hominē pullularūt: de quibus dñs dicit. Uenit enim filius hominis querere/ et Luc.19.
saluū facere quod perierat. [† Quia memor fuit ver- Al.qm.
bi sancti sui: quod † locutus est ad Abraam puerum Al.habuit
suum. Et eduxit populum suum in exultatione: et electos suos in letitia]. In his duobus versibus miraculorum que superius dixit causa narratur. Ideo enim dicūtur facta: quoniā Abrae constabant esse ꝓmissa. Et respice q̄ dixit Electos suos eduxit in letitia: quoniam illi qui murmurauerūt/ dñi furore percussi sunt.
[Et dedit † eis regiones gentiū: ⁊ labores populorū Al.illis.
possederunt. Ut custodiant iustificationes eius: et legem eius requirant]. Uenit ad septimū beneficium. Dixit enim Primū: eductos in auro ⁊ argento. Deinde ex eis nullum infirmatū. Tertio expā sam nubem: que ⁊ lumen prestaret in tenebris/⁊ in die remoueret solis ardorem. Quarto coturnicem dārā. Quinto refert celesti pane satiatos. Sexto in locis aridissimis aquas irriguas emanasse. Ad postremū promissionū veritatem fuisse cōpletam: vt eis ⁊ regiones gentium traderet/et labores inimicorum pietate copiosissima largiretur. Q̄ enim dixit Regiones gētium/ad possessionē videtur pertinere terrarū. Labores vero populorū ad diuitias longo tempore cōgregatas. Et ne in presentibus rebus hererent corda mortalū/intulit spiritualia bona: vt eius debeant ⁊ requirere/⁊ custodire mandata: ne tm̄ in illis spem haberent: que si ad tempus deliuunt/ non tamen ad celorū regna perducūt: sicut apostolus dicit. Q̄ si in hac vita tm̄ in chri- 1.Cor.15.
sto sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Justificationes autem eius sunt: vt deum toto corde diligamus/ proximos tanq̄ nos amemus patrem veneremur/filium charū habeamus: ⁊ cetere iustitie que in diuerso rerum genere sunt precepte. Has admonet custodiri: quia earū rerum euidēs est/ ⁊ absoluta preceptio. Lex vero eius fuit die sabbato debere requiesci: in pascha agnū anniculum immolari: sacerdotes cum veste mystica ad altare accedere: ⁊ cetera que in hunc modum a dño precepta noscuntur. Sed hec ⁊ his similia non corporaliter/sed spiritualiter sunt querēda. Ideo enim addidit Requirāt: quia nouit precepta legis vmbrā et speculum esse futurorum.

Alleluia.

Noc non ociose percipias: quod aliis psalmis alleluia in capite/ et in fine ponitur. Aliis vero in solo titulo prenotatur. Isti enim qui in capite/ fineq̄ concordant (vt opinor) ad illam intelligentiam referendi

sunt: quā in psalmis esse diximus: qui capite ⁊ fine simili terminantur: vt sunt precedentes: centesimusseccūdus/⁊ centesimustertius. Siue quia expressius semper infunditur/quod sententia iterata geminatur: vt est Nō sic impij/nō sic. Et Fiat/fiat. Uel Amen amen dico vobis. Et Abba pater. Hoc est enim abba/quod pater. Sit forte ⁊ alia causa que latet. De hac autem re nec a doctoribus nostris aliud potuimus accipere nec nobis est aliquid amplius sentire concessum.

Conclusio.

¶ Ecce vtrūq̄ Alleluia cantatū est: decursus est psalmi celesti laude plenissimus: qui ⁊ ꝑterita veraciter referret/⁊ in futuris nos salubriter cōmoneret. Passi sunt egyptij dignissimas vltiones: acceperunt iudei dona celestia. Hūc vnusquisq̄ nostrum expectet eorū retributionem: quorum imitatur exemplū. Inspiciēdū est autem lumine cordis quod in fine psalmi positū est: vt ad iustificationes dñi/ ⁊ in lege eius tota mentis intentione dirigamur. Nam ⁊ si bona tēporalia suscipimus: sicut Abraam/ Isaac/ Jacob/ ceteriq̄ fideles qui abundanti facultate floruerunt/in illam partem esse potius debemus intenti: vnde ad celorū possimus regna perduci. Ista enim que delectabilem videri faciūt mundum: in eternitate non habēt locum. Meminisse autem debemus hunc psalmū secundum esse horum: qui dum miracula hebreis collata describitur: per figuram allegoricā que aliud dicit/aliud significat/ ventura christiani populi sacramenta declarant.

¶ Explicit expositio in psalmum. 104.

Alleluia. Cv.

Confitemini dño quoniam bonus: quoniā in seculum misericordia ei9. Quis loquetur potēcias dñi: auditas faciet omnes laudes eius? Beati qui custodiūt iudicium: ⁊ faciunt iustitiā in omni tempore. Memēto nostri dñe in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo. Ad videndū in bonitate electorum tuorū: ad letandum in letitia gentis tue: vt lauderis cū hereditate tua. Peccauimus cū patribus nostris: iniuste egimus/ iniquitatē fecimus. Patres nostri in egypto nō intellexerūt mirabilia tua: nō fuerūt memores multitudinis misericordie tue. Et irritauerūt ascēdētes in mare: mare rubrū. Et saluauit eos ꝓpter nomen suū: vt notā faceret potentiam suā. Et increpuit mare rubrū ⁊ exsiccatū est: ⁊ deduxit eos in abyssis sicut in deserto. Et saluauit eos de manu odiētiū: et redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua tribulātes eos: vnus ex eis non remansit. Et crediderunt verbis eius: et laudauerunt laudem eius. Cito fecerunt/ oblīti sunt operū eius: ⁊ non sustinuerunt consiliū eius. Et concupierunt cōcupiscentiam in deserto: ⁊ tentauerunt deū in inaquoso. Et dedit eis petitionem ipsorū: et misit saturitatē in animas eoꝝ. Et irritauerunt moysen in castris: aaron sanctū dñi. Aperta est terra/⁊ deglutiuit dathan: ⁊ operuit super congregationē abiron. Et exarsit ignis in synagoga eorum flamma cōbussit peccatores. Et fecerunt vitulum in oreb: ⁊ adorauerūt sculptile. Et mutauerunt gloriam suā in similitudinem vituli comedentis fenum. Obliti sunt deū qui saluauit eos: qui fecit magnalia in egypto/ mirabilia in terra cham/terribilia i mari rubro. Et dixit vt disperderet eos: si nō moyses electus eius steriisset in confractiōe in cōspectu eius. Ut auerteret iram eius ne disperderet eos: ⁊ ꝓ nichilo habuerunt terram desiderabilem. Non crediderunt verbo eius: ⁊ murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem dñi. Et eleuauit manū suam super eos: vt prosterneret eos in deserto. Et vt dejceret semē eorū in nationibus: ⁊ dispergeret eos in regionibus. Et initiati sunt beelphegor: et comederunt sacrificia mortuorū. Et irritauerunt eū in adinuentionibus suis: ⁊ multiplicata est in eis ruina. Et stetit phinees et placauit: ⁊ cessauit quassatio. Et reputatū est ei ad iustitiā: in generatione ⁊ generationem vsq̄ in sempiternū. Et irritauerunt eum ad aquas cōtradictionis: et vexatus est moyses ꝓpter eos: quia exacerbauerunt spiritum eius. Et distinxit in labys suis non disperdiderunt gentes quas dixit dñs deus illis. Et cōmixti sunt inter gentes: ⁊ didicerunt opera eoꝝ/⁊ seruierūt sculptilibus eorū: ⁊ factum est illis in scandalū. Et immolauerunt filios suos/et filias suas demonijs. Et effuderūt sanguinem innocētem/ sanguinem filiorum suorū/⁊ filiarum suarum: quas sacrificauerunt sculptilibus chanaan. Et interfecta est terra in sanguinibus/⁊ contaminata est in operibus eorū: ⁊ fornicati sunt in adinuentionibus suis. Et iratus est furore dñs in populum suū: ⁊ abominatus est hereditatē suam. Et tradidit eos in manus gentium: ⁊ dominati sunt eorū qui oderunt eos. Et tribulauerūt eos inimici eorum/⁊ humiliati sunt sub manib9 eorū: sepe liberauit eos Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: et humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et vidit cum tribularentur: et audiuit orationem eorū. Et memor fuit testamēti sui: et penituit eum ſm multitudinez misericordie sue. Et dedit eos in misericordias: in conspectu omniū qui ceperāt eos. Saluos fac nos

dñe deus noster: et cōgrega nos de nationibus. Et confiteamur nomini sancto tuo: et gloriemur in laude tua. Benedictus dominus deus israel a seculo/et vsq; in seculum: et dicet omnis populus fiat/fiat.

Ece iterum alleluiatica nobis gaudia redierūt. Ecce breuiter precipit: vt dño totius psalm iubilatiōe cantetur. Sed inspiciamus q; a superioribus dictis nec titulum nobis cognoscit mutasse/nec causam. Titulus est enī Alleluia: causa/cōfessio: que miro modo ad laudes dñi omnino fecunda est. Quantorū enim hic ora soluta sunt? Hinc Moyses cum viris/germana eius maria cū feminis: trāsitum rubri maris diuina laude celebrarunt. Hinc Debora tocūda exultatione precinuit. Multi eriā pphete canticos diuersos tanti miraculi cōfessione ptexerunt. Non immerito: q; magnalia ista totius humane redemptiōis sacramenta testantur. Ab egyptijs enī eripimur: quando ab operibus diabolicis diuino munere liberāmur. Mare rubrum transimus: quādo baptismatis sacramenta percipimus. In deserto pascimur: quando diuina gratia cōcedente in mundi istius rerū bonarū largitate satiamur. Ad terram promissionis perducimur: quādo in illa felici patria munere superne pietatis intram⁹: vt merito talis causa frequenter iterata predicetur: que tantorū magnalium prefiguratione decoratur. Diuisio.

Introducit confitens populus hebreorū: qui relicta perfidia patrū suorū ad pietatem dñi (ipso miserante) perductus est: vt intelligamus cū fuerint conuersi; z ipsos Alleluia merito p̄ sua redemptione cantare. In prima igit narratione deprecat: vt societur populo beneplacito: qui erat dñi saluatoris aduentus de gētibus cōgregandus. Secūda: patrū suorū peccata dinumerat que fecerunt in egypto/ mirabilia dñi recto corde minime cōtuentes: pium tamen dñm ab inimicis suis eos liberasse confirmans. Tertia: ad peccandi studia refert eos reuersos: dñm tamen electi sui Moysi precibus dicit fuisse delinitū. Quarta: iniquitates eorum asserit iteratas/ dñmq; illos decreuisse perderemisi Phinees serui sui supplicatiōe placaretur. Quinta: ad aquam cōtradictionis Moysen ab illis exacerbatū esse cōmemorat: posteaq; filios suos in cultura idolorū crudeliter occidisse. Unde dño vehemēter iratus/tradidit eos gentiū seruituti: ac deinde misertus in conspectu inimicorū eos reddidit gloriosos. Sexta: precat quod nouerat esse venturū: vt de vniuersis nationibus ecclesia catholica congregef: z laudes dño eterna exultatione concelebret. Nunc partes psalmi per apertas diuisionum semitas ambulemus. Expositio.

Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in seculum misericordia ei⁹]. Sicut superior psalmus in prio versu declarauit: q: confessio illa ad laudes dñi debuisset aptari: ita et hic designat cōfessionem istam ad medicinā penitudinis applicandam. Sed z hoc quoq; ad preconia dñi pertinere non dubium est: quādo maior gloria est pietatis cōfitēti parcere/q̄ viuenti sine offensiōe prestare. Hebreorū siquidem cōpūcta cōgregatio z diuina inspiratiōe correcta/ loquit ad reliquam plebem: vt antiqui erroris prauitate damnata/ ad diuinā debeat redire clemētiam. Et ne aliquis de culparū suarum numerositatibus terreretur: addidit Qm̄ bonus Quis enīz dubitet ad eum recurrere: quem sibi audit posse celerrime subuenire? Bonus enim dñs recte dicitur: qui delinquentē pascit/qui expectat errantē/qui solem suū facit oriri super bonos z malos: et pluit super iustos z impios. Hoc etiam ipsius veritatis voce declaratur: Nemo bonus nisi solus deus. Addidit Quonīā in seculum misericordia eius. Audito bono dño: ne se humana negligentia ab studiosa et sedula supplicatione suspēderet/remedij causam dicit: vt ad confessionē celerem dñi debeat munere festinare. In seculum/vite huius significat cursum: vbi miseri sunt quicunq; delinquūt: vbi fas est corda nostra conuerti z misericordiā postulari. Ibi enim damnatio est confiteri peccatum: vbi iam cōstat esse iudicū. [Quis loquet potentias dñi/ auditas faciet oēs laudes eius]. Populus iste quem dicimus diuinorū operū estimatione completus/negat humanū sensum comprehendere: quod de illa plenissime debeat maiestate narrare. Quis enim/significat nullum. Cui enim aut ingenium suppetit ad cogitādum/ aut lingua ad deprimendum: vt tāta immēsitas vnius possit ore narrari? Ubi merito dicendū est Non michi: si lingue centum sint/ ora q; centum: ferrea vox. Addidit etiam Auditas faciet omnes laudes eius. Et hic quoq; subaudiēdum est quis: vt p̄fecta nobis possit cōstare sententia. Pulchra autez varietate dictum est: Quis auditas faciet omnes laudes eius? Illa enī possunt audiri: que probātur z dici. Hic quoq; modus inter ppias locutiones habendus est. [Beati qui custodiunt iudicium: et faciunt iustitiam in omni tēpore]. Posscq; negauit laudes dñi posse comprehendi/ sentētiam dicit qua se cōsoletur genus humanum: vt cum illa nequit implere/ hoc saltem custodire festinet. Custodire enim iudicii est/qui inter alios recte iudicat. Justitiam autē facit: qui equabiliter agit. Siue ille beatos dicit: qui iudicium in fide custodiunt. Justitiam vero in opere demonstrant. Sed vide: qm̄ addidit In omni tempore: sicut in euangelio dicit: Qui perseuerauerit vsq; in finem: hic saluus erit. Merito ergo isti tales beati dicti sunt: q̄ precepta dñi pura mente custodiunt. Hec tertia species definitiōis est: q̄ grece peotes/latine qualitatiua dicitur. Que dicēdo quid quale sit: id quid sit ostendit. [Memento nostri dñe in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo]. Quant deuoti: vt inter eos debeant estimari qui dño fideli opere placuerunt. Nouimus enim israeliticū populum partim contumacē fuisse: partim in dñi constitisse mandatis. Unde isti suppliciter precātur vt in illorum societate debeāt annumerari: quib⁹ potest eterna beatitudo gratia diuinitatis attribui. Et vt fides eorum perfectissima noscceretur/optant se visitari a dño saluatore: cuius aduētu se nouerant esse saluandos. Ipse est enim salutaris: de quo beatus Symeon ait Nunc dimittis seruum tuum dñe: sm̄ verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuū. Quod parasti ante faciem omnīū populorum. Lumen ad revelationē gentium: z gloriam plebis tue israel. [Ad videndū in bonitate electorū tuorum: ad letandum in letitia gentis tue: vt laueris cū hereditate tua]. Hoc est q̄ se petebant a salutari dño visitari: vt bonitatē eius viderent/quā electis erat aduētus sui munere p̄staturus:

quatenus cū christiano populo gauderēt/qui de eius erant incarnatione letaturi. Ipsa est enim gens dñi: que de gentium est diuersitate collecta: vt esset grex vnus/et pastor vnus. Sequitur harū rerum suauissimus fructus: vt laudet dñs cū hereditate sua. Utrūq; enim coniunctiū est: q; in preconio dñi sui fidelis populus sine dubitatione laudat: sicut in superiore psalmo dictū est Laudamini in noie sancto ei⁹. Quapropter fidelis iste populus tāto desiderio ad cōspectū dñi festinabat/tanta se christiane plebi charitate miscebat: vt nefas sit putare eū spiritu nō fuisse conspectū/ que tanta gratia cognoscimus expetitū: sicut ipse in euangelio dicit. Abraam desiderauit videre diem meū: vidit/et gauisus est. [Peccauimus cū patribus nostris: iniuste egimus: iniquitatem fecimus]. Uenit ad secundam narrationē/ vbi predict⁹ populus humili satisfactione ptestatur: vt illa in principio psalmi declarata videatur esse cōfessio. Dicit enim peccasse se cum patribus: quoniā in eorū erant lumbis/z origine cōstituti. Nam cū fuerit tēpus longe diuisum/quādo in egypto patres eor miracula facta carnaliter acceperūt: cum nulla dño satisfactione respōderint/ et etas ista multū posterior esset q̄ presentis psalmi series canta retur: dubiū nō est illa eos peccata gemere/que ex parentū suorū ꝓbabantur nequitia sustinere. Hoc here sis pelagiana nō accipit: dum putat originale peccatum ad ꝓlem Ade nullatenus quenire potuisse. Cuz maioribus enim suis peccant: qui se per gratiam dñi ab eorū delicto non separant. Quod pater Augustinus diligentissima libro⁹ disputatione cōuicit. Nunc aūt quando dño aspirante mens compūcta resipuit/ merito a se peccata parentū volebat abstergi: qui ab ipsorū ceperat obligatiōibus segregari. Et vt purissime cōfessionis firmitas appareret: hec eadē trina iteratione cōfirmat. Hoc est enim peccauimus/q̄ iniuste egimus: hoc est iniuste egimus/q̄ iniquitatem fecimus. Tāto enim vnusquisq; celerius absoluit: quāto a semetipso viuacitate damnat. Que figura dicitur Schesionomaton: id est multitudo nominū coniunctorū diuersis verbis vnam rem significātium. Est z alia nobis in hoc loco tradita expositio: q; cū maioribus suis peccat/qui delicta similia non declinat: sed eadem facit que priores suos fecisse cognoscit: ita tamē vt a posteris reatus originalis peccati: nisi p gratiam dñi non possit excludi. [Patres nostri in egypto non intellexerūt mirabilia tua: † z non fuerunt memores multitudinis misericordie tue. Et irritauerūt ascendentes in † rubrū mare]. Duo sunt que beneficia donata cōmendant: intellectus/z memoria: quod vtrūq; in perfidis fuisse denegat. Non intellexerūt: pulcherrima locutione signatū est. Uidebat enīz prestari: sed qua causa fieret nō ab eis ꝓbabatur agnosci. Nā decem plagis pcussi sunt egyptij: vt decalogo futuro hebreorū gens deuota seruiret. Dimissi sunt a Pharaone: vt z illi relinquerēt diabolum cum ministris. Sed illi carnaliter que gesta sunt intuētes: spiritualis gratie minime premia quesiuerūt. Non fuerunt autē memores misericordie dñi: quando videntes Pharaōis exercitus anteq; mare rubrum diuideret: credebāt se euadendi subsidia perdidisse: z contra Moysen locuti sunt melius sibi fuisse duro subiacere seruitio/ q̄ tota gēs perire potuisset in heremo. Post hec cōsequēs fuit vt irritarent dñm ascendentes in rubrum mare: quando nō crediderunt posse fieri q̄ eius audiebant omnipotētiam polliceri. Ira factum est: vt nec intelligerent virtutem dñi/nec eius beneficia deuota mente retinerēt. Bene autē positum est Irritauerunt: quasi per se quietū atq; placatum/infensum/ z iracundū sibimet reddiderūt. Ascendētes autem in rubrū mare dictum cōstat positione terrarū: quoniā cūctis regionibus egyptus perhibet humilior: et inde discedentes loca petere visa sunt altiora. [Et † liberauit eos propter nomen suum: vt notam faceret potētiam suam]. Dicendo Propter nomen suū/designare michi videtur dñm saluatorem: cuius vocabulo cōuenit saluare periclitantes. Deus enim quādo liberat peccatores: non ꝓpter merita eorum prestat/ sed ꝓpter nominis sui potētiam demōstrandam: vt pius euidenter appareat/si in meritis beneficia larga concedat. Nā enim dicit Notā fecit potētiam suam non carnalibus vtiq; oculis/sed spirituali cogitatione videntibus. Nam si omnibus notā fecisset: nequaq; durus populus de incredulitate peccasset. [Et † increpauit mare rubrum et exsiccatū est: et deduxit eos in † aquis multis sicut in deserto]. Increpationē vocauit occultum diuinitatis imperū: quia mare in Exodo voce dñi nusq; legimus increpatū. Agit enim ille occultis motibus vniuersa que precipit: et quasi ad audientes loquit/que sensum nō habet attributū. Tanta enīz virtus iussionis est: vt parere prevaleant que audire non norunt. Siccatū mare/nō pro vniuersitate debemus accipere: sed tantū quantū illis iter aperiret. Nam plus inde miraculū fuit: vt vnde liquide excisis lateribus cōstitissent: nec fluenta fluerent/sed montū quadam firmitate cōsisterēt. Sequitur. Et deduxit eos in aquis multis sicut in deserto. Desertū est maxime/q̄s aquarum inundatiōe deseritur: vt nullum ibi animal possit habitare periculo siccitatis ingento. Educti sunt ergo hebrei per abyssum tanq; per loca deserta: que nimia sterilitate siccant: ostendens qm̄ sic aruit illa via fluentorū/vt vsq; ad iter potuisset puenire puluereū. Et † liberauit eos de manu odiētium: et redemit eos de manu † inimicorū]. Quāuis esset et hoc beneficiū si eos de potestate aliena liberaret: tamē auxit muneris quantitatē. dicendo De manu odientium: quibus vtiq; parcere non poterant/ quos immaniter impetebant. Horrebant plane: ꝓpter quos z tantas plagas susceperant/z rerum suarū amissione priuabant. Intelligitur etiā de conspirata demonū cohorte: que humanū genus stimulo peccatoq; z odit z percutit. Sequitur Et redemit eos de manu inimicorū. Hoc si ad litteram velis accipere: non videtur posse congruere. Nam vt liberaret hebreos nullū egyptijs preciū dedit: quibus magis ꝓ sua contumacia plagarum dura geminauit. Sed hoc ꝓphetie spiritu dictū credamus de temporibus christianis: quando dñs saluator peccatores obnoxios precioso sanguine suo a diaboli redemit impio. [Et operuit aqua tribulātes eos: vnus ex eis non remansit]. Hoc quidem ad litterā sine controuersia videtur intelligi: q; nota est in Exodo commemorata descriptio. Uerum vnus ex eis nō remansit: non ad vniuersam egyptiorū gentem respicit/sed tm̄ ad insequētium multitudinem tendit: que ibi vsq; ad numerū ꝓbatur extincta. Remanserūt enī de egyptijs qui letarentur in pfectione eorum: sicut in psalmo superiore dixit: Letata est egyptus in profectione eorū: sed illi scilicet qui in casu simili non fuerunt. [Et crediderunt in verbis eius: et † cantauerunt laudes eius]. Post miraculū tale dicendo Crediderunt/duritiam cordis demonstrat: quod non ante euentum rei/

Joan. 8.

Deut. 9.

Psal. 105.

Exo. 14.

Exo. 15.

Exo. 14.

Exo. 15.

Exo. 14.

Exo. 15

sed post effectū miraculoꝝ credere maluerunt. Nam et si bonum sit visis rebus acquiescere: multo melius promissa credidisse: sicut in euangelio Thome dicit: Joan.20. Quia vidisti me credidisti: beati qui nō viderūt ꝛ crediderūt. Ex. vero addidit Et cantauerūt laudes eius Exo.15. hymnū significat Exodi: qui ait Cantemus dño: gloriose enim honorificatus est: ꝛ cetera que hebreus populus peracto miraculo magna exultatione cātauit: sicut in tituli expositione narratum est. [Cito fecerūt ꝛ obliti sunt operum eius: non sustinuerunt consilium eius]. Venit ad terram narrationem. Cito fecerunt: ac si diceret summa celeritate mutati sunt: vt qui laudes dño de collatis mirabilibus canebāt / paulo post contra eū nefandas murmurationes assumerent. Nō sustinuerunt consilium eius: quando prius conceperunt desperationem / q̄ eius parata beneficia prouenissent. Dominus em qui eos liberauerat talibus / tantisq̄ miraculis: nullam eos victualium rerum passus fuerat penuriam sustinere. Sed illi anticipauerūt cōsilium imperium / qui eius noluerunt expectare dispositum morte fragilitatis humane: que dum sibi nimia festinatione prouidere putat / incaute dispositionē diAlf.concupi scentiam. utilitatis anticipat. [Et cōcupierūt † cōcupiscentias in deserto: et tentauerunt deum in † siccitate]. Hoc Alf.iaquoso. erat q̄ consilio eius minime sustinuerunt: vt in deserto comestionē sub diffidentia peterent / et aquam sibi dari sub murmurationibus postulassent. Que figura SCHE. dicitur Lacozelon: id est mala affectatio: quoties ingenium iudicio caret / et spe boni fallitur precipitata IDI. velocitas. Concupierūt autē concupiscētias. Genus hoc locutionis in scripturis sanctis omnino creberrimum est: vt est Desiderio desiderauit manducare vobiscū pascha. Et illud Qui maledixerit patri vel Luc.22. matri: morte moriet. Sue Castigans castigauit me dñs Exo.21. et his similia. Ostendit enim nimietate desiderij posPs.117. tio gemmata verborū. [Et dedit eis † petitiones ipsoAlf. petitionem. rum: ꝛ misit saturitatē in animas eorū]. Temporalia petētes: merito carnea bñficia susceperunt. Duobus enim modis animā dicimus esse satiatam. Cum escis corporalibus p carnis infirmitate reficitur: ꝛ cū spiritualis iocunditate complet. Sed hic animas eoꝝ carnibus / potuq̄ dicit esse saginatas: vt ipa volūtas que desperatione peccauerat / rebus emergētibus vinceretur. [Et irritauerunt moysen in castris: ꝛ aaron sanctum dñi]. Saturitatem ventris secuta seditio est: que plerūq̄ causas excitat / vnde pericula permitiosa ꝓueniant. Irritari aliquem dicimus ad iracūdiam ꝓuocari aut actiōibus aliorū improbis / aut verbis asperrimis. Illud enim significat: quando Dathan ꝛ Abiron honorē sibi contra Moysen ꝛ Aaron excitatis cōtentionibus assumebāt: vnde eorum pena ꝓsequitur. Irritauerunt enim viros sanctos ad interitum suum q̄ per iniudiam loquebātur / quod dño displicuisse cognoscitur. Quod cōgrue inter laudes dñi ponitur: q̄ suos famulos vindicasse declaratur. [Aperta est terra / ꝛ deglutiuit Dathan: ꝛ operuit super cōgregationem abiron]. Ille ec (vt testatur numerorū liber) supra illos cōtigisse manifestū est: qui gratiam superni Aaron ꝛ Moysi collatā venenosis inuidie dentibus appetebāt: vt sibi honorē contumaciter assumerēt / quē supradicti cognouerant misericordiam dñi cōtulisse. Quibus similis exitus puenit: q̄ causa vna scismatis fuit / deglutiri sunt a terra: q̄ terrena sapuerūt / vt ipa pene qualitas scelerata facta testet. [Et exarsit ignis Alf.non hꝫ. in synagoga eorū: ꝛ flamma † eorū combussit peccatores]. Hoc factum est supra ducentos quinquaginta Num.16. cōplices Dathan ꝛ Abiron: qui eorū infeliciter vota secuti sunt: vt thuribula tenere presumerent / quod idē numerorū textus eloquitur. Synagoga vero hic non templū significat / sed adunationē / qua peruersum diuino cōstat incendio: vt qui in incensi presumptione peccauerant / celesti flamma cremarētur. Ideo enim addidit Eorum: vt eos a populo dñi separatam fuisse sentires. Flamma ei dicta est a flagello comarū suarum. [Et fecerunt vitulum in oreb: ꝛ adorauerūt sculptile]. Hoc quoq̄ notissime hystorie narratiōe declaratur: quādo Moysi absentiam iudei minime tolerantes / pdigioso sensu in oreb monte deserti / deū metallicum sibimet effecerunt. Sed quanto ipsis iumentis deteriores erant: qui nec vnum pecus estimabant irridendis deuotionibus adorādum. Oreb vero interpretat caliuaria: vbi postea dñm crucis patibulo carne cōstat occisum: vt in ipso / eodemq̄ nomine iā tūc ꝛ in illo deserto Oreb cultura dñi ꝓfundq̄ nefanda presumptione violarent: quorū posteritas erat in caliuarie loco crucifixura dñm christū. Illud quoq̄ estimo considerādum q̄d dixit Adorauerunt sculptile: q: in Exodo legimus vitulū cōflatilem collatis ornamentis mōstruoso quodam indicio fuisse formatum. Sed duas res hic dictas debemus aduertere: vt vitulum adorauerint i deserto / ꝛ postea sculptilia simulachra in repromissionis terra coluerint: quod in subsequentibus ipse dicturus est [Et mutauerunt gloriam suam: in similitudinem vituli † manducantis fenum]. Gloria Alf.comedentis. eorū fuit adorata diuinitas: quam infelici cōmutatione perdentes / vsq̄ ad hoc peruenire meruerūt: vt deserentes celi / terreq̄ creatorem: deū sibi facerēt similitudinē vituli fena comedentis. O nefariū scelus sic potuisse decipi: qui tāta miraculoꝝ fuerant visione cumulati. Quale enim piaculum fuit mutū animal deo simile credere: quod sacrilegium fuisset vel hominibus cōparare? Sed hoc totum impatientia fecit leDOB. uissimorū hominū: que semper ducit ad culpas / ꝛ precipitat ad ruinā. Nā si causam rei sub veritate discutias: nullum crimen est quod non impatientia matrenascatur. Contra hoc illud vere remediū est: illud firPs.39. mum / indubitatūq̄ presidium. Expectans expectaui dñm: ꝛ respexit me. [Oblitī sunt deū qui saluauit eos Alf.cham. qui fecit magnalia in egypto / mirabilia in terra † chaaan / terribilia in mari rubro]. Magna crescit super iudeos oblitionis inuidia: vt quod beneficiū in mente habere potuissent: quibus liberatio sua in memoria permanere non valuit. Et ne putaretur paruum / quod ab animo videbatur excluſuꝝ dicit Magnalia. Que et si pro beneficijs collatis a perfido animo retinere non poterant: certe vel p ipsa rerum magnitudine recoli debuerūt. Addidit etiam Mirabilia: que nullo modo excusabiliter: quāuis mutabiles de suis mentibus excludere debuissent. Ad postremū cumulauit ꝛ terribilia que solēt humanis animis timoris insidere: quorum dum pauor reuoluitur / memoria nō deletur. Sed qualis hic stupor / qualis accusaꝫ amentia: vt inter tanta magnalia declinare potuisset / que a tanto operabāt auctore. Et cōsidera q̄ multas res singulorū verborū adiectione cumulauit. Que figura SCHE. dicitur Auxesis: id est augmentum paulatim ad superiora cōscendens. Hoc siue in laudibus / siue in vituperationibus omnino preualidum est. [Et dixit vt disperderet eos: si nō moyses electus eius stetisset in cōfractione in cōspectu eius. Et auerteret iram eius:

Alf.disperderet. ne † disperdidisset eos]. Hec omnia Exodi textus enarrat quando dñs ad Moysen locutus est: vt tam acriter peccantē populū ira sua consumere ꝓmisisset. Sed ille in cōfractione id est in perditione tanta quam populus merebat excipere: stetit contra dñm dicens Exod.32. Si dimittis illis peccatum dimitte: sin autē dele me de libro tuo. O sanctū virū / ꝛ omni laude dignissimū: quando a mōte Sina ad castra descēdit: ꝛ ante simulachrū vidit populum nefanda gesticulatiōe gaudentem: cōmotus aduersus eos / tabulas fregit: et gladio alteruter tussit interfici: sed vbi vniuersalis calamitas imminebat / se potius precatur extingui: ne pateretur gentē generaliter interire. Utrūq̄ prum / vtrūq̄ gloriosum: vt merito loqueretur cum diuina clemētia qui eius dilexit facere constituta. Simul et illa virtus ostenditur: q: precibus sanctoꝝ sepe penas debite mortis euadimus: non q: valet aliquis dñi mutare dispositā: sed ita vt euenīt ab eo noluerit esse prefcita. [Et ꝓ nichilo habuerunt terram desiderabilem. Non crediderunt in verbo eius]. Venit ad quartam narrationē: in qua indeos nec futuras ꝓmissiones in animo dicit habuisse / nec transacta miracula. Ideo enim nulla videbātur: q: semper carnaliter ꝛ visa ꝛ audita cogitabāt. Desiderium siquidem corporale / cito fastidītur acceptum. Sed aduerte q̄ magna terra intelligentibus fuit: vt desiderabilis esse diceretur: illis tamē nulla visa est: quia nichil in ea spirituale senserunt. Sequitur Non crediderunt in verbo eius. Filium significat / cui plebs nefandissima non credebat. Sive hoc ad litteram cōgruenter aptatur: quia ideo murmurauerunt q̄d eius ꝓmissionibus minime credere maluerunt. Multa enim de se eorum perfidia facit intelligi: sed vbiq̄ reatus est. [Et murmurauerūt in tabernaculis suis: non exaudierūt vocem dñi]. Dum murmurationibus exercerētur / vocem dñi nullatenus audierunt. Illud enim illis plerumq̄ cōtingit: qui dum aliis vocibus occupātur / alia exaudire non possunt. Et nota q̄ hoc verbum exauditionis cōmuni vsu simplicibus tm nō superioribus applicatur. Unde quia hic dicit non exauditū dñm: constat inter ꝓprias elocutiones scripture diuine rationabiliter esse referendum. Addidit In tabernaculis suis: vt non hoc laboriautibus / sed otiosis contingere videretur. Maior em crimnis crescit iniudicia: cum murmurare cōtingit otiosis. [Et eleuauit manum suam sup eos: vt prosterneret eos in deserto. † Ut deijceret semen eorū in nationibus: et † dispergeret eos in regionibus.] Hic iusAlf.et. Alf.disperderet. titia dñi premittitur: vt secuta pietas maiore gloria sentiatur. Dicit enim insurrexisse dñi potestatem / vt in excedentibus vindicaret: eosq̄ in deserto prosterneret / qui precepta dñi audire noluerunt. Deinde vt semen eorum: id est reliquos eorum humiliatos inter nationes redderet: qui pridem glorioſi cunctis gētibus extiterunt. Ad postremū inclinatos atq̄ despectos per regiones dispergeret: ne quicq̄ vlterius de sua congregatione presumerent. [Et † consecrati sunt beelAlf.initiati. Alf.comederunt. phegor: et † manducauerunt sacrificia mortuorū. Et irritauerūt eum in † studijs suis: ꝛ multiplicata est in eis ruina.] In his versibus ꝛ excessus maior ꝛ vehementior: ira subiungitur: vt non solum ad tempus sacrificasse / sed etiam ipsi quoq̄ idolo gentiū Beelphegor consecrati esse viderentur. Sic enim in culturas demonū ritusq̄ transierant: vt iam nō dñi / sed demonum seruī esse probarentur. Pulcherrime autē dictū Alf.adinuētionibus. est Sacrificia mortuorum: quia defunctis hominibus impendi cultura ipsa probabatur: quos gentilitas immortales deos esse tradebat. Sed intende solicite q̄ multiplicatam ruinam supra eos dicit: quibus erat sancti sui precibus pareiturus. Illud enim quod debebatur multiplicari dixit / ne peccarent: vt maior fieret clementia quibus numerosior relaxabatur offensa. [† Stetit phinees ꝛ † exorauit: ꝛ cessauit quassatio. Et reputatum est † illi ad iustitiam: in generatione et generationem vsq̄ in † seculum]. Stetit / verAlf.et. Alf.placauit Alf.et. Alf.sempiternum. bum ipsum solidit atem mentis ostendit: vt in tila generali perturbatione solus ausus fuerit cōfidēnter deprecantis assumere. Nam cum legatur zelo transisse iudeum: qui mulierē Madianitidi cōtra veritum dñi miscebatur: tamē quoniam hoc zelo diuino fecisse cognoscit: oratio magis dicta est q̄ operatio. Quisquis enim bonis actibus occupatur / exorat: cuius homicidium non horruit: quonīā adulterij maculam vindicauit. Intantum enim post effusum sanguinem innocens fuit: vt ipsius quoq̄ iudicio meruerit voce laudari. [Et irritauerūt eum ad aquas contradictionis: ꝛ vexatus est Moyses propter eos: quia exacerbauerunt spiritum eius / Et distinxit in labijs suis]. Venit ad quintam narrationē: vbi illa refert offensio / quando post tot ostensa miracula sub nefandis murmurationibus aqua petebatur. Que sic noscitur expetita: vt contradictio magis videret esse q̄ postulatio. Ibi enim Moyses (sicut in libro legit numerorū) nimia iudaici populi importunitate successus / diffidenter excrepuit dicens: Audite rebelles et increduli: num de Numeri.20. petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Quo sermone ꝛ ipse quoq̄ peccauit: qui iam tantis miraculis preacceptis / non credidit dominū que fecit esse factorum. Quod dictū labijs suis a priore cōstantia omnino distinxit atq̄ separauit: quando istud ambigue locutus est / dū illa certissima fide pronuntiasset. Quod locutionis genus scripture diuine esse ꝓprū dicamus: IDI. quando hoc nec littere seculares / nec cōmunis vsus exercet. Hic autē Moysi sanctitate seruata / hac tm meruit vltiōe percelli: ne in terram introiret promissionis: qui de dño magna promittere nō presumpsit. Nam post obitum eius cum ad Jesum naue loqueretur dñs dixit Confortare igitur / et esto robustus valde: vt custodias ꝛ facias omnē legem: quam precepit tibi Moyses seruus meus. Dicēdo enim seruus meus Josue.1. gratiam in eo mansisse siue pietatis ostendit. [Non disperdiderunt gentes quas † dixerat dñs † illis. Et Alf.dixit. cōmixti sunt inter gentes / ꝛ didicerūt opera eorum: ꝛ Alf.deus. seruierūt sculptilibus eorum / et factū est illis in scandalum]. Tanq̄ paruū fuisset quod peccauerat in deserto populus hebreorum: sic posteq̄ terras ꝓmissionis intrauit oblitus dñi mandatorum cum illis se magis gentibus vetita societate coniunxit: quas ꝓpter idolorum culturas eis fuerat delere preceptum: addentes malum sceleribus suis: vt se eorum quoq̄ superstitiōe polluerēt / factaq̄ illis est in scandalum repromissionis terra: que fuerat in magnum premium domino largiente concessa. Miserrimi hominum: qui dei munus in peccata verterunt: vt quod ille donauerat ad gratiam / excedentibus fieret ad ruinam. Sic monemur recte vti beneficijs diuina largitate collatis: ne magis inde pereamus: vnde subleuati fuisse cognoscimur. Scandalum / grecum nomē est significās sinistrum: quod mentes eorū in leuam partē peruer-

sa imitatiõe deduxit. [Et immolauerũt filios suos et filias suas demonijs. Et effuderũt sanguinẽ innocentem: sanguinẽ filioꝝ suoꝝ et filiarum †]. Quamuis in scripturis diuinis effusum sanguinem humanũ ab hebreis qui in terram repromissionis ingressi sunt/ in sacrificijs demonum non legatur: tamen ab etate sequenti hoc fieri potuisse non dubium est: quãdo ꝛ presens scriptura index probatur esse veritatis. Et inspice quemadmodũ veraci relatione peccantium exaggeratur iniquitas. Primo enim dixit Effuderunt sanguinem innocentem. Et ne putarentur extranei: addidit Filiorum suoꝝ ꝛ filiarum suarum: quoꝝ salus in humana cõuersatione dulcissima est: vt illis nõ parcerent p quibus pij parentes etiam interfici nõ recusant. [] Quos sacrificauerunt sculptilibus chanaan. Et interfecta est terra in sanguinibus/ et cõtaminata est in operibus eorũ: et fornicati sunt in † obseruationibus suis]. Adhuc in ipsa Auxesi/ et in his duobus versibus persueraꝝ: quod Schema grece dicit Climax: latine gradatio: quia per gradus quosdam siue in laude/ siue in vituperatione sensus noster ascendit: quam prime quidem diximus: sed non piget frequenter repetere qđ auctoritas ipsa cognoscit iterare. Et q; dixerat Filiorũ/ filiarũqꝫ sanguinem fusum: adhuc crescit inuidia/ adhuc grandescit scelus: quando illa monimẽta charitatis horrẽdis sculptilibus sacrificata memorant. Interfectam igit terram crudeles homines debemus accipere: qui se magis iniqua deuotione trucidarũt. Interficiendo enim filios suos: tam nefario scelere parentes potius videbãtur extinguꝫ. Tropica enim locutiõe positum est interfectũ terram: dum terrem homines dicant malis actionibus interempti. Exposuit eñ quemadmodũ interfectam dixerit terram: cum carnales et inspiẽtes pessima fuerint actione demersi. Nam illi fornicati videnꝫ in dño: qui se adulterinis superstitiõibus polluerunt. [Et iratus est † animo dño in populo suo: et abominatus est hereditatem suam. Et tradidit eos in manus gẽtium: et dominati sunt eorũ qui oderunt eos. Et tribulauerũt eos inimici eor: ꝛ humiliati sunt sub manibus eorũ]. Hoc quoqꝫ tropica locutione dictum est: q; perturbatio animi cadere nõ pbatur in dñm: sed vindicte eius excitata potentia/ humana consuetudine ira vocitat. Sed quid fecit iratus? Auersus est ab illis: quod malorum omniũ constat extremũ. Sic quãdo illud quod cõtinet subducitur: necesse est vt eorũ que cõtinentur ruina protinus consequat. Traditi sunt enim opprobrio seruitutis: qui gloriari videbantur in idolis. Sequitur Et dominati sunt eis qui oderũt eos. Quãtis omnis dominatus gentilis videat esse molestissimus addidit Qui oderũt eos: vt grauius esset cum seruiret infenso. Nullis enim obsequijs talis dño placari potest. Nã qui semper odit/ semper iratus est. Deniqꝫ vide quod sequitur: Et tribulauerunt eos inimici eorum: ꝛ humiliati sunt sub manibus eorum. Talis erso vicissitudo recipitur: vt qui amanti dño seruire noluerunt/ odientibus inimicis iusto iudicio probarẽtur esse subiecti. [Sepe liberauit eos. Ipsi autẽ exacerbauerũt eum in cõsilio suo: ꝛ humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et † respexit eos cum tribularẽtur: † cũ exaudiret orationem eorum]. Duplici modo hic misericordia diuinitatis exponitur. Premisit beneficia: et humana non cessauit iniquitas. Intulit vindictam/ ꝛ afflictis iterum dignata est donare clemẽtiam: vt intelligamus ipsum ꝛ bona ꝑmittere/ et flagellatis denuo subuenire. Hoc enim in his versibus reperis: si diligenter intendis. [Et memor fuit testamenti sui: ꝛ penituit eum ꝛm multitudinem misericordie sue]. Causam dicit quare fuerit israeliticus populus/ cũ sepius peccaret auditus/ nec vsqꝫ ad perditionem debitam dñi miseratione peruenerit. Propter testamentũ: scilicet nouum quod est eternum: vbi dñs aduentus eluxit qui nulla successiõe mutabitur. Ipse enim promissus est Abrae: quia de eius erat semine nasciturus. Hoc erat absconditum in prophetis: sed euangelij tempore reuelatum est. Penituit autem more humanitatis edicitur: que dum penitet consueuit mutare dispositum. Apud dñm enim cuncta certis modis ordinate discurrũt: nec aliquid nouũ contra prescientiam eius euenit: dum omnia que sunt facienda cognoscit. Necesse enim fuit vt nobis nostro more loqueret: qui naturam mortalitatis vt nos in eternum vivificaret/ assumpsit. Sed considera: quia ista penitentia dñi tunc fieri dicitur: quando ꝛ nos penitentes esse cognoscit. Talis enim ille nobis efficit: quales nos sibi esse ꝑbauerit. Addidit enim Scõm multitudinem misericordie sue. Ipsa est que cuncta peccata superat: ipsa que vsqꝫ ad nostram carnem venire dignata est. Multitudo enim misericordie iste dicitur: per quam mũdus noscit esse liberatus. [Et dedit eos in misericordias in conspectu omniũ qui eos ceperant]. In misericordias dicit eos datos: q; diuersa carismatũ munera susceperũt. Alij eñ ꝓphete/ alij apostoli/ alij martyres/ alij confessores/ ex ipo populo dñi miseratione floruerunt: vt eosdem postea miraculorum intuitu venerentur gentes/ quos ante velut abiecta mancipia possederunt. Siue magis ad diabolum vel ministros eius referri potest: vt coram eis redderentur liberi/ quoꝝ pranitate prius videbãtur esse captiui. Vnde apostolus dicit Principem potestatis aeris huius: qui operat in filios infidelitatis. Et alibi. Ut resipiscãt a diaboli laqueis captiuati ab ipso ꝛm ipsius volũtatem. [Saluos fac nos dñe deus noster/ ꝛ cõgrega nos de nationibus. Vt confiteamur nomini tuo sancto: ꝛ glorienur in laude tua]. Populus ille cui ab initio psalmi isti⁹ verba dedimus: postqꝫ se copia dominice laudis expleuit/ sexta narratione patrem dominũ deprecatur: vt ecclesiam suã de gentiũ congregatione perficiat: illud quoqꝫ subiungens Et gloriemur in laude tua: non in humana iactantia/ sed in te: vbi est reuera fixa gloria/ ꝛ sine fine letitia. Et intuere qđ hic saluare dicitur pater. Legitur etiaꝫ ꝛ filium saluare: vt est illud Venit filius hominis saluum facere quod perierat. Predicatur etiam saluare spiritum sanctum: vt est illud ad Titum: Saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis/ et renouationis spiritus sancti. Sic indiuisibilis trinitatis equalitas atqꝫ vnitas: et verbis similibus/ et virtutibus indicatur. [Benedictus dominus deus israel a seculo/ et vsqꝫ in seculum: et dicet omnis populus fiat/ fiat]. Hec est laus quam superioreversu congregatos optauit populos personare. Hoc etiam nunc sancta canit ecclesia: que se de tanto bono presenti tempore consolatur. Sed hoc dicit ab isto seculo vsqꝫ ad illud perpetuũ seculum esse faciendum: vt continuata laus nunqꝫ debeat habere fastidium. Sed cum predictos hymnos deuotus iudeorum populus canat: quis est iste alter qui dicit fiat/ fiat? Scilicet (vt michi videtur) populus ille prepu-

Alt. suarũ.

Alt. quas.

Alt. adinuentionibus.

Solue.

Alt. furore dño in populũ suũ.

Alt. vidit. Alt. ꝛ audiuit.

DOE.

Ephe. 2. 2. Tim. 2.

Luc. 19.

Titum. 3.

tus est: qui eo tempore in fide non erat: quãdo psalmus iste canebatur: qui tamen prophetie virtute futurus introductus est: vt amore vniuersitatis diceret: Fiat fiat. Sic hodieqꝫ in ecclesijs astantibus sacerdotibus: respõdetur Amen: id est fiat. Sic tam illis temporibus ipsi iudicabantur: qui nũc idem faciunt. Conuenit enim magis hec verba ad talem intellectum trahere: cꝫ libroꝝ determinationes aduertere: sicut quibusdam placet. Conclusio.

¶ Cantatum est Alleluia festiuum: respondebunt omnia titulo suo. Nam licet diuersa dicta sint: in vnam tamen gratiam tanqꝫ voces canori organi conuenisse noscuntur. Quapropter summo desiderio supplicemus: vt nos de beneplacito sibi populo esse concedat: qui de prauis recta: de amaris dulcia: de temporalibus facere consuevit eterna: quatenus ꝛ nos in christo domino gloriantes commutet dicere mereamur: Benedictus dominus deus israel a seculo et vsqꝫ in seculũ. Meminisse autem debemus quod hic psalmus cuius habeat: Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus: iniquitates fecimus: ad penitentes tamen non debeat applicari. Primum: cui festiuũ alleluia premissum est. Deinde: q; populus loquitur hebreoꝝ: cum singule persone penitentibus dentur. Tertio: plus hystoriam continet cꝫ delicta deplorat. In multis preterea psalmis de peccati satisfactione breuiter inuenis dici: cum tamen non ad ipsam causam videantur aptari.

¶ Explicit expositio in psalmum. 105.

¶ Alleluia. Lvi.

Onfitemini domino quoniã bonus: quoniam in seculũ misericordia eius. Dicant qui redempti sunt a domino: quos redemit de manu inimici: de regionibus cõgregauit eos. A solis ortu et occasu: ab aquilone ꝛ mari. Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Esurientes ꝛ sitientes: anima eoꝝ in ipsis defecit. Et clamauerunt ad dominũ cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eripuit eos. Et dedurit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominũ. Quia satiauit animam inanem: et animam esurientem satiauit bonis. Sedentes in tenebris et vmbra mortis: vinctos in mẽdicitate ꝛ ferro. Quia exacerbauerunt eloquia dei: et consiliũ altissimi irritauerunt. Et humiliatum est in laboribus cor eorum: et infirmati sunt nec fuit qui adiuuaret. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis: ꝛ vincula eorum dirupit. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominũ. Quia contriuit portas ereas: ꝛ vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniusticias enim suas humiliati sunt. Omnem escam abominata est anima eorum: et appropinquauerunt vsqꝫ ad portas mortis. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos. Misit verbum suum et sanauit eos: et eripuit eos de interitionibus eorũ. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum. Et sacrificent sacrificium laudis: et annuncient opera eius in exultatione. Qui descendunt mare in nauibus: facientes operationẽ in aquis multis. Ipsi viderũt opera domini: et mirabilia eius in profundo. Dixit et stetit spiritus procelle: et exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt vsqꝫ ad celos et descendunt vsqꝫ ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt ꝛ moti sunt sicut ebrius: et omnis sapientia eorum deuorata est. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram: ꝛ siluerunt fluctus eius. Et letati sunt quia siluerunt: et deduxit eos in portum voluntatis eorum. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum. Et exaltent eum in ecclesia plebis: ꝛ in cathedra seniorũ laudent eum. Posuit flumina in desertũ: et exitus aquarum in sitim. Terram fructiferam in salsuginem: a malitia inhabitantium in ea. Posuit desertum in stagna aquarum: et terram sine aqua in exitus aquarum. Et collocauit illic esurientes: et constituerũt ciuitatẽ habitationis. Et seminauerunt agros ꝛ plantauerunt vineas: et fecerunt fructum natiuitatis. Et benedixit eis ꝛ multiplicati sunt nimis: ꝛ iumenta eorum non minorauit. Et pauci facti sunt: et vexati sunt a tribulatione malorum et dolore. Effusa est contentio super principes: et errare fecit eos in inuio et non in via. Et adiuuit pauperem de inopia: ꝛ posuit sicut oues familias. Videbunt recti ꝛ letabuntur: ꝛ omnis iniquitas oppilabit os suũ. Quis sapiens ꝛ custodiet hec: et intelliget misericordias domini.

Quoniam psalmus iste cuꝫ aliis duob⁹ superioꝝb⁹ simili titulo prenotat: cõuenire putamus vt nos quoqꝫ ipsoꝝ relationes sub vna expositione memoremur: quatenus mun⁹ tãti secreti facilius possit intelligi. In primo alleluia commendatur populus iudeorum:

be quo nulla querela est. Scdo eos cōmemorat: qui in eadem gente creberrimis offensionibus errauerūt: et ad dīi gratiam ipsius miserationе reuersi sunt: hic autez cōmonetur populus christianus vt laudes domini p collatis sibi beneficijs debeat personare. Hic breuiter potest intelligi quid in vnoquoq; eoꝝ debet inquiri. Unde nunc propheta (vt dictum est) cōmonet populū christianū qđ dominꝫ redemptione saluatus est: vt cōfitendo preterita: nouum cantet alleluia. Uox ista suauis est: hic sermo festiuus est. Quapropter veneranter audiamus stupenda magnalia: que tanti tituli splendore prenotantur. Diuisio.

Confitemini domino quoniã bonus: quoniam in seculū misericordia eius]. Preuidens propheta populū christianū aduentu domini gratiam percepturū: ne securitate tanti beneficij aliqua negligentia lentaretur: cōmonet eum z prodere peccata sua z laudes domini personare: quia hoc verbū cōfiteri: ad vtrūq; dictum pertinere. Ille enim preconia domini saluatiter assumit: qui prius eum delictoꝝ suoꝝ confessione placauerit. Subsequitur etiam: Quoniam bonus: vt peccatoribus sit cōfidentia post satisfactionē pio domino supplicare. In seculū vero hic significat in eternū: quia nullū tempus est quod ab eius misericordia reperiatur exceptum. Nam et hic consueuit parcere: z ibi fidelibus dignabitur eterna premia condonare. Ira fit vt semp bonus supplicibus suis: semper misericors approbetur. Nam et cū iudicat bonus est: quia iusticia bona est. [Dicāt † nunc qui redempti sunt a domino: quos redemit de manu inimici]. Dicāt vtiq; alleluia: quod titulus alt: z se iocūdis exultationibus consolentur qui ad domini gratiam venire meruerunt. Significat autē specialiter populos gentiū: qui domini sanguine redempti: z de potestate diaboli ipsius miseratione sublati sunt. Tanta enim duritia: rigens atq; stupida manus illius fuit: vt nisi fuso sacro sanguine lazari nullo tempore potuisset. Nam ad eos pertinere quod dicitur: sequentia declarant. [De regionibus congregauit eos. A solis ortu z occasu: ab aquilone et mari]. Per figuram periphrasin: SCIPE. que latine dicitur per circuitum: exponit diabolice dextere que fuerit potestas in toto orbe diffusa: vt beneficium sancte incarnationis hominibus innotescat: que et auctorem pernitiosum maiestatis sue potentia religauit: et vincto vasa mortis eripuit. Dixit prius: De regionibus. Et ne putares de paucis prouincijs congregatos: addidit: A solis ortu z occasu: ab aquilone z mari. Cum tres cardines mundi designauerit: pro quarto: id est p australi posuit mare: ab illa parte oceanuꝫ volens intelligi qui cunctam mundi marginem dicitur circuire. Similis est et illa descriptio in genesi: vbi semine abrae vniuersum orbem promittit dicens: Leua oculos tuos z vide a loco in quo nunc tu es ad aquilonē z austrū et ad orientē et ad mare quod est occasus. Occasus enim dicitur: quasi horarum casus. Ita mare quod hic posuit pro austro: ibi pro occidente constat esse nominatū. Uocabulū siquidē illud: pro qualibet parte mundi potest competenter aptari: quādo vniuersam terrā circulo fertur sue peruagationis includere. Unde euidenter aduertitur hanc generalē adunationē non de iudeis dictā: sed de ecclesia catholica que ex toto orbe nosc̄itur cōgregata. [Errauerunt in solitudine: in † siccitate viam ciuitatis † habitationis non inuenerunt. Esurientes z sitientes: anima eoꝝ in ipsis defecit]. Quāuis diuerse gētes gauderent numerositate populorum: tamen in solitudine versabantur: cū nullos veritissimos doctores: nullā ecclesiam habere probarentur: quia superstitiosa gentilitas viam ciuitatis domini / vbi habitare debuisset: necdu̇ cum idolis sacrificaret inuenerat. Esurientes autem z sitientes: curiosos huius seculi significat viros: qui veritatis semitas diuersis opinionibꝫ exquirebant. Sed quoniam non crediderant eius auctori: in vera sapientia nō poterāt inueniri. Sequitur: Anima eorum in ipsis defecit. In ipsis: vtiq; laboribus atq; studijs eoꝝ animositas lassata succubuit: quia sic deum desiderabant querere: quemadmodum non poterant inuenire. [Et clamauerunt ad dominū cum tribularentur: z de necessitatibus eorum † liberauit eos. Et eduxit eos in viam rectam: vt trent in ciuitatē habitationis]. Quemadmoduꝫ duobus versibus superioribus descripsit errantes: ita nunc duobus alijs refert ad domini dona redeuntes. Clamauerunt: significat magno desiderio quesierunt. Que tamen compunctio a domino venit: vt illud desideranter petatur quod cognoscitur esse pficuum. Et vt vim ipsius nominis indicaret: addidit: Cum tribularentur. Quo tempore clamor cordis totis viribus excitatur: quando et imminens periculum timetur: z presumptio humana subducitur. Sed vide quid clamor iste prestiterit: videlicet vt z de necessitatibus liberarentur z semitas veritatis agnoscerent: quatenus qui prīdem in inuio errore vagabantur: accepta via sanctissime religionis ad ecclesie beate feliciter arcta peruenirent. [Confiteantur domino misericordie eius: z mirabilia eius filijs hominū]. Uenit ad secundā sectionem: in qua cōmonet iam fideles vt dño gratias referre non desinant: qui eius copiosa beneficia perceperunt. Ueraciter autem z salutariter dictum est debere domino

Alt. non hz.

Alt. eripuit

confiteri misericordias suas: quia quicquid in nobis videtur laudabile: eius cōstat esse clementie: qui peccata relaxat: spem tribuit: z ad bonitatis sue dona perducit. Nam quod dicit pluraliter: misericordias: illud significat: quoniam multis quidē sed diuersa largitur: sicut dicit apostolus: Sed vnusquisq; proprium donum habet a deo: vnus quidem sic: alius autem sic. 1. Corin. 7.
Quapropter pio domino semper dignum est confiteri qui nos et a periculis liberat: et splendore sue pietatis illuminat. Miracula vero que fecit tempore incarnationis sue: per euangelistas: et apostolos posteris dicit esse predicanda: sicut constat effectum. Memento autem: q̄ hic versus per quattuor diuisiones vsq; ad finem sine aliqua permutatione repetitur: vt sicut de quattuor mundi partibus dicit ecclesiam congregatam: ita de totidē cardinibus orbis laudes misericordie ipsius deuotis mentibus offerātur. [Quia satiauit animam inanem: et animam esurientem satiauit bonis]. Inanis est anima: quando peruersitatibus occupata: ad creatorē suum reuerti nulla deuotione festinat. Animam vero esurientem dicit: quando tā diuina gratia visitata: ad dominī desiderat venire medicinam. Quod factuꝫ est in gentibus que intentionem suam primū in idolorum vanis desiderijs occupabant. Tunc enim erant inanes z vacue: quando bonis fructibus priuabantur eluse. Secundo esurientes satiate sunt: quando domini miseratione commonite: vota sua ad penitentie studia transtulerunt.
Alt. vinctos [Sedentes in tenebris z vmbra mortis: † vinctos ligati in mendicitate et ferro]. Gentium que ante aduentū domini fuerunt / in hoc versu vita describitur. Sedebant enim in tenebris: quoniam vacuate lumine fidei: perfidie cecitate reddebantur obscure. Et cū dicit: Sedentes: ostendit eas longo situ ibidem fuisse versatas. Umbra mortis fuit seculi istius vita uitiosa: que illius future mortis teterrimam portabat imaginem. Uinculis vtiq; ligati erant: qui dominatione diaboli: peccatorum tenebantur nexibus obligati. Mendicitas ad indigentiam boni pertinet: vbi multo grauior est omīno penuria: que non corpus sed quod est grauius animā probatur affligere. Ferrum significat duritiam malorum: quoniam ferreum plerūq; dicimus: quod durum esse monstramus. [Quia exacerbauerunt eloquia † domini: et consilium altissimi irritauerunt. Et humiliatum est in laboribus cor eorum: † infirmati sunt: nec fuit qui adiuuaret]. Intuendum est q̄ in his duobus versibus figura sit Parison: id est equatio sententie. Exponit enim in primo versu: quemadmodum peccauerint: z in secundo que receperint. Quod schema in hoc psalmo frequenter diligens lector inuenier. De illis enim dicit qui sedebant in tenebris et vmbra mortis: quia contra domini eloquia facientes in eius regulis viuere respuebant. Et necesse erat vt paterentur iratum: quem iudicabant esse temnendum. Deniq; vide quid sequitur: Et consilium altissimi irritauerunt. Irritauerunt plane: vt qui superbi in prosperitatibus extiterunt: in tribulationibus et angustijs humiles redderentur. Iustum consilium: saluberrima medicina: vt morbus seculi / cōtrario remedij munere curaretur. Adiecit: Infirmati sunt: id est a seculi presumptione delecti sunt: vt facilius ad penitentie remedia peruenirent si inclamenta contumacie perdidissent. Additum est: Nec fuit qui adiuuaret: subaudiendum: alter. Nemo enim prestat periclitanti: nisi cui omnipotens deus precepit subuenire. [Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis: et vincula eorum diruptit]. Ecce quare humiliati: quare infirmati sunt: scilicet vt ad dominum clamarent: delicta propria confitentes. Silebant enim in elatione positi et velut insensata pecora nullum verbum salutare fundebant. Compunctio facta est: et tunc vocem proficuam reddiderunt. Et inspice: misericordie domini quibus distinctionibus exponitur. Primo de necessitate liberauit eos: qui premebantur seruitute diaboli. Deinde a superstitionum suarum tenebris eduxit animas peccatorum sorde pollutas. Tertio non dixit vincula eorum soluit: sed diruptit. Sic diaboli tyrannica potestas christo veniente diruta est: vt nunq̄ in illam qua fuit dominationem redire prevaleat. [Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum]. Uenit ad tertiam sectionem vbi illum versum repetit quem in secunda parte iam dixit. Ubi sunt intercalares: quasi in medio calle positi id est in carminis itinere constituti. Admonet enim liberatos gratias agere: quia ianuas peccatorū z malorum omnū claustra virtus diuina confregit. [Quia cōtriuit portas ereas: z vectes ferreos cōfregit]. Hec est causa qua dicit domino confitendum: quia pro liberatione nostra portas eneas vectesq; confregit: vt ipso nobis viam prebente / vitam istam possimus sub securitate transire. Porte sunt enee / hominum cōsuetudines vitiose: que nos ita in peccatorum attrijs recludunt vt exeundi nequeant prebere licentiam. Uectes autem ferreos: spiritus immundos non improbe videmur accipere: qui illas ianuas peccatorū ne circundatos exire liceat obserare noscuntur. Hec enim duo metalla: pro fortitudine delictorum videntur adhibita. Sed ista hominum viribus desperata / virtus diuina confregit: quando periclitantes aduentus sui lumine miserata respexit. [Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniusticias enim suas humiliati sunt]. Quāuis omnia dominus mateſtatis sue presentia complere videatur: tamen sic a peccatoribus longinquus redditur: vt non ei fiant proximi: nisi quando ad eum ipsius miseratione venerint corde compuncti. Sed quantū noceat ista desertio: patenter exponitur. Dicit enim: propter iniusticias suas humiliatos: non illa humilitate vitali. Alia est enim humilitas que erigit: non ista que deijcit. Humiliatur quippe in interitum: qui ad illam non meruerit peruenire medicinam. [Omnem escam abominata est anima eorum: et † appropiauerunt vsq; ad portas mortis]. Quātum ad litteram pertinet: languentum consuetudo describitur: qui per fastidia cibi discrimen incurrere probantur exitij. Sed hic spirituale escam: id est legem domini et salutaria precepta potius debemus aduertere: vnde fidelis anima viuit: et copia superna reficitur: de qua impiorum mens exitiosa fame ieiuna est: dum egrotante anima bonarum rerum noscitur sustinere penuriam. Grauis morbus et execranda calamitas: diuine legis appetentiam non habere. Nam vnde possit viuere: si suam vitam ceperit non amare. Ideoq; factum est: vt ad illa claustra mortifera ventretur: que ideo non sunt ingressi: quoniā erāt domini miseratione liberandi. [Et clamauerunt ad dominū cum tribularentur: z de necessitatibus eorum liberauit eos]. Istum versum constat esse repetitum: quoniam in simili causa vnam decuit esse sententiam.

Alt. et Scipe.

Alt. appropinquerūt.

Universidad de Sevilla Biblioteca

[Misit verbum suum ⁊ sanauit eos: et eripuit eos de interitionibus eoꝝ]. Hic agnoscimus qualis languor sit spirituales delitias fastidire: vt sola celestis medici presentia tale potuisset periculum egritudinis amputare. Venit enim dominus saluator qui nos reficeret ac sanaret: ne spirituales cibi ieiuna peccatorū corda consumerent. Nam quod ait: Misit verbum suum: ad charitatem dicitur patris: non ad imparilitatem potentie. Nam mittitur ⁊ a filio spiritus sanctus: sicut ⁊ ipse in euangelio ait: Expedit vobis vt ego vadam, Ioan.16. Si enim non abiero paraclitus nō veniet ad vos. Si autem abiero: mittam eum ad vos. Et iterū filius mittitur ab spiritu sctō: sicut Esaias de Christo ait: Esa.61. Spiritus domini super me: propter quod vnxit me: euangelizare pauperibus misit me. Mittitur etiam potior a minore: sicut tobias angelum misit. Sed neqꝫ minor est filius dum a patre mittitur: nec spiritꝰ sanctus filio quoniam ab eodem destinatur. Iste siquidem sermo ad concordiam pertinet: non ad distantiam potestatis. Nam equalitatem esse in trinitate potentie vel nature: in scripturis diuinis frequēter asseritur: quod inter alios decenter a patre nostro Augustino in libro testimoniorū constat esse collectū. [Confiteantur domino misericordie eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominuꝫ]. Quarta sectio repetitis versibus introitur: quibus expositio predicta sufficiet. Cōmonet autem sacerdotes: vt domino sacrificent: et mirabilia eius populis non desinant predicare. [Et sacrificent sacrificiū laudis: et † pnuncient opera eius in exultatione]. Domino sacrificium reddit: qui letus hostiam laudis obtulerit: quia multo prestantius est cum bonis actibus psalmodie illi iubilationes offerre: cꝫ pecudū victimas immolare. Nam qualia sacrificia sint prebenda/ consequenter exponit: scilicet vt predicatores beneficia eius tacere non debeant: quatenus et ipsi reddant debitum: ⁊ fidelibus competens doctrina monstretur. Sed qualis sit ista pronūciatio aptissimo verbo declaratur: id est In exultatione: non tristis: non diffidens: sed letus atqꝫ promptissimus: vt ab audientibus possit intelligi cōfidentia predicātis. Illa enim celerius acquiescimus credere: que doctores videm⁹ fira ⁊ grata mente predicare. [Qui descendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis]. Cum dicit: Descendunt mare: significat sacerdotes qui seculi istius procellosa descendunt. Nam cum dicit Descendunt: ostendit inferiora loca esse seculi: ad que descendi posse testatur. In nauibus autem (vt sepe diximus) ecclesias significat: que ligno crucis mūdi istius rēpestates enauigant. Sic enim mare descenditur atqꝫ transitur: si tutissimis nauibus insideatur: vbi gubernator est christus: vbi remiges apostoli: et sanctorū pontificum beata collectio. Sequitur: Facientes operationē in aquis multis. Adhuc in eadem cōparatione persistit. Sacerdotes sunt enim/qui operantur in aquis multis: id est predicant populis christianis. Aquas enim multas: populos significare non dubium est: quādo in apocalypsi: quid essent aque interrogāti Ioannt/ responsum est: Populi sunt. Quis autem verior potest esse intellectus: nisi quē tante veritatis cōfirmat auctoritas? [Ipsi viderūt opera domini: et mirabilia eius in profundo]. Ipsi predicatores qui operas eius spirituali intelligentia cognouerunt: vt mare rubrum: baptismū: vt Ione triduanam illam ferini ventris innoxiam habitationem: sepulchrum domini significare cognoscerent: et his similia: que scripturarū diuinarū prefigurationibus agebantur. Eoꝝ fit vt mirabilia eius in profundo respiciant: qui operas eius spirituali estimatione considerant. [Dixit et stetit spiritus procelle: et exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt vsqꝫ ad celos et descendunt vsqꝫ ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat]. Ne illi quos superius dixit operam domini in profundo posse conspicere aliqua elatione turgescerent: nūc eorum procellas ⁊ fluctus cōsequenter exponit. Dixit et stetit spiritus procelle: significat quando dominus tempestates tribulationum nostrarum pia miseratione suspendit: ne malis crescentibus obruamur: sed iterum nisi ipso protegente liberemur. Hec dilatio nobis fit maioris causa periculi. Exaltātur enim fluctus in mentibus humanis: quando putamus meritis nostris attribui/ vnde sola videmur diuina gratia posse liberari. Sed isti fluctus narratione pulcherrima describuntur. Ascendunt enim vsqꝫ ad celos: quando seculi elationibus eriguntur. Descendunt vsqꝫ ad abyssos: cum in desperationez metūqꝫ peruenerint. Et vide quid sequitur: Anima eorum in malis tabescebat: vtiqꝫ quoniam vsqꝫ ad profundas abyssos formidine faciente descenderant. Tabescebat enim ⁊ in bono positum est: sicut.38. psalmus dicit: Et tabescere fecisti sicut araneam animā eius. Sed hic ideo additum est: In malis: vt in qua parte sit positum absolute debuisset intelligi. [Turbati sunt et † commoti sunt sicut ebrius: ⁊ omnis sapientia eoꝝ deuorata est]. De ipsis adhuc dicit: de quibus superius ait: Anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt: ad confusionem pertinet sensus. Commoti sunt: ad iras ꝓtinus, euomendas. Quapropter talium sapientiā dicit esse deglutitam: quia sapientia nō potest nisi apud quietos ⁊ imperturbatos inueniri. Sapientia eoꝝ bene de illis dicitur: qui sibi ante videbantur esse doctores: sed eam cōstat esse deglutitam: que perturbatis mentibus nō prevalet apparere. Istis ergo exemplis monentur sacerdotes: vt domino supplicent: quatenus cor eorum in humilitate consolidet: ne diabolicis tentationibus ventilentur. [Et clamauerunt ad dominū cum tribularentur: et de necessitatibus eorum † liberauit eos. Et statuit † procellam in auram: et siluerunt fluctus eius]. Illi velut ebrij: quorum sapientia deglutita videbatur: clamore salubri ad vitalia consilia redierunt ad dominum quippe conuersi: ceperunt esse iam sobrij. Quid autem egerit auxiliaris clamor exponitur. Et de necessitatibus eorum liberauit eos. Ipse autez necessitates/ quemadmodum remote sint: allegorica descriptione narrantur. Sequitur enim: Et statuit procellam in auram: ⁊ siluerunt fluctus eius. Tempestas illa seuissima que ab humana fragilitate non poterat sustineri: in auras tussa disparuit: confestimqꝫ fragor ille seuientium malorum imperio dominantis obmutuit. [Et letati sunt † quod siluerunt: et deduxit eos in portum voluntatis eorum: † et de necessitatibus eorum liberauit eos]. Dicit quod solet post pericula labore fessis emergere: vt se gaudeant ingenti clade liberatos: quando ad portum ceperint venire tutissimum. Portus enim: a portandis nauibus est dictus. Subiungitur repetita quidem sed nimis grata conclusio: vt de necessitatibus cunctis liberaretur animus estuantis. [Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominū]. Venit ad quintam sectionem: vbi gratias agere domino sanctā monet ecclesiam: quia diuersa beneficia humano generi

Ioan.16.

Esa.61.

Ioj.

Alt.ānficiēt

Ps.38.

Alt.mott

Alt.eduxit
Alt.procellas eius

Alt.quia
Alt.non hꝫ.

ETy.

pius miserator indulsit. Sed inspice cꝫ eundem versum quarto repetijt: vt quadrifaria illa mundi diuisio: quā superius dixit: A solis ortu ⁊ occasu: ab aquilone et mari: his cōcordans partib⁹ redderetur: quatenus fidelis confessio vbiqꝫ eadē: vbiqꝫ celeberrima cantaretur. Cōgruebat enim vt vnā religionē: vnū populū: vnā ecclesiā: vna quoqꝫ sanctitas predicationis includeret. [Et exaltent eum in ecclesia plebis: ⁊ in cathedra † senum laudent eū]. Exaltare dicit dominū: qui supra omnes celos: imo terrasqꝫ potestates excelsus est: non cꝫ illi quicqꝫ possit addi: sed vt nos in ipsius exaltatione debeamus augeri. Nam quando eum cogitamus atqꝫ laudamus: immensus ⁊ incomprehensibilis apparet altissimus. Hic autē plebē: non quicqꝫ abiectum hominū genus debemus accipere: sed illā nobilē vera religione pollentē que dñm religiosis actibus semp exaltat. Nam cum dicit: Et in cathedra seniorꝫ laudent eum: omnes doctores precipit laudes dñi psonare qui in cathedra seniorꝫ residere noscūtur: id est qui successores veterū pontificū esse meruerunt. Cathedram siquidem doctoribus dari/ in primo psalmo sufficienter expositus est. [† Quia posuit flumina in desertū: et exitus aquarū in sitim]. Causam reddit quare debeat domino confiteri turba fidelium: quia reprobata perfidia iudeorū: eis plenitudo venit ad populum christianū. Illa siquidem flumina: id est prophete vel apostoli: non credentibus iudeis ad deserta gentiū transierūt. Nam cū verba dei contumax populus hebreoꝝ spiritualiter nequaqꝫ suscipere voluisset: velut fons irriguus diriuatus ad gentes omnis diuinus sermo translatus est: et facti sunt vberrimi/ qui prius siccati fuerāt ariditate peccati. Mirabiliter autem dictum est: Exitus aquarū in sitim: id est ad gentes que aquas celestes sitienter hauirent: non vt iudei exitiabili contemptu respuerent. [Terram fructiferam in † salsilaginem: a malitia inhabitantiū in ea]. Quia prius dixerat gentiū euocationē/ que pertinet ad christianos: nunc dicit expulsionem iudeorū: que illis per superbiā proueniſſe declaratur. Terra enim erat fructifera: quando superna religione florebat: sed facta est salsilago: cū dñi precepta cōtempsit. Humor enim salsus fructibus ꝓbatur aduersus: quia vbicūqꝫ dominatus fuerit: gratiā fecūditatis intercipit. Sed quare illis cōtigerit causa subiūcta est: propter malitiam scilicet eoꝝ qui terrā illam fructiferam: id est domini tabernaculum: subdolis mentibus habitare videbantur. [Posuit desertū in stagna aquarū: et terrā sine aqua in exitus aquarū. Et collocauit illic esurientes: ⁊ cōstituerunt ciuitatē habitationis]. Iste versus ad populū pertinet christianum: quorū siccitati sacri baptismatis data est vnda salutaris. Stagna enim ꝓ fontibus ecclesiarū arbitror: posita: a quibus suscepta aqua/ quieto lacu retinetur: donec noue regenerationis dignitas impleatur. Stagna siquidez a stando dicta sunt. Terra enim sine aqua: incredula significat corda gentilium: que rigata vnda baptismatis sancta predicatione floruerit. Sed in isto beneficio illi collocati sunt: qui domini munera gloriosa nimia auiditate compleri sunt. Ciuitas autē habitationis: est ecclesia catholica: in qua firmiter se cōstituunt: qui supernis iussionibus obsequuntur. [Et seminauerūt agros et plantauerunt vineas: et fecerunt fructū natiuitatis. Et benedixit † eos ⁊ multiplicati sunt nimis: et iumenta eorum non sunt † minorata]. Seminant agros: et plantant vineas: qui corpora sua mundatis sentibus peccatorū/ celesti institutione purificant: vt fructus illos inueniant qui dño placere noscūtur. Felix labor: puentus mirabilis: sic operari vt redemptor gentiū placatus possit agnosci. Ager enim dictus est: ab agendo: ꝓ ibi diuersa victus causa peragantur. Addidit: Et fecerūt fructum natiuitatis: et benedixit eos et multiplicati sunt nimis. Fructus a fruendo dicitur: ⁊ ideo qui fructū spirituale facūt: benedictione domini perfruuntur: quos vero infecūdos esse contigerit abscidunt: sicut euangelij illa ficulnea: que luxuriantibus foliis sterilis videbatur in pomis. Multiplicati sunt autem: quando fideles benedicti sanctas operas intulerūt: ⁊ gloriosiores facti sunt per dei gratiam fecunditate meritorum. Sequitur: Et iumenta eorum non sunt minorata. Iumenta simplices homines debemus accipere: fidei quidē probitate pollentes: sed nulla disertitudine gloriosos: meliores vita cꝫ lingua: plurimū valentes non sermone sed corde: qualem paulū legimus simplicem qui demonibus imperauit. Tales ergo non sunt minores facti: qui magnā videntur domini gratiam consecuti. Sic ista hominū duo genera: habere sanctā testatur ecclesiā. [† Pauci facti sunt: et vexati sunt a tribulatione malorū et dolore. † Et effusa est contentio super principes eorum: et seduxerunt eos vana eorum: et † seduxit eos in inuio ⁊ non in via]. In his duobus versib⁹ illos describit qui heretica prauitate decepti: ecclesiam domini dereliquunt: de quib⁹ Ioannes apostol⁹ dicit: A nobis exierunt: sed non erant ex nobis. Nam si essent ex nobis: mansissent vtiqꝫ nobiscū. Isti ergo pauci fiunt: cuius multi sibi esse videantur. Nam ad illam vniuersalem ecclesiam comparati: omnimodis probantur exigui. Ibi vexati sunt a tribulatione malorum ⁊ dolore. Vexati vtiqꝫ: quādo eos diabolice insidie perculerūt. Necesse est enim hos dolor ⁊ tribulatio subsequatur: qui auctorem salutis reliquisse noscuntur. Sequitur: Et effusa est contentio super principes eoꝝ. Breuiter sacerdotes hereticoꝝ designati atqꝫ notati sunt: a quibus merito dicitur effusa contentio: quia non salutari doctrina: sed rantū mortifera loquacitate cōtendunt. Quippe qui scripturas diuinas locis aliquibus fusci piunt: ⁊ pro parte maxima derelinquunt: hi quoniam sua vanitate seducti sunt: per inuios labuntur errores. Quippe qui viam salutis deseruit: ⁊ tortuosis semitis immorantur. Audiant ergo vbi ambulant: ⁊ quo possint peruenire cognoscant. [Et adiuuit pauperem de inopia: et posuit sicut oues familias. Videbunt recti et letabuntur: ⁊ omnis iniquitas † opplabit os suū]. Superius de arrogantibus hereticis dixit: nūc ad humiles catholicos redit: principes illorum iniquos deserens: ⁊ istorum pauperes adiutorio celesti reficiens. Iste enim pauper: est vnus in omnibus qui mundanis illecebris derelictis: continue ianuam celestis misericordie pulsat: vt in illam familiam mereatur admitti: que sicut oues innocue simplicitatis honore decorātur. Hoc cū sancti viderint sine dubitatione gaudebunt: quia fidele respiciunt suis cetibus acquisitū. Quo facto diaboli iniquitas obmutescet: quādo electis dñi nouerit quod possit oppont. [Quis sapiens et custodiet hec: et intelliget misericordias domini]. Mirabilis psalmus: ⁊ decoro fine cōclusus est. Quis sapiens: ac si diceret: Qui vere sapiens est/ custodit ista que dicta sunt: vt christi se magis velit esse pauperem: cꝫ hereticorum principem: vt eligat se celestis regis pulsare ianuam/ cꝫ docere verba nocentia.

Alt.senioꝝ

Alt.non hꝫ.

ETy.

Alt.salsiginem

Alt.eis
Alt.minorauit

Alt.Et

Alt.non hꝫ.
Alt.errare fecit

ETy.

Alt.eorum

Iste enim qui potuerit sic eligere: sic iudicare: tunc accipiet misericordias domini: que nullo possunt tempore terminari. Conclusio.

LAudet oia psalmi huius / suaui fuerint predicatione narrata: ille tamē locus animū meū precipua delectatione permulsit: qui dei ecclesiam breui complexione de cunctis dicit mundi partibus adunandā. Ait enim: De regionibus congregauit eos. A solis ortu ⁊ occasu: ab aquilone et mari. Sed operi pretium est: huc versum paulo diligentius perscrutari. Est enim astronomice discipline optimus indicator. Dicendo enim quattuor cardines mundi: schemate quadranguli: terrarum orbem depinxit. Hunc autem psalmum a doctissimo patre Augustino reperi fuisse diuisum: quem ita se populo commemorat explanasse: vt eum tam non adeo crederet exponendum. Hoc nos quantum concessum est imitantes: vniuersos psalmos adhibitis diuisionibus credidimus partiendos: iudicantes explanationibus nostris non minima prebere solatia: quod tanti patris monstrauit auctoritas.

Explicit expositio in psalmum. 106.

Canticum psalmi Dauid. Cvij.

PAratū cor meū deus paratū cor meum: cantabo et psallā in gl̄ia mea. Exurge psalterium et cythara: exurgā diluculo. Cōfiteboꝛ tibi in populis domine: ⁊ psallā tibi in nationibus. Quia magna est sup celos misericordia tua: ⁊ vsq; ad nubes veritas tua. Exaltare sup celos deus: ⁊ sup omnē terrā gloria tua: vt liberent dilecti tui. Saluū fac dextera tua ⁊ exaudi me: deus locutus est in scō suo. Exultaboꝛ ⁊ diuidā sichimā: ⁊ cōuallem tabernaculoꝝ dimetiar. Meus est galaad ⁊ meus est manasses: et effraim susceptio capitis mei. Juda rex meus: moab lebes spei mee In idumeam extendā calciamentū meū: michi alienigene amici facti sunt. Quis deducet me in ciuitatē munitā: quis deducet me vsq; in idumeā? Nōne tu deus qui repulisti nos: ⁊ nō exibis deus in virtutibus nostris? Da nobis auxiliū de tribulatione: q; vana salus hoīs. In deo faciemus virtutē: et ipse ad nichilū deducet inimicos nostros.

ASLA.

AD hoc psalmo perquirēda nouitas ineſſe cognoscitur: qm̄ eum de quinquagesimisexti: ⁊ quinquagesimonoꝛ partibus constat esse cōmixtum. Sed cum ipsa verba sint posita: que in illis ante iā dicta sunt: ad intellectum tamen aliū perducuntur: qm̄ mutatus titulus / qui semper continentiā psalmi indicare monstratur: aliter partes ipsas q̄ superius dicte sunt persuadet intelligi. Canticum enim frequenter diximus ad diuinarū rerum contemplationem referri. Psalmū vero ad actuales operas: que tamē diuinis nosc̄untur cōuenire mandatis. Quod in primo versu etiam ipse testatur: Cantabo et psalmū dicam dño. Dauid autē significat regē Christū: qui in hoc psalmo locuturus est. Quapropter singula magna debem⁹ intentione p̄quirere: qm̄ psalmi in quib⁹ ex p̄sona sua loqui dignat: reuerentissima subtilitate p̄fundi sunt: vt tanti secreti dignitas densione velamine p̄tegatur. Diuisio.

DEr totum psalmum (sicut dictū est) loquitur dominus Christus: Primo ordine: per id quod homo est paterne glorie gratiam laudis exoluens: qm̄ suscipiens mirabile passionis arcanū: resurrexit in gloriā sempiternā. Secdo humiliat se per humilitatē suā: vbi tamē ⁊ potentiā p̄prie maiestatis ostendit: vt duas naturas veraciter in vna dñi Christi cognoscas esse p̄sona: nō q̄ in duos filios diuidatur Christus: sicut quoꝛūdā sentit impietas: sed q̄ vnus atq; idē filius dei: nūc ſm carnē pro nobis assumptā: nunc ſm potentiā verbi loquat ⁊ gloriā. Discerne enim naturas tam dei q̄ hominis: ⁊ oia sine offensione transibis: sicut a patribus sub breuitate preceptum est: Da passiones carni: da diuinitati miracula. Expositio.

DIcatum coꝛ meū deus paratum coꝛ meum: cantabo et † psalmū dicam domino]. Sanctitas illa gloriose incarnationis: dum suaz puritatem refert quēadmodum laudes dño dicantur ostendit. Paratus enim ille ad talia semp erat: qui ad preconia patris pēcatoꝝ discrepantiā non habebat. Nam ⁊ ipsa repetitio cōfidentiā p̄missionis ostendit: quia firmissime cōstat dicti / quod repetita noscitur professione solidari. Sed quod ille vere de se p̄mittit: nos bene dicimus si nobis peccata relaxari ipsius munere confidamus. Sequitur: Cantabo et psalmū dicam domino. Merito ille de se talia dicebat: cuius et sermo et actus diuinis regulis cōsonabat. In illo siquidem psalterio non erat chorda minus: nec voꝛ eius aliqua malorum actuum raucedine perstrepebat: sed tocūda exultatione cū spirituali cantico iungebatur ⁊ opera: eratq; illud dulciſonum reuera psalteriū: quod sanctis modulationibus consonaret. [† Exurge gloria mea: exurge psalterium ⁊ cithara: exurgam diluculo]. Postq; se dño Christus ſm carnē patri cantare dixit ⁊ psallere: nūc ait: Exurge gloria mea: que per psalteriū indicatur et citharā. Psalterium ad motum pertinet probitatē. Cithara ad afflictionem corporis ⁊ doloꝛem: per hoc ostendens ⁊ actus laudabiles et gloriosissimā passionē. Addidit: Exurgam diluculo. Pulcherrimus sequitur ordo dictoꝛum. Nam post significationem passionis: hoc necessarie de resurrectione dñi probat intelligi: quia tali tempoꝛe (euangelio teste) surrexit a mortuis. Quod si hoc ⁊ de mēbris eius velis accipere: etiā de quolibet fideli congruenter aduertis: quia diluculo semp exurgit: qui pijs operibus in ecclesia dominū laudaturus assistit. Nam licet profunda nocte vigilet: nescit tenebras pati qui tāto radiatur splendoꝛe preconij. [Confiteboꝛ tibi in populis domine: † psalmum dicam tibi † inter gentes]. His dictis vniuersalis significatur ecclesia: quia sicut sepe dictum est: primū multi de iudeo populo crediderūt: postea intromissa est gentium plenitudo. Et vide quēadmodū singulas causas congruentia verba distinguant. Confiteri se dicit in populo iudeoꝝ: vbi p̄pria voce locut⁹ est. Psallere autē in gentibus: ad quas directi apli mandata ei⁹ sanctis predicationib⁹ impleuerūt: se dicens reuera psallere: quod p̄ ministros suos cognoscitur effecisse. [† Quoniam magnificata est vsq; ad celos misericordia tua: ⁊ vsq; ad nubes veritas tua]. Hoc quoq; dicitur patri. Magnificata est enim misericordia ei⁹ vsq; ad celos: quādo superne potestates eius beneficijs p̄fruuntur. Nā licet bonoꝝ angeloꝝ ⁊ diuersarū potestatū summa dignitas habeatur: ipso tamē p̄state beati sunt. Magnificata est aūt vsq; ad nubes veritas ei⁹: quādo p̄dicatoꝛes verbi: velut imbrifere nubes infideles populos cōpluerūt. [Exaltare sup celos de⁹: et sup oēm terrā gloria tua]. Hoc excolit quod superi⁹ dixit: qm̄ premisit magnificatā esse vsq; ad celos misericordiā dñi: secutū est: Exaltare sup celos deus: vt cuius misericordiam manifestū est celestia continere: iuste super celos debeat exaltari. Et iterū quia dixit: Vsq; ad nubes veritas tua: merito subiectū est: Et sup oēm terram gloria tua. Ipsa enim se euidēter exponūt: que alterutra declaratione pandūtur. [Ut liberentur dilecti tui. Saluum fac dextera tua et exaudi me]. Venit ad secundā narrationē: quā diximus quinquagesimononi psalmi esse vltimā partē. Unde merito hic facta diuisio est: vbi pars alterius psalmi noscitur esse p̄iūcta. Et vt euidenter intelligas passionē dñi ad vtilitatem fidelis populi fuisse collatā: saluū se fieri deprecatur: vt credentiū turba libereꝛ. Quod tēpore resurrectionis euenisse nō dubiū est: qñ a postoli vel oēs credētes deitatem dñi saluatoꝛis tali manifestatione senserūt. [Deus locutus est in sancto suo. † Letaboꝛ ⁊ diuidam sicimā: ⁊ cōuallē tabernaculoꝝ † metiboꝛ]. Per hunc et alios tres versus qui sequuntur: mixta grecis latinisq; sermonibus: figurā faciunt Sardissimos: que fit diuersarū cōmixtione linguarū: sicut tam in quinquagesimonono psalmo dixim⁹. Nūc ad exponenda verba redeamus. Cū dicit: In sancto suo deū locutū: se significat euidenter. Et intellige quam vim habeat in sancto suo. Non enim dixit p̄ sanctū suū: sicut p̄ prophetas: p̄ apostolos aliosq; qui dño placuerūt. Sed hic dicit: in sancto suo: vt verbū caro factū vna voluntate cū patre loqueretur. Sequitur: Letaboꝛ et diuidam sicimā. Significationes omniū istoꝝ nominū sollicite debemus exquirere: qm̄ occultarū rerū reuelare nobis p̄bantur arcana. Sicima / interp̄etantur humeri. Humeri aut̄ significant opa quib⁹ annitentibus atq; gubernātibus solemus aliq̄d manib⁹ operari. Sensus ergo talis est: Post resurrectionē suam letaturū se dicit: qm̄ operā. i. gratiā suam apostolis ⁊ fidelibus diuisit: qui passionis ipsius ⁊ predicationis gloriā sunt secuti. Addidit: Et cōuallē tabernaculoꝝ metiboꝛ. Cōuallem: significat humilitatē. Tabernaculoꝝ: ecclesiarū dicit: quarū specialiter sanctissimam cōstat esse virtutē. Hanc ergo humilitatē metitus est dño: qñ vnicuiq; fideliū p̄ut voluit caritsmatū dona distribuit: sicut dicit apostolus: Unicuiq; aut̄ nostrū data est gratia ſm mēsurā donationis Christi. [Meus est galaad: ⁊ meus † manasses: ⁊ effraim † fortitudo capitis mei. Juda rex meus]. Galaad: latina lingua dicit transmigratio: que reuera dñi est: qñ gentes ipsius vocatione cōpuncte: ad eū feliciter emigrarūt. Manasses interp̄etat oblitio: quo verbo significatur ppls iudeoꝝ: qui oblitus bñficia diuina: Christū dñm sacrilega p̄sumptione crucifixit: postea tñ eius miseratione ad ipsius religionez culturāq; remeauit. Sic vtrūq; populū nominū istoꝝ cōmemoratiōe suū esse testatur. Sequit: Et effraim fortitudo capitis mei iuda rex me⁹. Istud de sua passione locutus est. Effrē: fructificatio dicitur. Significat enim coꝛonam spineā: quā supra caput impositā in sua passiōe suscepit.

Hec fertilis vitra oēs fructus fuit: vt totū mundū illa humilitate lucraretur. Judā vero regē iste suū dixit: quia de eius origine carnis propagatione descendit. [Moab † olla spei mee. In idumeam extendā calciamentū meū: michi † allophili subditi sunt]. Moab: sicut Hieronymo placet: significat ex patre: qō est sine patre. Unde diabolū vult intelligi qui malis operationibus deū nō habet patrē: ſz iustū iudicē. Iste ergo ollē cōparatur que carnes susceptas decoquit ⁊ in quādā suauitatē feruido vapoꝛe perducit. Sic ille sibi traditos incessabili cōsummatione castigat: coſqz nolens in humilitatē p̄fessionis assidua insecutiōe p̄ducit. Ergo more humanitatis / dño dicit de diaboli persecutione spem sibi esse: q: multi quos ille festinat affligere: conuersi nitunt ad dñi bficia remeare. Sequitur. In idumeā extēdā calciamētū meū. Idumea: terrena significatur: ⁊ sanguinea: q̄ dño per euāgelij p̄dicationē possessurū se esse significat. Calciamētū em̄ in qnquagesimonono psalmo: euāgeliū diximus ſignificari: qō dño vsq; ad holes terrenos extēdēs: lege sua mūdū vniuersali predicatione compleuit. Adiecit: Michi allophili subditi sunt. Allophili: alienigene interp̄tant. Significat aūt p̄ḡm christianū: qui de diuersis gētib⁹ ipsius miseratiōe collect⁹ est. Subditos em̄ qō dicit: futuros fideles esse testat. [Quis deducet me in ciuitatē munitā: † aut qs deducet me vsq; in idumeā]: Aperte humanitatis aptissima interrogatio p̄mittit: vt p̄sequēs responsio subsequat. Negat em̄ hoim se solatio p̄duci posse: vbi ipse ad liberādos fideles suos desiderat p̄uenire. Ipsa em̄ natura hoc humiliter dicit: q̄ ait: Deꝰ deꝰ me⁹ respice in me: quare me dereliquisti. Ipsa que dixit: Qui misit me maior me est. Ad postremū q̄ ait: Pater si fieri potest trāseat a me calix iste. Ab ipsa em̄ parte totū humiliter accipitur: vt homo deꝰ p̄fectissimus sentiat. Ciuitas munita: forte significat infernū: quā nulla humana vis potuit aperire: nisi qui portas ei⁹ cognoscit infregisse. Unde in p̄cedēti psalmo dictū est: Quia p̄truit portas ereas: ⁊ vectes ferreos cōfregit. Urbs ad susciptendū patēs: ad dimittendū clausa ꝓhibet: que tūc munitionis sue legē p̄didit: quādo eā gentū redēptoꝛ intrauit. Nā portas in malo ⁊ in bono ponit: psalm⁹ 23. testatur: qui ait: Tollite portas principes vestri: ⁊ eleuamini porte eternales. Idumeā: diximus terrena significare: ad q̄ dño post resurrectionē venit: quando inestimabili gloria parefacta vniuersis gentib⁹ oipotēs innotuit regnatoꝛ. Ipso em̄ modo et ista petit fieri: sicut illa que superius dixit. [Nonne tu deꝰ qui repulisti nos: ⁊ nō † egredieris deꝰ in virtutib⁹ nostris]. Secuta est illa quā in superioꝛi versu suspenderat absoluta confessio: qm̄ hec que in resurrectione facta sunt: a sola potuerūt deitate cōpleri. Quis enim clausturū mortis infringeret: quis tanuas munite ciuitatis aperiret: nisi ipse dño Christus: qui cōtra ordinē humane nature tertia die surrexit a mortuis: ⁊ gloriā sue maiestatis ostendit: Et intuere subtiliter: quia superioꝛa singulari numero p̄curit: hic aut̄ pluraliter perhibet se repulsum: vt caput cū membris suis talia dicere sentiatur. Repulisti nos: significat esse dilatum eum: quia ⁊ ipsum ad glorificationē suam constat esse dilatum: cum in hac vita moꝛaretur: et omniū fideliū hodiegz gloria suspenditur: donec ad resurrectionis premiū veniatur. Sequitur: Et non egredieris deus in virtutibus nostris. Tempus illud significat: quādo tentus ⁊ traditus est a turba iudeoꝝ: quando flagellis cesus a p̄side dementiū iudeoꝝ sputa sustinuit.

aLexultabo Alf. dimetiar SCIBE.

Alf. est Alf. susceptio

Ephe. 4.

Alf. psallā i Alf. in nationibus

Alf. non hꝫ.

Alf. exibis

Pō. 23.

Joan. 14. Matth. 26.

Pō. 21.

Alf. lebes Alf. alienigene amici facti JNTER

Tunc enim si voluisset et diuinitas ista repellere: omnis aduersitas confracta cecidisset. Sed distulit miraculum sue potestatis ostendere: vt dispensatū ordine ꝓficue passionis impleret. Hoc ꝛ fidelib⁹ vsu ꝓuenit: cū ad probationē suaꝫ diuersis cladib⁹ affligantur. [Ma nobis auxiliū de tribulatione: ⁊ et vana salus hoīs]. Hic cum membris suis dñi clamat humanitas: vt de tribulationibus istius mundi resurrectionis securitas ꝓcedatur: quatenus tandē aliqñ tēpestas huius seculi cōquiescat. Non enim auxiliū petit de delitijs: sed de tribulatione: vnde hominib⁹ per diuinā clementiā notuit ꝓuenire remedia. Et ne in potestatib⁹ mundi spes vlla remaneret: adiecit: Et vana salus hoīs: quia reuera infirma talis est et caduca presumptio. [In deo faciemus virtutē: ꝛ ipse ad nichilū deducet ⁊ tribulantes nos]. Hec ꝛ dñi saluatoris: ꝛ cunctoꝝ fideliū vox est: qñ ipsi alibus atqꝫ carnalibus inimicis efficaciter diuinis virtutibus obtutur. Audiant quoqꝫ hūc psalmum: qui carnē dñi dicunt ꝛ diuinitatē vnius esse nature: Quos merito celestis oratoꝛ Ambrosius in libro de incarnatione dñi increpat dicēs: Que tantū sacrilegiū inferna vomuerūt? Jam tolerabiliores sunt arriani: quoꝝ per illos perfidie ipsius robur adolescit: vt maiore contentione asserant patrē et filiū ꝛ spiritū sanctū vnius non esse substantie: quia isti diuinitatem dñi ꝛ carnē substantie vnius dicere tētauerunt: ꝛ cetera que locus ipse nosc̄itur continere mirabilis. Quapropter itelligāt illius se scelestiores potissimū dictos: quos a se vniuersalis ecclesia reddit extraneos. Non immerito: Nam cū verbū caro factum Christi nomen acceperit: aliudqꝫ sit verbū: aliud caro: in vna natura positus (sicut ipſi volūt) dici Christus: nō potest inueniri nequior pfidia (nisi fallor) cūctis hereſibus. Nam cū diuerse particulatim tangant matestatis iniuriam: hec sola prohdolor ausa est presumere: vnde ꝛ ipsum nomē fidei nostre nitatur fundit⁹ abrogare. Sciendū sane hūc psalmū sextū esse ex his/quos de duabus naturis locuturos esse predixim⁹. Conclusio.

Alt. quia

Alt. inimicos nostros

¶Quā bene sibi copulantur que ad salutem operā dā generis humani ab vno fonte descēdūt. Quis enim nō miretur in superioribus diuersisqꝫ psalmis dictū: qđ hic in tantā cōuentiā ꝓbatur esse perductū? Sic ꝛ ipse Dauid in paralipomenon: psalmoꝝ partib⁹ adunatis: hoc est cētesimiquarti ꝛ nonagesimiquinti: et centesimiquinti: spū sctō repleꝰ ante arcā federis laudes dñi magnis exultationib⁹ psonauit: vt tanqꝫ ex diuersis aromatib⁹ suaue incensuꝫ fieret: qđ ad conspectū dñi feliciter ꝓueniret. Sine difficultate quippe ꝓiungitur: qđ sibi nullaten⁹ repugnare monstratur. Quapropter et hūc psalmū ex alijs ideo credimus esse formatū: vt aia esuriens saporꝫ diuersitatib⁹ pasta recreetur. Unde ꝛ hodieqꝫ de partib⁹ psalmoꝝ aliquid cantoꝝ cōpaginare arbitroꝛ esse permissum. Nā ꝛ hoc huic loco ꝓuenire diuditoꝛ: qđ operatio dñica ex duobus populis vnā facit ecclesiam.

¶Explicit expositio in psalmum. 107.

¶In finem Psalmus Dauid. Cviij.

Deus laudē meā ne tacueris: quia os peccatoris et os dolosi super me apertū est. Locuti sunt aduersuꝫ me lingua dolosa: ꝛ sermonibus odij circūdederūt me ꝛ expugnauerūt me gratis. Pro eo vt me diligerent detrahebant michi: ego autē orabam. Et posuerūt aduersum me mala pro bonis: ꝛ odiū pro dilectione mea. Constitue super eū peccatorem: et diabolus stet a dextris eius. Cū iudicatur exeat cōdemnatus: et oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci: et episcopatū eius accipiat alter. Fiant filij eiꝰ orphani: ꝛ uxor eiꝰ vidua. Nutantes transferantur filij eius ꝛ mendicent: eijciantur de habitationib⁹ suis. Scrutet fenerator oēm substantiam eius: et diripiāt alieni labores eius. Non sit illi adiutor: nec sit qui miserea tur pupillis eius. Fiāt nati eius in interitū: in generatione vna deleatur nomē eius. In memoriam redeat iniquitas patruꝫ eius in cōspectu dñi: ꝛ peccatū matris eius non deleatur. Fiant cōtra dñm semper ꝛ dispereat de terra memoria eoꝝ: pro eo qꝫ non est recordatus facere misericordiā. Et persecutꝰ est hominē inopem ꝛ mendicū: et cōpunctū corde mortificare. Et dilexit maledictionē et veniet ei: ꝛ noluit benedictionē ꝛ elongabitur ab eo. Et induit maledictionem sicut vestimentū: ꝛ intrauit sicut aqua in interiora eius: ꝛ sicut oleum in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentū quo operitur: et sicut zona qua semp precingit. Hoc opus eoꝝ qui detrahūt michi apud dñm: ꝛ qui loquunt mala aduersus animā meā. Et tu dñe fac mecū ꝓpter nomē tuū: quia suauis est misericordia tua. Libera me quia egenus et paup sum ego: ꝛ cor meū ꝓturbatū est intra me. Sicut vmbra cū declinat ablatus sum: et excussus sum sicut locuste. Genua mea infirmata sunt a ieiunio: ꝛ caro mea imutata est ꝓpter oleū Et ego factus sum oppꝛobriū illis: viderūt me et mouerunt capita sua. Adiuua me dñe deus meus: saluum me fac ꝓpter misericordiam tuā. Et sciāt qꝛ man⁹ tua hec: ꝛ tu dñe fecisti eā. Maledicent illi et tu benedices: qui insurgūt in me ꝓfundātur/seruus autē tuus letabitur. Induant qui detrahūt michi pudore: et operiantur sicut diploide cōfusione sua. Confiteboꝛ domino nimis in ore meo: et in medio multoꝝ laudabo eū. Quia astitit a dextris pauperis: vt saluam faceret a persequentibus animam meam.

Titulus iste psalmi precedentiū verboꝝ expositione tam notus est: et ideo referendus est ad regem supernuꝫ: quoniā omnes sermones ipsius tendunt ad dominū Christum. Ipse enim in hoc psalmo locuturus est iniquitatē iude vel populi iudaici: et passionis sue

sacramenta predicens. Diuisio.

Est totum quidē textū: sicut dictum est: loquitur dñs Christus. Prima parte iudeos increpat: qui mala pro bonis creatori suo reddere maluerunt. Secunda Jude traditoris ꝛ pfidi populi narrat iniquitas: ꝛ que illis erūt pro tanta detestatione ventura predicuntur. Tertia: p id qđ homo est: vt liberatus periculo passionis: cito resurrectionis gloriā cōsequat. Expositio.

Deus laudem meā ne tacueris: quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est. (Locuti sunt aduersum me: lingua dolosa.) Dñs saluator petit per id quod formā serui est dignatus assumere: vt laudem eius resurrectionis fileri nō faciat pater: qui ꝑm carnis humilitatem iudeorum erat cōtra dura passurus. Hoc est enim. Laudem meam ne taceas: id est ne taceri facias. Est enim decora diuersitas: vt qñ inimici mendacia ioquebantur: cōtra eos toto orbe veritatis testimonia canerentur. Sic enim illos per gloriam sue resurrectionis cōuinci desiderat: vt reatum proprie pernersitatis agnoscant: ꝛ celerius recurrant ad remedia confessionis: ne in eternum perire debeant contumaces. SCIDE. Que figura dicitur Synchisis: id est collatio que fit quādo comparatione quadā iustiorem causam nostram ꝙs aduersarij demonstramus. Sed ista laus certa erat: quia de veritate manabat. Sermo autem ille falsissimus cognoscebatur esse: qui de ore doloſi ⁊ perfidi probabatur exire. Nam quēadmodum potest dici verū: quod ipsi veritati docetur aduersum? Apertum tragꝫ os/ cōtumelias designat quas pertulit a iudeis. Sed hic singulare numerū ideo ponit: quia sicut sepe dictū est: populū vtrocꝫ modo appellari fas est. Nam licet nomine vnus audiatur: intellectu tamen plurimi esse noscuntur. Sequitur. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa. Locuti sunt igitur lingua dolosa: quando sanctam domini simplicitatem verbis captiosissimis appetebant dicētes. Licet tributū dare Cesari? Matth. 22. Et illud. Magister scimus quia verax es. Hec enim verba subdola cogitatione proferebāt. (Et sermonib⁹ odij circūdederunt me: ⁊ expugnauerunt me gratis.) Dicendo. Sermonibus odij circūdederūt me: tēpus illud significat quando iniqua conspiratione Pilato dixerūt. Crucifige crucifige. Hā sermones vtiq; odiorum non veritatis fuerūt: qui morte immaculati expetere videbantur. Circūdederūt autē insanā significat multitudinem: que quaquauersum verba nequissima personabat. Expugnauerūt autē gratis: quando ante presidē innocētis sanguinē falsis accusationib⁹ impetebāt. Gratis vero dixit: quia factū eoꝝ nullū illis potuit afferre cōpendiū: sed magis detestabile pullulauit interitū. Nam sicut iusti gratis amāt dñm cū eum ꝓpter se tm̄ diligūt: non ꝓpter aliquod tēporale beneficiū querūt. Ira impij gratis execrantur: quia causam iusti odij reperire non possunt: sicut ⁊ in. 68. psalmo dictū est. Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderūt me gratis. (Pro eo vt me diligerēt detrahebant michi: ego aūt orabā ⁊ Posuerunt aduersum me mala pro bonis: et odiū pro dilectione mea.) In his duob⁹ versibus: facienda est rerū positarū distincta separatio: vt ea que occulte dicta sunt manifestius innotescāt. Tribus igitur modis peccatū omne cōtrahitur. Primus delictoꝝ gradus est: non reddere bona ꝓ bonis. Secūdus reddere mala ꝓ malis. Tertiū extremū est vitioꝝ: tribuere mala ꝓ bonis. Cōtra: tali numero laudabilia paguntur: impendere bona ꝓ bonis. Secūdo: malū pro malo non reddere. Tertio: pfectissimū virtutis genus est: bonū ꝓ malo tribuere. Et nota: qñ sicut iudei extremā illā vitiosissimā partem facere decreuerūt: vt cum diligere debuissent/ ad odia iniqua ꝓsilirent: ita dñs summū illud bonū perfecta pietate restituit: vt in cruce positus pro illis oraret: qui eum decreuerunt impia voluntate trucidare. (Constitue sup eū peccatorē: ⁊ diabolus stet a dextris eius.) Venit ad secundā partē: in qua primū de Juda malox omniū capace multa dicturus est. Deinde plurali numero miscet ⁊ impios iudeos: q̄ filij ipsius imitatione sceleris extiterūt. Quapropter certissimus futuroꝝ predicit supra Judā traditorē cōstituendū esse diabolū: qui merito peccator dicitur: qñ delictū traditionis ab ipso sumpsit initiū. Et ne forsitan dubitares de quo diceretur adiectū est. Et diabol⁹ stet a dextris eius: scilicet quia nulla meruit confessione saluari: sed desperatione malorū laqueo prefocat⁹ occubuit. Nec potuit dexterā habere liberā: qr̄. tota sinistre partis scelera sapiebat. Sic em̄ vnusquisqꝫ facere significat: qualis est ille qui eius dexterā tenet: vt est illud in malo. Dextera eoꝝ dextera iniquitatis. In bono. Prout debā dñm in cōspectu meo semp: qñ a dextris est mihi. Quapropter his significationib⁹ totius vite nre qualitas indicatur. (Cum iudicatur exeat condēnat⁹: et oratio eius fiat in peccatū.) Hoc dicitur de futuro iudicio: quando peccatores iustissima pronunciatione dānabunt: vt est illud euangelij. Discedite a me maledicti in ignem eternū: qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius. Et cōsidera quod dixit Exeat: scilicet de congregatione iustoꝝ: vnde omnis qui egreditur impiorū partib⁹ aggregatur. Oratio vero eius quā inter alios apłos susceperat pagendā: in grauissimū illi peccatū ꝓbatur esse cōuersa: quando ibi cōtinetur. Et dimitte nobis debita nra: sicut ⁊ nos dimittimus debitoribus nostris. Sed qđ ille debentibus dimitteret: qui beneficioꝝ olim tradebat auctorē? Merito ergo in peccatū illi conuersa est sancta oratio: qui detestabili peccauit exemplo. (Fiant dies eiꝰ pauci: ⁊ episcopatū eius accipiat alter.) Sic dicit paucos dies Jude fieri debere: quasi longa etas eius p crudelissimū peccatū iminuta esse videatur: sicut ⁊ alibi dixit. Viri sanguinū ⁊ dolosi non dimidiabunt dies suos. Sed hoc fieri merito videtur: cū tantoꝝ sentoꝝ cōparank. Nā cū alij centis annis viuā: dimidiata illoꝝ etas cōspicitur qui nec quinquaginta vixerūt. Sic et Jude apostolatus pauci dies facti sunt: quādo alij poit ipsum apłi custodita ta dñi voluntate manserūt: vt ne numerus ille sacratissimus apłoꝝ Juda mortuo rumperet. Jam tūc predict⁹ est in eius loco alter fieri: vt duodenarius cal culus custodita integritate cōstaret. Episcopat⁹ autē summ⁹ in ecclesia gradus est. Episcopus dict⁹ supinspectoꝛ: eo qꝫ dñi gregē ipsius gratia suffragāte quasi pastoꝛ cautissimus alta sede custodiat: sicut Ezechiel ꝓpheta dicit. Speculatorē te posui domui israel. Et nota quia in veteri testamēto hic primū hoc nomē positū est. Cuius rei virtutē apostolus euidēter insinuat dicens. Qui episcopatū desiderat bonū opus desiderat ⁊c. Quapropter nomē istud nō tam honoris est: q̄ laboris. Nā q̄ alios speculādos suscipit: se iugi debet excubatione ꝓspicere: vt nō illi ꝓtingat qđ dicit apłus Ne alijs predicās: ipse reprobus efficiar. Illudqꝫ meminisse nos ꝓuenit: in actibus apostoloꝝ euidētissime declaratū: hunc verum de Juda esse conscriptū. Aut

Pā. 143.
Pā. 15.
Matth. 25.
Ibidem. 6.
Pā. 54.
Ezech. 3.
1. Timoth. 3.
1. Corin. 9.

Act.1. em Petrus: Viri fratres opz implere scripturā quaz prędixit spiritus sanctus p os Dauid de Juda: q̄ fact̄ dux eoz̄ qui cōp:hēderūt Jesum. E: paulo post sequit. Scriptū est em in libro psalmoz̄. Fiat habitatio eius deserta: z nō sit qui inhabitet in ea: z epatum eius accipiat alter: vt nulli dubū sit de ipso hoc oīmodis sentiendū. Sic illū psalmū de passione dñi/et euāgelicis verbis/z Petri apli attestatiōe cognoscimus esse ypphetatū. In hoc aūt versu figura est intelligēda Ephereresis: q̄ latine dicit exceptio: qm̄ Judas ab honore epatus: id est apostolatus excipitur. (Fiant filij eius orphani: z uxor eius vidua.) Quāuis alibi nō legak Judam uxorem habuisse/vel filios: tm̄ ex ista ypphetia eum maritū/patrēq; fuisse dak intelligi. Illo em̄ accūbente: affectibus eius sine dubio talia cōtigerūt: vt vidua fieret uxor: relicta: z filij orphani cū patre caruissent. Quod si ad spirituale sensum velis referre: filij possunt intelligi qui eū in illa traditiōe secuti sunt: uxor uolūtas: que nobis tanq̄ cōiunx semp adiūcta est: de qua filios parimus: cū opas nostras quasi quodā vētre generamus. (†Cōmoti amoueant filij eius/z mendicēt: eiciant de habitatiōibus suis.) Ad vtrūq; qđ dictū est poterit ptinere: siue ad carnales filios/siue ad opas nostras. Cōmoti significat violēter expulsi: vt hoc grauiter doleāt qđ patiūtur inuiti. Mendicēt/bonarū rerū indigentiā significat: vt olim̄ pateat nullā eos opem habuisse ratiōis qui talia sunt secuti. Ejiciunt vero de habitatiōibus suis qñ de gregatiōe dominici populi reddunt alieni: vbi nō mēte/sed tm̄ corpore prius habitasse videbant. (Scrutetur fenerator: omne substātiam eius: et diripiāt alieni † oēs labores eius.) Per cōparatiōes factas versus ille declarādus est: vt totius nobis cōfusiōis remoueat obscuritas. Debitor/qñ ad psoluēdū idoneus nō est: fenerator: ei⁹ a iudice pcepta fiducia ingredik domū obnoxij sui: et oia quecūq; habere pōt diripit/et satisfacit sibi p pecunia mutuata: sic et diabolus qñ peccata hominibus multa congregauerit z in eis obstinata volūtate p̄siterint: accipit potestatem vt obnoxij sui substātiam diripiat: et p libito suo de humana sibi laceratiōe satisfaciat. Hoc nūc optatur Jude: vt datus in potestatē diaboli: bonis omnibus exuidet. Alieni quoq; sunt spiritus immūdi: quibus diabolus tanq̄ mācipijs imperat ad nocēdum. Et bene dicti sunt alieni: qui a regno dñi pbāt extranei. Isti labores diripiūt mandata dñi transgredientiū: dū eos bonis omnibus priuauerint pcepta licentia. (Non sit illi adiutor: nec sit qui misereat pupillis eius.) Qm̄ z bonivīri diaboli quidē tentatiōe pulsantur: sed dñm adiutorē habere non desinunt: vt ab imminenti periculo liberētur: malos dicit tali adiutorio deserēdos: vt remaneat iniquitas desperata cui subtrahit saluberrima medicina. Pupilli vero dicti sunt quasi pusilli: q̄ parui tate etatis ad regendū se pbantur infirmi. Unde z pupilla oculoz̄ dicta est: q: ossino in corpore nostro videt exigua. (Fiant nati eius in interitū: in una generatione deleat nomē eius.) Eosdem natos dicit: quos supius pupillos ait. Et qñ solent aliqui peccatoz̄ genus ppagare longinquum: ipam quoq; spem illis posteritatis abscidit: ne quo se bono mentes pessime cōsolent. Siue magis vna generatio illa dicenda est: quādo nascimur in peccatis. Et ideo petit vt ad secūdam: id est regenerationis nō perueniant: qui tm̄ in predestinatione repulsi sunt: vt in prima peccatoz̄ suoz̄ fece dispereant: nec secūde natiuitatis beneficio laqueum mortis euadāt. Sed hec et his similia de illis dicunt qui in dñi iudicatiōe damnādi sunt. (In memoriā redeat iniquitas patrū eius in cōspectu dñi: z peccatū matris eius nō deleatur.) Per tropologiam dicit in memoriā dñi peccata redire maioriū: vt et nouis delictis nefarius Juda: et parēs erroribus toz: queat. Pīscoz̄ em̄ peccatis: sicut sepe diximus ita quis reus est: qñ eoz̄ sceleribus sequacissimus inuenit. In cōspectu dñi: id est in discretione iudicij: qm̄ dum peccata dñs respicit: auctores eoz̄ sine dubitatione pcellit. Inde z ypheta clamat: Auerte faciem tuā a peccatis meis. Peccatū vero matris eius est synagoge nota pteritas: vt et ypphetas occideret: nec ab ipīs demonū sacrificijs abstineret. Sacrilegi enīz Jude traditoris illā partem dicit esse genitricē: non que viros sanctos p̄tulit/sed que innocētium sanguinem fudit. (Fiant contra dñm semper: z dispereat de terra memoria eoz̄.) Hūc plu ralem numerū ponit: q: iudeos mauult contumaces intelligi. Naz sicut in vno sancto multos beatos aduertimus: vt est illud: Tu es petrus: z super hanc petram edificabo ecclesiā meā: sic iterū in vno pessimo multi detestabiles cōtinētur. Petrus em̄ gerit ecclesie typū. Juda vero damnāde babylonie portat imaginem. Unde merito posī eum de psidijs dicit: q: ipm scelerati malis facinoribus subsequūt. Fiūt ergo pec catoz̄es cōtra dñm semper: quādo a regno ejus alienari in gehenne contrarietatem justitia facient: mittendi sunt. Nam cum dñs sit eterna beatitudo: cōtra ipsum fieri bene dicit: qui perenni vltione damnatur. Disperit aūt de terra viuentium: qui in beata patria non vidēt. Nec in cōmemoratiōem veniunt: quando nullam vlterius misericordiā consequunt. Illos em̄ dicimur memorari: quibus sumus aliqua p̄staturi. (Pro eo qđ non est recordatus facere misericordiā.) Dicit iustissime vltionis causam: qm̄ pietatem nō potest inuenire qui eam alijs cōtempsit impēdere: sicut scriptū est: Beati misericordes: qm̄ ipsis miserebitur deus. Sed q̄uis ad singularem numerū reuersus sit adhuc tm̄ intelligere debemus populum iudeoz̄: qui misericordiā non fecit apostolis/vel fidelibus christi: qñ eos post passionē dñi iniqua persecutiōe vexauit: q: istud de Juda nō potest intelligi quādo ante crucifixionē dñi de hac luce transiuit: z affligere non potuit fideles eius: q: tēpus eos nō habuit psequendi. (Et psecut⁹ est hominē † pauperē z mendicū: z cōpūctū corde † mortī tradidit.) Et istud adhuc de iudeop est populo sentiendū: qui z christū/et discipulos eius nefanda p̄sumptione trucidauit. Persequi plerūq; facit holes: aut diuitiarū ambitus/aut supbie odiosa iactantia. Pauperē vero z mēdicū insequi sola seuitia est: cuius nec honor querit/nec abundātia facultatis ambit. More aūt suo a natura hūanitatis assumpte pauperē se dīxit/ z mendicū esse cōmemorat. Mēdicus de nostro: diues de suo: sicut dicit apls: Qui p̄ pter nos pauper factus est cum esset diues: vt illius inopia nos diuites essemus. Compunctū vero de ipo capite dici posse nō arbitror: q: tale non occurrit exēplum: sed magis compunctū ad peccatorē estimo referendū: qui delictoz̄ recordatione compūgitur: vt ad satisfactionē redire mereat. Quod innumeris locis scriptura testat. Necessarie itaq; de membris accipiendum est: q: christus dñs peccata non habuit. Populus enīm iudeoz̄ compūctos corde psecutus est: sicut de beato Stephano/vel Paulo apīs cōstat

Mr. mutātes transferant.

Mr. non hz.

Wat.16.

Wat.5.

Mr. inopē.

Mr. mortīs care.

2.Cor.8.

Centesimusoctauus. Fol. Clxx.

Mr. elongatur. Matth.27 effectum. (Et dilexit maledictionē z veniet ei: et noluit benedictionē et † plongabitur ab eo.) Adhuc de perfido populo dicit: quia dilexit maledictionē: tunc scilicet quando ait. Sanguis eius super nos et super filios nostros. Quod ei prouenisse manifestū est: qui contra dñm impia uolūtate durati sunt. Noluit aūt benedictionē predictus populus: quando a ceco illuminato interrogatus est. Nūquid z vos vultis discipuli eius fieri? At illi quasi maledicto acerrimo prouocati responderūt. Tu sis discipulus eius: nos aūt Moysi discipuli sumus. Quo dicto prolongata est ab eis benedictio: quando illis relictis venit ad gentū fidem: sicut dicit apostolus. Vobis quidē oportebat loqui verbū dei: sed quia repulistis illud: et indignos vos iudicastis eterne vite: ecce conuertimur ad gētes. (Et induit maledictionē sicut vestimentū: et intrauit sicut aqua in interiora eius: et sicut oleum in ossibus eius.) Subtiliter intuendū est: quēadmodum peccati ipsius qualitas quibusdā dictionibus indicetur. Primo induit se predict⁹ popul⁹ maledictione sicut vestimentū: quando instigante diabolo cōsensum prebuit vt dñm Pontio Pilato tradere maluisset. Ibi enim quod āmodo more vestis indut⁹ est: vbi tali voluntate noscitur inuolutus. Secundo intrauit maledictio in interiora eius sicut aqua: quando deliberauit facere qđ et fuerat iniquissima inspiratione suggestū. Aqua enim quādo visceribus vitiosis recipitur semp ingreditur ad nocēdū. Tertio influxit iniquitas sicut oleū in ossibus eius: quando effectum rei inaudita peruersitate compleuit: vt tam non intrioza carnis/sed etiā ipsa ossa penetrasse videretur. Dicēdo enim. Oleum significat delectationē facinoris: quod sic corpus nostrum molliter ingreditur: vt nos quadam iocūditate permulceat. Quod constat malis membris accidere: quando in scelere suo aliqua delectatione gloriantur.

Mr. operik. (Fiat ei sicut vestimentū quo † operietur: z sicut zona qua semper precingitur.) Adhuc in ipīs cōparationibus perseuerat: vt hoc peccatū quo ille inuolui maluit: similitudine vestis alterius indicet. Supra enim dixit Induit: quod pertinet ad tunicam: nunc dicit Operietur: quod videtur pallio cōuenire: vt geminata vestis ingentū significet onera peccatoz̄. Sequitur. Et sicut zona qua semper precingitur. Zona hic: non illa mulierbus accipienda est: sed illud baltheum quo nostros lumbos accingimus: sicut in euangelio de Joanne: de Helia vero in regū volumine legitur.

Matth.3. 4.Reg.1. Et zona pellicea circa lumbos eius. Hoc enim nomē vtraq; significatione notatū est: qua similitudine dicit sic peccatis illigantibus fuisse cōstructū: vt nunq̄ suis onerib⁹ exueretur obstinationis pegrauat⁹ perfidia. O infelix populus: cui⁹ male vestitus est. Iste vestes sunt: que peccatores ardere faciunt non calere: que in flāmam mittunt/non a frigoris necessitate defendunt. (Hoc opus eoz̄ qui detrahunt michi apud dñm: et qui loquuntur mala aduersus animā meam.) Hunc versum cōtra omnes quidē perfidos debemus accipere: sed tamen specialiter duas hereses videtur impetere. Apud deum patrē detrahunt arriani: quando ei filium minorē esse testantur: z impudenter infitiatem dicūt quē creatorē oim cōmuniter cōfitentur. Apollinariste quoq; loquuntur mala aduersus aiam domini: cū dicunt deitatē eius solam carnē hominis sumpsisse non animā: nec tot exemplis perfidia ipsoz̄ superata discedit. Una propter non solū contra istos: sed cōtra omnes hereticos supius dicta bene intelliguntur: qui portionē in regno domini non habebūt. (Et tu dñe dñe fac mecum † misericordiā propter nomē tuū: quia suauis est misericordia tua. Libera me.) Uenit ad tertiam narrationē: in qua precatur a parte qua passus est: vt gloriam resurrectionis acceleret: et inimici eius cōfusionis eius dedecore vestiant. Dum dicit. Et tu dñe: subiungitur superioribus dictis: hoc est si Juda tradidit: si iudeus crucifixit: z tu fac misericordiā: vt contra illa que facta sunt resurrectio gloriosa proueniat. Siue filius ad patrē dicit. Et tu fac: vt virtutē sue cooperationis ostendat. Omnia enim que fecit pater operat z filius: sicut ipse dicit. Omnia que pater facit: hec et filius similiter facit: z sicut habet pater vitam in semetipso: sic dedit z filio habere vitam in semetipso: vt omes honorificent filium sicut honorificant patrē. Dñe dñe: dum repetit/affectū suauissime precationis ostēdit. Que figura dicitur Epizeusis: quoniā in vno versu sermonē sine aliqua interpositione geminauit. Propter nomen tuū: vt eius cultura toto orbe dilatetur. Ubi magna clemētia diuinitatis asserit: quia nullis humanis meritis potuit contingere: vt natura mortalis tam ingentibus eleuata pberetur esse miraculis. Misericordia vero dicit: quia carnē est dignatus assumere: per quā humano generi aucto: pissimus subueniret. Sequitur. Libera me: a passione seuissima vtiq; iudeoz̄. (†Quoniā egenus et pauper ego sum: z cor meū conturbatū est † in me.) Egenū se dicit z pauperē humilitate carnis: sicut superius constat expositū. Audiant pauperes: audiant egentes: z gloriosum sibi cognoscāt esse quod dicitur Christus. Cor denīq; eius potuit cōturbari: cuius caro p nobis cognoscebatur extingui: sicut ipse vicina passione professus est. Tristis est anima mea vsq; ad morte. Que omnia salutari dispositione narrantur: vt propter hereticos z perfecta natura hominis in Christo dño valeat ostendi: z nos quēadmodum supplicemus possimus edoceri. (Sicut umbra cum declinat ablatus sum: excussus sum sicut locusta.) Hic facilitatem persecutionis ostendit: quia tanta celeritate de medio discipulorū raptus est a turba iudeorū: quanta solet velocitate umbra noctis solis lumine veniente discedere. Excussus est aūt sicut locusta: dum persecutionib⁹ crebris loca videbatur mutare diuersa: scilz quando de Nazareth venit ad Capharnaum: de Capharnaū in Bethsaida: de Bethsaida in Hierusalē: que loca prospiciendo magis peccatoribus circuibat ne scelus suū populus persecutor impleret. Locusta enim manus apprehendentis euitans quibusdā saltibus euolat. Cui se et propter paruitatē comparat: et propter celeritatē discessionis associat: quod humilitati esse non potest iudeoz̄: qui se etiā vermibus comparault dicendo. Ego aūt sum vermis et non homo. (Genua mea infirmata sunt † pre ieiunio: et caro mea immutata est propter oleū.) Dum euangelio teste doceatur. 40. diebus: z 40. noctibus Christū dñm ieiunasse: genua tamē eius infirmata esse nō legimus: sed tm̄ esurisse declaratur. Unde si hāc esuriem ad genua referas: id est corporis stabilitatē: quib⁹ semp insistimus: potest cōgruenter aptari minusue. Si hoc scrupulū mouet: melius genua ad ipsius mēbra referātur: que reuera infirmata sunt: quando a posuli eius passione dispersi sunt. Quid enim plus esse potuit infirmius: cū vt Petrus negaret: z reliqua fidelīū turba lātaret? Sequitur. Et caro mea immutata est propter oleum. Oleū hic significat gratiā diuinā: sicut in.44.

Mr. non hz.

Joan.5.

S Cliæ.

Act.13.

Matth.26.

Mr. Quia Mr. intra D Oīs.

Ps.21. Mr. a Matth.4.

cursum quasi per quandā lineam declaratus est mundus. (Excelsus super omnes gentes dñs: et sup celos gloria eius.) Per has duas partes: vniuersas vult intelligi creaturas. Gentes: terrena cūcta suscipiamus. Celos: aduertamus vniuersa celestia: qñ sup ola probatur excelsus: cui ipli quoq celi subiecti sunt: sicut in alio psalmo legitur. Exaltare sup celos deus: et super omnē terrā gloria tua. Siue gentes: carnales hoies: celos vero spūales debemus accipere: vt sup omnes creaturas altissimus sentiatur: qui cunctarū rerū conditor esse dinoscitur. (Quis sicut dñs de⁹ noster: qui in altis habitat.) Venit ad secundā partē: in qua tam ipse laudes dñicas ex factis eius letus exoluit. Dum: quis dicitur: nemo alius significatur: qui tamen ꝓpria potētie sue maiestate gloriet̄ur. Qui in altis habitat: id est in excelsis creaturis suis: quas ipe magnas facit: cū in eis habitare dignatur: vt sunt angeli boni: sancti eius: z reliq̄ potestates: q̄ presentie ipius dignitate grandescūt. Sed ne putares istā amplitudinē humilia velle despicere: vide quid sequitur. (Et humilia respicit in celo z in terra.) Exponitur qđ superius dictū est. Qui in altis habitat. Ipse enim humilia respicit: vt fiant eius dono semp altissima. Illi enim supra plā humilitatē sedes est: ipiaz vilitat̄ que nichil in se sperans: sed sola dñi largitate presumit. Sed istā humilitatē in qualitate mentis accipe: non in positione terrarū. Sequitur enim. In celo z in terra. Que est in celo humilitas: nisi illa scilicet in qua humiliatur sua sancti angeli placuerūt? Virtutes oēs celoꝝ ipsa laude precelse sunt: et quicūq fideliter humile fuerit: ubi dei sedes z eterna potētia reperitur. In terra enim quod dicit: significat sanctos viros: de quibus scriptū est. Super quē requiescit spiritus meus: nisi super humilem z quietū z trementē verba mea? Sic in celo et in terra humilitas deo placita reperit: sicut superbia ꝓbatur exosa: per quā diabol⁹ cecidit: per quā homines in tartari penetrale merguntur. Erubescant elatiq̄ se ipsi accepta ratione cōuincant. Ubi credūt locum habere superbiam: cū celū z terrā ab humilitate videāt occupata? (Suscitans a terra inopē: z de stercore erigens pauperem.) Hoc beneficiū non sibi soli inopes vendicent et egentes. Nam de stercore et paupertate erigitur: quisquis de hac labe corporis per dei gratiā subleuatur. Rex denicꝝ ipse mundanus inops est munerū dei z in stercore voluitur: cui carnis vitia dominant. Eleuat ergo ab istis domin⁹ quoslibet ordines: quoslibet etates: cum misericordie sue dona largitur. (Ut collocet eum cū principibus: cū principibus populi sui.) Declarat ad quid pauperis et inopis peruenire possit erectio: scilicet vt collocetur cum principibus populi. Principes enim populi sunt: patriarche/ prophete/ apostoli/ et quicūq deo probabili cōuersatione placuerūt. Sed hic principatum / non honorem credas qui hominum suffragio conquiritur: sed illum qui domino largiente prestatur: qui humilitate altus est: qui fidei certus: qui mētis robore solidatus. Nam quod addidit: Populi sui: significat ecclesiam catholicā: que toto orbe diffusa est. (Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum letantem.) Hic facta est conclusio superiorū sensuum: et descendentiū pulchritudo verborū. Nam quod dixit: suscitans a terra inopem/ et de stercore erigens pauperem: vt collocet eum cum principibus: cū principibus populi sui: exponit vbi hoc fieri possit: scilicet in ecclesia: que ante aduentum sponsi sui sterilis fuerat. Sed facta est mater leta filiorū: quando predicatiōibus apostolorum ex aqua et spiritu sancto copiosos filios in toto orbe pcreauit. Quondā fusca/nūc pulchra: que per aquā fecundissimā parit: et virginitatē suam gloriosa integritate custodit. Ipsa fuit igitur sterilis: quaz dñs in domo sua habitare facit letātē: de partu scilicet z numerositate sanctorū. Conclusio.

Ps.107.

Jsa.66.

Uehementer admiror: quotiens istum numerum repertio/ingētium sacramē torū honore plenissimū. Ipse enim calculus apostolos complectitur: ipe israeliticum populum diuisit in tribubus: futurā illam. sicut pater Hieronymus ait) significans beatitudinem duodenaria quantitate distinguit. Verbi gratia: vt primū locum habeāt apostoli: secundum ꝓphete: tertium martyres: quartū infantes post baptismū rapti: quintum virgines: sextū recte penitentes: vt sic vsq ad duodecim partes per diuersas meritorū distantias gaudeatur. Hoc tangere videtur apostolus cum dicit: Alia claritas solis: alia claritas lune: alia claritas stellarum. Et alibi. Stella a stella differt in claritate: sic erit et resurrectio mortuorū. Qua propter ista psalmus post cēteſimū duodenario numero constitutus/ future nobis beatitudinis imaginem compromittit: quando ad illam eterne letitie similitudinem iugiter dominum a pueris precipit esse laudandum.

1.Cor.15. Ibidem.

Explicit expositio in psalmum.cxij.

Alleluia. Cxiij.

In exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro. Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius. Mare vidit z fugit: iordanis cōuersus est retrorsuz. Montes exultauerunt vt arietes: et colles sicut agni ouium. Quid est tibi mare q̄ fugisti: z tu iordanis quia conuersus es retrorsum? Montes exultastis vt arietes: et colles sicut agni ouium. A facie domini mota est terra: a facie dei iacob. Qui cōuertit petram in stagna aquarum: z rupem in fontes aquarū Non nobis domine nō nobis: sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua z veritate tua: nequādo dicant gētes vbi est deus eoz. Deus autem noster in celo: omnia quecunq voluit fecit. Simulachra gentium argentum et aurum: opera manuum hominū. Os habent et non loquētur: oculos habent et non videbunt. Aures habent et non audient: nares habent z non odorabunt. Manus habent z non palpabunt: pedes habent z non ambulabunt / nō clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui cōfidunt in eis. Domus israel sperauit in domino: adiutor eorum z protector eorum est. Domus aaron sperauit in domino: adiutor eorum / et protector eorum est. Qui timēt dñm sperauerūt in dño: adiutor

eoz z protector eoz est. Dñs memor fuit nr̄i: et bñdixit nobis. Bñdixit domui israel: bñdixit domui aaron. Bñdixit oibus q̄ timent dñm: pusillis cū maioribꝰ. Adiiciat dñs sup vos: sup vos et sup filios vestros. Bñdicti vos a dño: qui fecit celū z terram. Celū celi dño: terrā aut̄ dedit filijs hoim. Non mortui laudabūt te dñe: neq̄ oēs qui descendūt in infernū. Sed nos qui viuimus bñdicim⁹ dño: ex hoc nunc z vsq̄ in seculum.

Quam iā multi psalmorū precesserint: et alij quoq̄ secuturi sint: qui alleluia prenotent̄ non incassum tot psalmi tali capite vident ornari. Nā sicut in melodia: hoc cōpositus nomen diuersos tonos recipit: ita z multiplices causas ad vim sue pdicationis assumit. Nō em̄ vno modo dicitur: Laudate dñm: sed sicut ex diuersis actib⁹ laus ista colligit̄: ita z alleluia variis negocijs z cōpetentib⁹ narrationib⁹ applicatur. Est enim inītio psalmi istius: vt ab initio hebraici ppli p magna mirabilia plenitudinē legis (qui est dñs christ⁹) mūdo prestitā nūciaret: p quas similitudines rerū z hodie vnūquēq̄ liberari apparebat christianū. Diuisio.

Alleluia. Cxiij.

Alleluia † ex egypto: domus iacob de populo barbaro.) Hic exitū illū debem⁹ accipere: qñ nos a pctōr vinculis ptingit exire. Tūc em̄ ab egyptio: id est a demonū turba liberamur: qñ barbarice seueritatis illius nō patimur: z vere reddimur israelite: cū pompe mūdi huius a nostra ceperint mēte discedere. Barbarus aūt a barba z rure dict⁹ est: q nunq̄ in vrbe viteret: sed semp vt fera in agris habitasse noscat. Domus vero iacob veraciter efficimur: qñ christiani dogmatis p̄cepta seruamus. (Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius.) Tria ista comata versus huius diuisa expositione noscam⁹. Judā dixim⁹: non solū ad hebraeoz ptinere nationē: sed ad oēs fideles posse respicere. Verū em̄ iuda: saluator est dñs: in quo regnū z potestas israelitarū: id est videlicet deū noscitur esse ppetua. Ita qui eum circūciso corde sequuntur: iudei veraciter nūcupantur. Potestas aūt eius israel dicta est: qñ in ipso magna miracula ppetrat̄ alleluia virtutis ostēdit. Nā vbi ille nō habet potestatem: qui oīa facit q̄ vult in celo z in terra? Sequitur. Israel regnabit in ea: scilicet qñ vir videns deū in beata illa cōgregatione regnabit: vbi sancti sunt oimodis cōgregādi. (Mare vidit z fugit: iordanis cōuersus est retrorsum.) Videns propheta ingentiū miraculorū semole superari: vitioz oīm causas duab⁹ allusionibus plenissima breuitate cōclusit. Mare: frequēter diuinos peccatores istius seculi debere suscipi: q̄ more vndarū tumidis cogitationib⁹ fluctuāt. Jordanē vero p quolibet flumine debemus accipere: qui variis desideriis hoies raptūr: z in mare illud magnū nefanda precipitatione deducūt. Ista enim duo q̄ genus humanū diuersa delectatione rapiebant: aduentu dñi respecto: a suis pfuetudinib⁹ retrorsum pcipitata redierūt. Et licet hec hystoria referat in veteri testamēto: alijs tamē hic ꝓbis z sīlitudinib⁹ indicat: vt euidēter animaduertemus antiqua illa facta spūali intelligentia salutis nostre indicia nūciasse. (Montes exultauerūt vt arietes: z colles † velut agni ouiū.) Paulatim euidentius descēdit ad tēpora christiana. Montes: apl̄os z euangelistas vel oēs verbi predicatores accipi posse manifestum est: qui z supernā lucē a tertis ceteris primitus acceperūt. Et merito montes appellati sunt: propter sanctitatis amplissimū cacumē: z fidei solidissimā firmitatē. Isti enim exultauerūt in operibus suis tanq̄ arietes: qui fidelissimū gregē ad caulas dñi diuino inuamine pducebāt. Colles aūt: mediocritatē significat late credentium: quoz pectora fidei semina efficaciter acceperūt. Colles em̄ dicti sunt a colendo. Ista enim spūaliter aduertere nos debere ratio ipsa cōpellit: qñ ad litterā oīmodis ꝓbantur absurda. Et ideo respice: qua suauitate priores similitudines ad hāc intelligentiam vident esse perducte: vt sibi oia pulcherrima collatione respondeant. (Quid est tibi mare q̄ fugisti: z tu iordanis † quare cōuersus es retrorsum?) Secūdū ingreditur modū: in quo decora interrogatio premittitur: vt dulcissima responsio subsequatur. Que figura dicitur Preusis z Apocrisis: latine percūctatio atq̄ responsio. Requiritur enim mare: discutitur fluuius cur suas cōsuetudines perdiderūt: vt ipsa gressus defixerint: que prīdē involuta oia raptebāt. Et bene additū est Retrorsum: qñ vniuerse correctiones tūc nobis prouenīt: quādo dñi beneficio nostra se instituta cōuertunt. Nam quod pene ipsa repetisti que superius dixit Quid est tibi mare q̄ fugisti: et tu iordanis ſre cōuersus es retrorsum: alia figura est Epanodos: id est repetitio rerū: que iunctim dicta sunt. (Montes quare exultastis † vt arietes: et colles † velut agni ouium.) Priorū versuum ordinē custodiunt. Sic enim sub alio modo z hic sunt positi: sicut in prima diuisione videntur esse narrati. Interrogat enim seculū per mare vel fluuium: quid fuerit q̄ eius ligamenta soluta sint. Et qñ erat vna responsio secutura: et illos quoq̄ interrogat qui exultasse precipue videbantur. Unus enim auctor z illa fecit obstupescere: et hec prestitit fixa ꝓsperitate gaudere. (A facie dñi † commota est terra: a facie dei iacob.) Secuta est competēs que parabatur vtrisq̄ responsio. Audite conuersi: audite fidelissimi christiani cōmotionē istam: id est permutationē que humane terre feliciter euenit: non factā tremore montium: sed prospera cōuersione populorū. Nam si queras quid sit dño: audi: deus iacob. Ipso enim misericorditer apparente ab eius facie: id est presentia salutariter terra cōmota est: que mortis stupore pigra riguerat: q̄ tamē sic a sua supstitiōe cōmota est: vt in cultura dñi eterno fixa robore pmaneret. (Qui cōuertit petrā in stagna aquarū: † et rupes in fontes aquarū.) Petram: vt arbitror: iudeorū duritiā debemus aduertere: quā in sacri baptismatis stagna cōuertit: cū eos ad religionē fecit venire tranquillā. Quā similitudinē dñs in euangelio dicit. Potens est dñs de lapidibus istis suscitare filios abrae. Idē rupes/ hoc est arida et dura corda gentilium: diuini eloquij manare fecit fontes irriguos: vt qui ante sterilibus supstitionib⁹ siccabantur: post auditi fuerint verbi celestis predicatiōes influere copiosas. Hacten⁹ superiores versus p figu-

Alr.de

ETy.

Alr.non hz.

Alr. sicut

Dños.

ETy.

Alr.quia

Scribe.

Alr.nō hz.

Alr.sicut

Alr.mota

Alr.rupem

Matth.3.

SCIBE. ram: parabole noscitur esse decursi. (Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriā. Super misericordia tua et veritate tua.) Cum multa beneficia dixerit que nobis christus dñs profutura cōcessit: nimis vera subsequitur et affectuosa petitio: vt propter nomen suū humano generi prestaret vtilia: qui proba bilia merita in peccatorib⁹ nequaq̄ poterat inuenire. Nam cū dona largiatur immeritis: ipsius gratie probatur esse quod cedit. Sequitur. Super misericordia tua et veritate tua. Istis duabus rebus: gloriā dominus postulat debere concedi. Misericordia est enim cum miseris ac delinquētib⁹ peccata dimittit. Veritas: cū beatitudinis future promissa restituit. Siue vt alij volunt: cū iudicaturus est impios. Utraq̄ enim res: siue dum parcit siue dum iudicat: ad gloriā dñi pertinere manifestū est. (Nequando dicant gentes: vbi est deus eorū.) Subsecuta est causa: quare dignetur dñs deus tis misericordie sue dona p̄stare. Que figura dicitur SCIBE. etymologia: id est cause redditio. Refandā quippe imputationē petit amouerī: quā in isto seculo patiuntur crebertime christiani. Nam quotiens martyrū corpora diuersis supplicijs affliguntur: ipsa vox est tyrannorū: ipsa gentilū. Ubi est deus eorū? quasi non possit eripere: quos vt coronet tormēta patitur sustinere. Al.nō hz. (Deus autem noster in celo † sursum: in celo et in terra omnia quecūq̄ voluit fecit.) Cōtra dementiū verba gentilium qui dicūt. Ubi est deus tuus: veracissima nimis infertur et absoluta sententia. Deū nostrū omnia facere que vult in celo et in terra. Nam cū dicitur. In celo sursum: supra omnes creaturas potens esse monstratur. Sequitur. Omnia cū facere quecūq̄ vel in minimis vel in maximis creaturis suis voluerit operari: vt cū omnipotentē esse cognoscas: dū vbiq̄ effectū sue voluntatis ostendat. (Simulachra gentiū argentū et aurū: opera manuū hominū.) Uenit ad tertiū modū: vbi prophetа simulachra gentiū irridet: et dñm israel CIBE. cōgrua laude cōcelebrat. Hoc genꝰ cause dicitur demōstratiuū: quod et vituperationē et laudē dinoscitur cōtinere. Nam quinq̄ versibus vituperat deos paganoꝝ: decē vero deū laudat excelsum: vt et in ipsa quātitate dictoꝝ: rerū discrepantiā monstraret ambarū. Sed qm̄ superius inuisibilē deū dixerat que vult oia facientē: hic merito irridenda dicit idola: que ad humanitatis formā composita: vel ipsis corporeis sensibus pbantur extranea. Nā licet et inueniantur et enea et lignea simulachra: vilius tamen illud elegit quod gētilitas indicabat reuerētius adorandū: vt erubesceret colere viliora: quorum et preciosa pbantur irrisa. Sed ne putares hec signa nature alicuius viuam habere substantiā: ad vilitatē dicitur expressim̄ dā: deos DOS. illos gētiliū mortaliū manibus fabricatos. Pudor est dicere simulachra ab illo coli: cuiꝰ ipse auctor potuit inueniri. Aut quid mortali valeat p̄stare: qui nisi voluisset homo idolū non potuisset existere: Sic et hiere Hiere.10. mias talia delyramēta pulchra definitione cōclusit dicens. Nichil aliud erit: nisi quod volūt esse aurifices. Quibus etiā Sedulij (vt ita dixerim) poete veritatis versus illi repetendi sunt. Lignee ligna rogas: surdis clamare videris. A mutis responsa petis. Nā si queris scire quid sit veraciter deus: audi Esaiā dicentē. Esa.42. Ego dñs: hoc est nomen meū in eternū: gloriā meam alteri non dabo: neq̄ virtutes meas sculptilib⁹. (Que a principio sunt: ecce fiunt vt noua que ego annūciabo: et priusq̄ manifestarē ea audire vos feci: qm̄ ego sum. Ante me enim non fuit alius deus: et post me nō erit. (Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbunt. Aures habent et non audient: nares habent et non odorabūt. Manus habent et nō palpabūt: pedes habent et non ambulabūt: non clamabūt in gutture suo: † neq̄ enim est spūs in ore ipsoꝝ.) Et in his Al.non hz. tribus versib⁹ verissima descriptione notati sunt qui falsis numinibus suis membra hominū inaniter assignare voluerunt. Nam quid rogo illi opus fuit os qui loqui non poterat? Quid oculi: qui cōspicere non valebat? Quid aures: qui nō erat auditurus? Quid nares: qui nullatenus fragrantiā sentiebat? Nares autē ETy. a gnaritate dicte sunt: q̄ nos factāt odorat⁹ agnoscere. Quid manꝰ: qui res palpabiles ignorabat? Quid pedes: qui se mouere minime prevalebat? Et vt talibus reb⁹ augeretur irrisio: addidit vt nec ipsis quoq̄ animalibus ratione carentib⁹ debeant cōparari: quādo in gutture suo non habent vel confusum clamorē: quē pecora emittere propriis quibusdā vocibus consuerūt. Sequitur sententia que cuncta cōcludat: et hominibus et pecorib⁹ ideo illos incōparabiles inueniri quia non est spūs in ore ipsoꝝ. Uoces enim reddere: siue articulares: siue confusas animantiū esse nō dubium est: in quibus aptissime longa enumeratio facta est: me cito paganoꝝ opprobria finirentur. (Similes illis fiant qui faciunt ea: et oēs qui confidūt in eis.) Audit forsitan paganus et gaudet se suis numinibus cōparatū. Sed intelligat quantū tali patrocinio potuit proficere: vt de rationabili homine vsq̄ ad insensibilia metalla meruerit peruenire. Intelligat culturā suam in dānationē propriam fuisse cōuersam: et refugiat illud adorare: vnde plectibile iudiciū cognoscitur excepisse. Similes quippe illis fiunt qui sequi talia decreuerūt. Nec illud omittendum est q̄ fabricatores et cultores huius rei vna perculsi probantur esse sententia. Similis est enim iniquitas alios suis operibus decipere: et cultib⁹ se pessimis obligare. De his etiam dicit apostolus. Qui cōmutauerūt veritatē dei Rom.1. in mendaciū: et coluerunt et seruierūt creature potius q̄ creatori: qui est benedictus in secula. Hic etiā illa figura cōuenire monstratur: que appellat Sarcosmos SCIBE. id est aduersarij derisio violenta: que ipsas quoq̄ culpas penetrare dinoscitur. (Domus israel sperauit in dño: adiutor eoꝝ et protector eoꝝ est.) Uānatis iniquitatibus perfidoꝝ: ad celebranda preconia dñi letus accedit. Domus israel: ecclesiā cognoscitur fidelium significare populoꝝ. Ipsa enim sperat in dño: q̄ munda desideria semper abiscidens: sola ipsius delectatione pfruitur. Et quid et prouenīat: cōsequēter exponit. Adiutor enim et ptector eius: quia carne laborantes in hoc mūdo: inquantū vtile nouit adiuuat. Protector: qm̄ animas sanctas nulla sinit diabolica fraude subuerti. (Domus aaron sperauit in dño: adiutor eoꝝ et ptector eoꝝ est.) Quod prior p̄fatus dixit: hoc nunc de sacerdotibus decora iteratione retexuit: vt excelsus ordo pontificū nō in generali cōmemoratione sed speciali preconio laudaret. Aaron enim in populo iudeoꝝ primus sacerdos electus est: cuius cōmemoratione merito ordo ipse declaratur. (Qui timent dñm sperauerūt in dño: adiutor eoꝝ et ptector eoꝝ est.) Exponit quod superius dixit. Domus israel et domus aaron. Ipsi sunt enim qui timent dominū: et sperant in dño. Duo enim ista sunt: que beatos faciunt et felices: quos cōsequitur quod superius dixit: vt eis et adiutor sit dño et protector. (Dño memor fuit nostri: et bñdixit † nos. Benedixit † domū israel: bñdixit Al.nobis

Al.domui † domū aaron.) Hec eadē pulchra varietate congeminat: vt bñdictionē dñi prestari talibus inculcata ratione crederemus. Nam cū dicit: Memor fuit nostri: gratiam diuine pietatis ostendit. Quibus enī meritis debebat vt christus dñs aduenire: qui et errātes populos doceret: et cōuersos sua benedictiōe saluaret? Benedixit enī domū israel de sancte marie virginitate nascendo. Benedixit quoq̄ domū aaron: sacerdotij honore precinctus: sicut de ipso in alto psalmo dictū est: Tu es sacerdos in eternū † sm̄ ordinem Pś.109. melchisedech. (Benedixit † omnes timentes dñm † pusillos cū maioribus.) Post speciales enumerationes Al.oibus q̄ timent. ad benedictionē generalitatis ascēdit: vbi simul oēs Al.pusillis benedicūtur qui seruire dño pura mente delegerunt. Hoc enī fecit in piscatorib⁹: hoc fecit in regibus: nec vllū genus hominū ei credens pbat exceptum: quod sit ab eius muneribus alienū. Que figura dicit Anacephaleosis: id est recapitulatio: que fit qñ ea que superius dicta sunt latius breuiter in memoriaꝫ postea reuocant. (Adiiciat dñs super vos: super vos et super filios vestros.) Ad iciat duplici modo videt intelligi: sine benedictionē quaꝫ in hoc seculo sanctis suis dñs p parte cōcedit: siue adiiciat numero vestro populos fideles. Quod et nostris tēporibus facit: et vsq̄ ad finē seculi nō desinit opari: vt de gētibus ecclesia predestinata in vnū gregem redacta cōgaudeat: et vnius pastoris glorioso regimine perfruat. (Benedicti vos a dño qui fecit celū et terrā.) Cum superius optauerit pphera vt benedicerent fideles: iam ipsa predestinatione cōfisus benedictos dicit esse iustissimos. Et vide genus benedictiōis. Dño posse: et q̄ ipsa est pfecta beatitudo nō sibi quenq̄ preparari: sed dño. Hoc enī verbo et fidelium corda roborant: et futura beatitudo vñ q̄uenire possit ostendit. Qui fecit celū et terrā: siue verbū significat: cuius operationis oīs creatura pfecta: siue pusillos et maiores quos supius dixit: q̄ eius misericordia ad catholice religiōis gaudia peruenerūt. (Celū celi dño: terram autē dedit filijs hominū.) Cum iusti celum dicant: dñs christus celū eloꝝ: cū conuenienter accipit: sicut sanctus sanctoꝝ: deus deoꝝ et cetera que in hūc modū granditer efferūtur. Celū ETy. autē dictū est: quod intra se celet vniuersa. Cum enī celum datū sit eloꝝ dño: sicut in. 67. psalmo legitur. Pś.67. Qui ascendit super celos celoꝝ ab oriente: terra est hominū filijs attributa: vbi se per gratiaꝫ dñi multiplici collectatione purificent: et ad eternam vitam ex istius mūdi agone pueniant. Dedit autem ad humanitatē pertinet incarnationis. Nam verbo quid dari potuit: qui cū patre et spiritu sancto semp cūcta posse dit et possidet? (Nō mortui laudabūt te dñe: neq̄ oēs qui descendūt in infernum.) Mortuos hic illos dicit qui perpetuis cruciatibus affligendi sunt. Eorum voces non suscipit dñs: quia beati tm̄ sunt qui eius preconia personabunt: sicut Salomon dicit: A mortuo Eccli.17. quasi ex eo qui non est perist confessio. Et paulo post. Nos autem viuentes et sani laudamus nomen tuum Dicendo autē: Neq̄ omnes qui descendunt in infernum: ostendit et sanctos ad inferna quidem descendere: sed in dñi exultatione gaudere. Mori enīz iustis et peccatoribus pbatur esse cōmune: sed nimis longa Pś.85. discretione separantur: sicut in. 85. psalmo dictus est: Et eripuisti animā meaꝫ ex inferno inferiori. (Sy nos Al.dño qui viuimus benedicimus † dñm: ex hoc nunc et vsq̄ in seculum.) Exposita parte damnatoruꝫ: aptum fuit vt pulchritudinē psalmi beatoꝝ bona concluderent.

Uiuorum enim est dñs non mortuorū: sicut in euāgelio legitur. Non est enī deus mortuorū: sed viuorum. War.12. Uiuorū autem accipiendum est: non ista vita viuentium: quā cōmunem sanctis constat esse cum impijs: sed illa de qua in alio psalmo legitur. Placebo dño in Pś.114. regione viuorum. Et ne ad terrena bona mens humana descenderet: ad illa celestia congruenter ascendit que nec in laudibus possint habere terminum: nec in premijs sustinere pbantur occasum. Conclusio.

Luxerunt nobis quasi granati mali munera pulcherrima: que hystorie corio reuelata dulcissima mella fudauerunt. Quot enī versus: tot gratie: quot verba: tot poma sunt animę. Monemur enī p̄ similitudines veteris populi huius mundi: quasi egyptiacam dominationē relinquere: vt possimus ad terram promissionis baptismatis itinere peruenire. Festinemus intrepidi: aduentu dñi aduersitates nostre solute sunt. Mare fugit: iordanis retro timore cōuersus est: simulachra gēnium quasi metalla insensata cōrenta sunt. Dñi autē nostri gloria vbiq̄ colitur/ vbiq̄ predicatur. Et ideo iuuante deo psalmorū virtutes studiosissime perquiramus: quoniam se et fidelibus aperiunt/ et incredulis semper abscondunt.

Explicit expositio in psalmum. cxiij.

Alleluia. cxiiij.

Dilexi: qñ exaudiet dñs vocē orationis mee. Quia inclinauit aurem suā michi: et in diebus meis inuocabo. Circūdederunt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerūt me. Tribulationem et dolorem inueni: et nomen dñi inuocaui. O dñe libera animā meam: misericors dñs et iustus: et deus noster miserek. Custodiēs paruulos dñs humiliatus sum: et liberauit me. Cōuertere ala mea i requiē tuā qz dñs benefecit tibi. Qz eripuit alam meā de morte: oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu. Placebo dño i regiōe viuorū.

Excitat nos de somno huius seculi sollēnis ac vera cōmonitio: et velut quidā spiritualis gallus ad operā nos cogit venire fidelū. Audiamus sanctā vocē: piumq̄ sequamur imperū. Laudatio enī dñi dignitas operum/ et precij est laboꝝ: quando nec suauius quicq̄ potest dici/ nec salubꝰ actitari. Diuisio. Liberatus pphera de profunda fouea peccatoruꝫ etiā in illa petra misericordie constituitur. Primo mēbio gratias agit: qm̄ se exaudiū esse cognoscit: et cōtra ola pericula mortis efficaciter se dñi inuocasse testat. Secundo iterum clamat ad dñm: vt liberatus perueniat ad illā requiem sempiternā: quā fidelibus pmittit dñi munere concedendam. Expositio.

Dilexi qñ † exaudiuit dñs vocem orationis mee.) Amor dñi hominibus duobus Al.exaudiet puenire constat articulis. Est vnus quādo pro collatis beneficijs/ et ab infidelibus diligitur/ atq̄ laudatur: sicut in alio psalmo de peccatore legitur. Confitebitur tibi cū be- Pś.48. nefeceris ei. Alter est certissimus atq̄ pfectus: cum

Universidad de Navarra Biblioteca

Rom.8.

SCHE.

Alnō hȝ. ETy.

Almiserek

devoti animus nulla accidentium malorꝫ aduersitate deiicitur: sed in miseriis suis spe futurorū in charitate dñi semper accēditur: sicut dicit apostolus. Quis nos separabit a charitate christi? Tribulatio: an angustia: an persecutio: an fames: an nuditas? tē. Hunc ergo modū prophēta subter exponit: qñ in tribulationibꝰ et angustijs suis dilexit: quādo illi tribulationes z dolores prestiterint vt dñm inuocare mereretur. Quapropter dauid: nō in regni amplitudine letus exultat: non de mundi felicitate gratulatur: quā nouerat transitorā: sed gaudet oratione suā in angustijs a clementissimo dño fuisse suscepta: quod prodesse sibi perpetue sentiebat. Et vide quo compendio et causam posuit: z rationē cause momentanea celeritate subtixit. Quod schema dicitur Epirrocasmos: id est dicti roratio: que breuiter z succincte ea que sunt dicēda perstringit. (Quia inclinauit aurē suam michi: z in diebꝰ meis inuocabo † eū.) Auris: sicut iam dictū est: appellata est ab auditu: quam merito ad nos inclinare dicit deus: quia vt nos dignetur audire: nulla ad ipsum humana merita videntur attingere. Quod factum in aduentu dñi veritatis ipsius tradit auctoritas: quando mundi sceleribus miseratus medicinā beate incarnationis attribuit. Et qñ eius circa se vberrimā ceperat sentire pietatem: in diebus suis cū multis tribulationibus angeretur: sicut inferius dicit: inuocasse se dñm profitetur. Nostros enim illos dies dicimus: vbi propria iniquitate peccamꝰ: z anxios dolores prauis cogitationibus sustinemus. Mirabilis sententia: beata vicissitudo: z fidelem semper beneficia querere: z clementem dñm continua benignitate prestare. (Circūdederunt me dolores mortis: pericula inferni inuenerunt me.) Causas adhuc reddit aptissimas: cur vir sanctus dilexerit dñm: nō illas in quibus se amari putat humanitas: si inflatis honoribus euehatur: si diuitiarum mole grandescat: sed ideo se dicit diuina gratia visitatum: quia doloribus et periculis probabatur affectus: merito quando ista perducunt ad gloriā: illa precipitant ad ruinā. Et inspice verba simplicia magis sensibus esse farcita. Circūdatum se dicit doloribus: z ne putares mediocres: addidit mortis. Adiecit etiam: Inferni pericula: que constat tormentis obus esse grauiora. Sequitur quoqꝫ. Inuenerunt me: quasi inopinatum: quasi securum: quasi a dñi defensione sepositum: vt facile potuerit capi: quē a tanto contegerat munimine segregari. (Tribulationem et dolorem inuenī: et nomen dñi inuocaui.) Audis tribulationē z dolorem: z forsassis offenderis: sed quas diuitias gerat intrinsecus thesaurus iste cognosce. Hȝ sunt tribulationes que ad dñm exclamare fecerunt. Hȝ dolores qui medicinaliter corda punxerūt: vt ad verū medicum clamaret egrotus: vnde venire indubitatū cōstat auxilium. Et inspice: quid mutata hec verba parturiant. Superius vbi captus est: a doloribus inuentū se dicit: hic vbi remediū repperit: inuentisse se ipsos dolores asserit. Ille enim causas calamitatis sue cognoscit: qui se afflictum vt cōuertatur intelligit. Nam et medicus tūc queritur: quādo viscera humana morbus aliquis grauare sentitur. Sequitur. Et nomē dñi inuocaui: quo prestante et dolor z tribulatio celeriter vinceretur. (O dñe libera animā meā: misericors dñs et iustus: z deꝰ noster † miserebitur.) Enumeratis passionibus suis: prophēta venit ad secūdū membrū: vbi exclamat ad dñm: vt anima eius a peccatorū profunditate liberetur: sicut apostolus dicit. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Jesum christū dñm nostrū. Que figura dicitur prophonesis latine exclamatio: quotiēs inter alia que loquimur: ad deum subito verba cōuertimus. Quapropter tribulationes nostras z dolores diligentissime diuino munere perscrutemur. Latent enim altius: et plerūqꝫ seculi delectationes velate sopiuntur: quas nisi diuino adiutorio queramus intrinsecus: vocē istam salutarē eructuare non possumus. Nam cum dicit. Libera animā meā: cōfitetur eā sine dño semp esse captiuā. Sequitur. Misericors dño z iustus: z deus noster miserebit. In superiori comate liberari petijt aiam suā: hic asit promittit dñm misericordē z iustum: vt nec ipse in illa petitione dubitasse videretur: nec alios faceret anxia volūtate pendere. Misericors: quia illi inclinauit aurē suam. Justus: qñ corripuit peccatorē ad venīā requirendā. Miserebit: cum recipit filiū quē flagellat. Unde cognosce hec tria posita ad fragilitatē humani generis instruendam: que seculi delectationibus inhiando asperos putat dolores qui p salute anime cōferuntur. (Custodiens paruulos dñs: humiliatus sum z liberauit me.) In magnā significantiā preposterauit ordinē quē superius dixit. Liberari enim primo petijt animā suā: z postea misericordem dñm generaliter esse professus est: nūc autē vniuersaliter paruulorꝫ se dicit esse custodem: et postea humiliatū z liberatū esse proclamat: vt per hunc ordinē rerū ostenderet quod in euangelio legitur: Quis de multis gentibꝰ sit aggregatus: vnum gregē dñi: z vnū illi esse pastorē. Paruuli sunt: qui sibi certissime videntur exigui: sed sola dñi largitate grandescunt. Et vide quale verbū est positū. Custodiens dixit: tanqꝫ pastor: eximius: qui gregē suum a rapaci lupi incursione defendit. Sed inspice q ordinem congruū seruās: prius humiliatū: postea se dicit esse liberatū: vt vulnera dolere non possint que ad sanitatē celestis medici munere peruenerūt. (Cōuertere anima mea in requiē tuā: quia dñs bñfecit † michi.) Cantet hoc anima cū ꝓpheta: que peregrinatur a dño. Cantet hoc onus illa q errauerat: et custodis referta humeris ad caulas meruit redire pastoris. Cantet hoc filius ille: qui mortuus fuerat z reuixit: perierat et inuentus est. Cantet hoc populus deuotus: qui precioso sanguine redemptus ad desideratā requiem peruenire dñi largitate ꝓmerūt. Quapropter animā suā hortatur prophēta vt cōuertat ad dñm: vnde illi z tranquilla venit requies: z abolitio peccatorū. Suam ergo requiē dicit: que illi data est per gram: non meritorꝫ cōpensatione possessa. Denicꝫ sic sequitur. Quia dñs bñfecit michi. (Quia eripuit aiam meā de morte: oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu.) Declarantur cause quare superius dixerit: Quia dñs benefecit michi. Sed hoc intelligamus p̄sciente virtute prophetā dicere de futuro: qñ adhuc in isto seculo viuentibꝰ cōuenire nō possunt. Aut enim. Eripuit animā meā de morte. Anime quippe iustorꝫ cū de isto seculo transeūt: ab illa morte liberantur: de qua in euangelio dictū est. Sine mortuos sepelīāt mortuos suos. Et cū dicit Eripuit: beneficiū diuine virtutis ostendit: quia nisi per eius potentiā non valuisset a morte ꝑpetua liberari. Sequitur. Oculos meos a lachrymis. Cessant vtiqꝫ lachryme sanctorū: qñ iam mors aie non ꝑbatur esse suspecta. Non enim in securitate plangitur: sed in isto agone vbi calamitas ventura metuitur. Addidit. Pedes meos a lapsu. Cū dicit A lapsu: ostēdit lubricū z pronū esse peccatū. Sed bene illic nō formidatur

Rom.7. SCHE.

Alt.tibi.

Luc.9.

ruina: vbi iam est eterna ꝑperitas. Hā in isto seculo cōstituti (sicut dictū est) z morte aie mihi timent: z assidue lachrymas fundūt: et pedes suos a lapsu nō credūt vllatenus alienos. Hic eñ colluctatio est: z ideo cūcta sub metu sunt. Unde intelligimus his tribꝰ periculis subiacere genus humanū: qđ adhuc in istius vite colluctatione versat. Hā vide quid sequit. [Placebo dño in regiōe viuorū]. Perscrutandū est quare dixerit de futuro. Placebo dño in regione viuorū: quasi non z hic in regione mortuorū placeant sancti q̄ sunt iudicio ore laudati: cum z in Genesi legatur. Placuit Enoch coram deo: et translulit illū deus. Job quoqꝫ dñi voce laudatus est. Et in euāgelio de Nathanaele ipse dño dicit: Ecce vere israelita in quo dolus non est. Sed hic placebo dixit: iam securus: iam q̄ displicere non possum: nec quicqꝫ dubium sustinebo: quādo sicut apls dicit: Mors absorpta fuerit in victoriam: z corruptibile hoc induerit incorruptionem: z mortale hoc induerit immortalitatē: tūc eñ iusti ita placebūt dño: vt vltertius de peccatorum aduersitate nichil metuant. In regione viuorꝫ dixit: in cōgregatiōe sanctorū: vbi omnis viuēs reuera colligit: z a mortuis sorte separatur: sicut in euangelio dño dicit: Qui credit in me: transiet de morte ad vitam. Genes.5. Joan.1. 1.Cor.15. Joan.5.

Conclusio.

Salutaris psalmi isti⁹ intentione retractata: cōtrā mundi dolores animi fortitudine debemus obijcere. Dicamus sicut psalmus inchoat: Dilexi qñ exaudiuit dñs vocem deprecationis mee: q: non est pena que ꝓmouet: non est dolor qui ꝓducit ad requiē: nec durus estimandus est flet⁹ qui eterna gaudia subministrat. Intendamus enim nō quod patimur: sed quod speramus: z tēporale malū sine dubitatione molliscit: cuius ꝑperrimus intenditur finis. Rogemus ergo omnipotētā christi: qui hec solusvalet inestimabili virtute superare: vt acie malignitatis infracta: nec illa nobis omnino fiant aspera: que nūc videntur austera. Sic enim domino in regione viuorū placebimus: si in hoc seculo mortificare nostra corpora pro ipsius glorie nomine festinemus.

Explicit expositio in psalmū.114.

Alleluia. Cxv.

Credidi ꝓpter qđ locut⁹ sum ego autē humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo omnis homo mēdax. Quid retribuam dño: pro omnibus que retribuit michi. Calicem salutaris accipiam: z nomen domini invocabo. Vota mea dño reddam coram omni populo eius: pretiosa in cōspectu dñi mors sanctorꝫ eius. O dñe quia ego seruus tuus: ego seruus tuus / z filiꝰ ancille tue. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen dñi invocabo. Vota mea dño reddā in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus domini in medio tui hierusalem.

Sic debet nobis aliquando laus dñi increscere: z alleluiatica possumꝰ gaudia fastidire: vox fidelium / sermo beatorū / modulatio sancta canētiū: vnde z auditus corporeꝰ suauiter delinit: z alia festa celesti dele

creatione recreatur. Introducenda sunt enim martyrij verba: que z cōfessione gloriosa viguerunt: z passione mirabili munera sunt dñi constituta. Divisio.

Deūr totū psalmū inuictorū martyrū verba referūtur. Prima positione beneficia dñi cōmemorant: quibus cum heserarēt quid eis dignum potuisset reddi: occurrit vtiqꝫ gloriosus calix ille martyrij: qui tame dñi largitate prestatur. Secūda: chorus ipse seruū se dñi: et hiis ecclesie catholice ꝓfitetur: ne preter fidelissimos viros deo placitum: hereticoꝝ quoqꝫ quispiam putaret esse martyrium. Expositio.

Credidi ꝓpter quod locutus sum: ego autē humiliatus sum nimis.] Martyrū populus ille reuerendus ordinem veri dogmatis seruās: primo se dicit credidisse: z postea fuisse ꝓlocuturū: ꝓpter illos. s. destruendos q̄ veraciter nō credētes affectant de eius aliqua ꝑdicare magnal bus. Post verā siquidē fidē sancta debet venire cōfessione illud audiat importunus. Peccatori autē dixit deus: quare tu enarras iustitias meas? Sequit. Ego aūt humiliatus sum nimis. Ne intelligeres predicatiōes veracissimas humiliatas: que tāto plus entescūt / quāto amplius persecutorū studio comprimunk / se dicit esse humiliatū: q: sancta religione crescente / ipsi videbātur penis temporalibus subiacere. [Ego dixi in excessu † mentis mee: omnis homo mendax]. Ne illam veracissimā confessionem quam dño prestāte susceperat: aliquis putaret mortalium viribus applicādam: quid ꝓpriū humanitas habeat ipse ꝓfiteтur: omnē homine. s. esse mendacē. Sed vide q̄ hanc cōsiderationē non facile potuit inuenire: missi ad supernā cōtemplationem p excessum mētis euectus quando aia corporea sorde purgata / causas rerū manifestis speculationibus intuek. Magna siquidē prudentia gerit: vt sibi aliquis imprudens esse videatur. Nam sicut leues ac fatui se esse veracissimos mētiuntur: ita illuminati mēdaces se esse cognoscunt. Quapropter hec nos regula certa cōstringat: vt quando carnis fragilitate mendaces sumus nostrū esse fatea mur: quādo veraces / diuinis muneribꝰ applicemus. Hec autē sententia ptinet ad figuram Paroemiā: qñ hoc puerbium humani sermonis frequentatiōe celebrat. Tale est illud qđ in actibus apostolorū Saulo dictū est. Durū est tibi contra stimulū calcitrare. Revera durū: qñ suis nisibus percutik / qui in acutū calces elisisse mōstratur. Notandū vero q excessus mētis et in malo ponat: sicut est in Paralipomenon. Et dediſti eos in extasi. i. in excessu mētis / z in cōmotiōe z in interitu. [Quid retribuā dño ꝓ omnibus que retribuit michi.] Bene dubitauit qđ retribuere possit humanitas: q̄ boni ꝓpriū nichil habebat. Hā cū dicit Quid: hesitatio nostra mōstrat. Quid eñ illi ab hoie potest reddi: dū sup eius nos cōstet munere cōtineri? Merito ergo dubitabat: cui dignū de suo nichil occurrerat. Uerū ne olno redderet sterilis: ꝓfitus misericordia dñi: quid retribuat subsequēter exponit. Sz illud est magnopere perquirendū qđ dicit deū nobis retribuisse q̄ cōtulit: quasi boni aliquid ei ꝑtus dederimus: z sic ab ipso collata suscepim⁹: cū apls clamet Quid eñ habes qđ nō accepisti? Si aūt accepisti quid gloriaris quasi nō acceperis? Sz retribuere dicimur: qñ er bonis bona reddimus / et malis bona prestamus. Dño eñ retribuit nobis bonū p malo: vt qđ predicauit verbo / mōstraret exēplo. Ille eñ alapis cesus: ille

Rom.8. Alt.mihi. Psa.49. Alt.meo. 1.Cor.4.

dicet trādit⁹ ille flagellis immeritis verberatus/nobis relur/rectionis spem tribuit: z celoꝝ regna pmisit. [Calicē salutaris accipiam: z nomen dñi invocabo]. Digna quidē pmissio: sed in humanis viribus ponat periculosa presumptio. Quis enī potest cōfessoribus tormentoꝝ patientiam dare: nisi ille qui p nobis dignatus est calicē passionis acciperet? Nam vt hoc impossibile humane virtuti absolute mōstraret/secutus est: Et nomen dñi invocabo. Cuius fretus auxilio credebat se cōplere: cui carneam fragilitatē nō putabat posse sufficere. Pulcherrime vero ac breuiter definita est martyrū mors/calix salutaris. Calix: q: sub mēsura bibit. Salutaris: q: in eternā salutē/dño prestāte) ppinat. De isto calice dixit z dñs in euāgelio. Potestis bibere calicē quem ego bibiturus sum? [† Pretiosa in cōspectu dñi mors sanctoꝝ eius]. Bene dicitur Pretiosa: que dñi sanguine noscit cōparata. Illius enī passione glorificata est: vt in conspectu eius esset eximia. Hāc enī cognoscimus dñm famulis suis magna gratie vbertate cōferre: quā ipse est dignatus assumere. O mors vitalis: O interitus ambigendus: O transitus gloriosus: que mēbra christi imitatores sui capitis facis: z vt sit pretiosa/non diuitijs oblatis efficit: sed effusiōe sanguinis cōparat. [O dñe q: ego seruus tuus: ego seruus tuus/z filⁱ ancille tue. Dirupisti vincula mea]. Venit ad positionē secūdā: vbi munere singulari suscepto exclamat dicens: O dñe ego seruⁱ tuus. Admirat enī se talia beneficia suscepisse: qualia ipse p redemptiōe mūdi est dignatus assumere. Quēadmodū enī non miraret⁹ seruus: z conditione primi hominis implicatus ad illa venire: que tāta mātestas dignata est elegisse? Pauor est dicere q̄ beneficia suscipiat: q̄ suis actibus merek offensaꝝ. Nam vt admirationis istius declararet augmentū: repetit Ego seruus tuus. Adiecit Et filⁱ ancille tue: vt humilitatē suā triplicatis cōfessionibus indicaret. Filⁱ autē ancille ideo videt adiectū: vt ecclesiaz catholicam omnimodis indicaret: que ancilla est dū seruit/spōsa dum iungit. Et ideo cōpetenter aduertimus non esse martyrū: nisi qō seruus dñi/et catholice filius merek ecclesie: sequit. Dirupisti vincula mea. Virtutem hic martyrij sentimus exponi: cuius impetu triūphali dirumpunk omnia vincula peccatoꝝ. Nulla enī in homine macula remanere potest: quē pius sanguis abluerit. Notandū aūt q̄ versus hic tantā virtutē creditus est habere: vt a nōnullis diceret⁹ posse hoibus peccata dimitti: si eum in fine vite sue tertia cōfessione congeminet. [Tibi sacrificabo hostiā laudis †.] Quia dirupta fuerāt vincula peccatoꝝ: sacrificare se dicit hostiam laudis. Quod sacrificiū nimis dño videt⁹ acceptū. Ipse enī in euangelio docet: Decē sanati sunt: et nō est inuētus q̄ daret gloriā deo: nisi hic Samaritanus. Non enī iste de ullis fuit qui beneficiū dñi ingrata taciturnitate pesserunt: sed iste accepti boni gratiarū actionem se restituere cōpromittit. [Vota mea dño reddam †: in atrijs domus dñi]. Postq̄ dixerat obliturū se hostiam laudis: ne crederet⁹ vbiq̄ esse soluendā: dicit In atrijs domus dñi: id est in ecclesia catholica toto orbe diffusa: qua cōtinent⁹ oēs veritatē christiani: nō heretici qui sunt vana p̄auitate discreti. Nā q̄ dicit Vota mea dño reddam: seipm offerre videlicet posse cēt. Omnū enī fidelium votum est christo se offerre: et in eius ecclesia recta credulitate consistere. Sed vt agnosceres que esset ista domus dñi: vide quid sequit. [In cōspectu oīs populi eius in medio tui hierusalem]. Ecce instruxit quam domū dñi dixerit superiore versiculo: In cōspectu. Omnis populi eius. Dignū enī est vt publice debeat laudari qui pari p omniū salute dignatus est. Dñs enī perfectissime nouit etiaz si in cordis secreto fiat. Sed hoc ad edificationē populi ptinet: vt bona cōfessio generalitatis auribꝰ imbibat: sicut in euāgelio dicit. Qui me cōfessus fuerit coram hominibus: confitebor⁹ et ego illuz coram patre meo qui est in celis. Addidit In medio tui hierusalem: vbi pax dñi conquiescit: et vnitas sancti populi dñi cōtemplatione letak. Conclusio.

Matth.20. Alt. Vota mea dño reddam coram omni populo eius.

Luc.17.

Scām aliā Ifam iste versiculus subiungitur sequenti.

Psalmus hic magnifico martyrū honore sacratus est: qui nobis z ad exemplum datus/et ad patrocinia largienda tributus est. Venerem⁹ talium dolores/ huiusmodi penas studio nobis charitatis optemus: vt si nō meremur tali cōsummatione coronari: saltē in studijs possimus similibus inueniri. Cur enī tales dolores christianus velit effugere: per quos se nouit ad celoꝝ gaudia peruenire?

Explicit expositio in psalmum.115.

Alleluia. Lxvi.

Laudate dominū omnes gentes: laudate eū omnes populi. Quoniā confirmata est super nos misericordia ei⁹: z veritas dñi manet in eternum.

Iobus quidem versibus: sed plenarius tituli honor apponit: vt intelligamus quanuis pauca verba in domini laudibus semper esse plentissima. Quis enīz dubitet exiguum nō debere dici: vnde potest magnificentia superna laudari? Cui cōgrue apponit Schema: quod grece dicit Hypmos: quoniam seriem orationis vsq̄ ad vltimum seruans: nec personam noscitur mutasse/ nec causam: sed vno sensu vsq̄ ad terminum quod cepit exequitur. Continentia. SCHE.

Licet hic psalmus pre paucitate versuuz diuisionē non recipiat: omnes tamē compendio sue locutionis exuperat. Est enim primus quidem athomus psalmoꝝ/puncti referēs dignitatem: vndelmea oritur/ z diuerse schematū species doctissima varietate formantur. Expositio.

Laudate dñm omnes gentes: † z collauda te eum omnes populi]. Et istū quoq̄ psalmū ad personā martyrū debemus aptare Dicunt enīz sancti viri quasi iam gloriosa passione pfuncti: vt oēs gentes ad laudes dñi debeant excitari: qui talia prestitit seruis suis: vt ipsius potius imbuerent⁹ exemplis. Ubi sunt Donatiste: qui tīn sue cōgregationi fidem prestitam mētiuntur? Clamat chorus ille sanctoꝝ omnes gentes dñm debere laudare: atq̄ vtinam vel nobiscū faceret⁹/qō se agere singulariter mentiunk. Sequit: Et collaudate eum omnes populi. Collaudatio/est cunctoꝝ fidelium in vnū redacta laudatio. Hec enī ecclesie catholice apta cognoscitur: que de diuersis mūdi partibus aggregak. Omnes enī gētes in suis populis generaliter cōmonent: ne quis se in iudicio dñi dicat esse preteritum. [Quoniā cōfirmata est super nos misericordia eius: z veritas dñi manet in eternum]. Causa redik quare debeat dñs toto orbe laudari: qīn pmissiones suas quas p sanctos pphetas effecerat: aduētus suī visitatione cōpleuit. Confirmata est enī in populo christiano misericordia eius: z non cōmouebitur in eternū: qī ille qui prestitit/ipse nos (vt credere dignū est) etiā sua miseratione custodit. Addidit Et veritas dñi manet in eternū. Hic veritas dñi filius significat: sicut ipse dicit: Ego sum via/veritas/et vita. Nā si vt putat⁹ demētissimus Arrianus (qō dici nefas est) erat tempus qī non erat filius: fuerat vtiq̄ tēpus qī esset pater sine veritate/sine via/sine vita. Sz qī sine his rebus pater nunq̄ fuisse credendū est/saluti nostre et ipsi cōuenit veritati coeternū z cōsubstātialem patri per oīa filium confiteri. Deinde scriptū est: Omnia per ipsum facta sunt: z sine ipso factū est nichil. Nam si tēpus est factum per filiū: quomodo existere potuit tēpus qī non erat auctor ei⁹? Sic errores prauos sequit semper absurditas. Subiecit quoq̄ terciam substantiam: pater semper anterius filio predicat. Et vbi est illud In principio erat verbū: et verbū erat apud deum? Videt⁹ nichil illi fuisse preposituū. Nam z multis locis primus filiⁱ nominat: vt est illud apostoli ad Ephesios. An nescitis q: omnis fornicator z immundus non habet hereditatem in regno christi z dei? Et ad Galathas Paulus apls: non ab hominibus/neq̄ per hoīnē: sed per Jesum christū/et deum patrem. Et ad Thessalonicēses: Ipse autem dñs Jesus christus/z deus pater noster qui dilexit nos. Et ad Corinthios secūda: Gratia dñi nostri Jesu christi/et charitas dei. Et vt istā equalitatē de tota intelligeres trinitate: addidit Et cōmunicatio sancti spiritus cuz oībus vobis. Legitur etiā spiritū sanctū z dñm: z prior loco fuisse nominatū. Aut enīz Paulus ad Thessalonicēses: Dñs autem dirigat corda vestra in charitate dei/z patientia christi. Quatur enī spiritus sanctus vt corda credentiū dirigat et in charitate dei/et in patientia christi. Quapropter vnus ex trinitate ante/vel postea nominatus: audienti nullum preiudicium poterit exhibere: q: humana locutio aliter se non valet expedire. In deo enīz nulla est disparitas vel diuersitas estimanda: q: vbi vnus deus recte creditⁱ: ibi minor z maior non potest inueniri. Nescit enim numerū vnitas: nec gradum admittit equalitas: sicut scriptū est: Non ascendes per gradus ad altare meum.

Joan.14. Joan.1. Ibidem. Ephe.5. Gal.1. 2.Thess.2. 2.Cor.13. 2.Thess.3. Exo.20.

Conclusio.

Paruus quidē psalmus plenissima breuitate cōclusus est. Quid enī amplius potuit dici: q̄ vt creator debeat toto orbe laudari? Fecūda breuitas/cōstricta copia/artū latissimū/et sine fine coangustū. O dulcis z admiranda diuersitas: modo paucis sentētijs salutaria dicere: modo magnalia diffusa oratione narrare: vt tediosa mortalitas nec in ipsa cura sustineret fastidiū: cui prestat amena varietas appetitū. Queri fortasse potest cur duos tīn versus psalmus iste cōtineat: cū eduerso cēte simus octauus decimus/cētū septuaginta sex ꝑsibus pducⁱ esse mōstret⁹ alijq̄ cōplures dispari mō p rerum qualitate formati sunt. Sed illud fortassis indicare res ista cognoscit: qīn sicut armonia. i musice virtutis pulchra modulatio ex diuersis sonis atq̄ accentibus vnā perfectā facunt cātilenam: sic et isti psalmi modo breues/modo mediocres/modo longissimi: in vnū cōcentū suauitate dulcissima redigūtur. Siue (qō credere dignū est) fatur⁹ regnū dñi significat: vbi diuersa merita sanctoꝝ p actuum qualitate fulgebūt: cum tamē omnibus vna beatitudo/z suauitas eterna prestetur.

Explicit expositio in psalmum.116.

Alleluia. Lxvij.

Confitemini dño qīn bonus: qīn in seculū misericordia ei⁹ Dicat nunc israel qīn bonus: qīn in seculū misericordia ei⁹ Dicat nūc domus aaron qīn bonus: qīn in seculum misericordia eius. Dicant nunc q̄ timent dñm: qīn in seculum misericordia eius. De tribulatione inuocaui dñm: z exaudiuit me in latitudine dñs. Dñs michi adiutor: nō timebo quid faciat michi homo. Dñs michi adiutor: et ego despiciam inimicos meos. Bonū est cōfidere in dño: q̄ confidere in homine. Bonū est sperare in dño: q̄ sperare in principibus. Omnes gentes circuierunt me: z in nomine dñi q: vltus sum in eos. Circūdantes circumdederūt me: z in nomine dñi q: vltus sum in eos. Circundederūt me sicut apes: z exarserunt sicut ignis in spinis: z in nomine dñi q: vltus sum in eos. Impulsus euersus sum vt caderem: z dñs suscepit me. Fortitudo mea z laus mea dñs: et factus est michi in salutē. Vox exultationis z salutis: in tabernaculis iustoꝝ. Dextera dñi fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutem. Non moriar sed viuam: z narrabo opa dñi. Castigans castigauit me dñs: z morti nō tradidit me. Aperite michi portas iustitie/ingressus in eas cōfitebor dño: hec porta dñi/iusti intrabūt in eā. Cōfitebor tibi qīn exaudisti me: z factus es michi in salutem. Lapidem quē reprobauerunt edificantes: hic factⁱ est in caput anguli. A dño factū est istud: z est mirabile i oculis nostris. Hec dies quā fecit dñs: exultemus z letemur in ea. O dñe saluum me fac/o dñe bene prosperare: benedictus qui venit in nomine dñi. Benediximus vobis de domo dñi: deus dñs et illuxit nobis. Cōstituite diem solēnem in cōdensis: vsq̄ ad cornu altaris. Deus meⁱ es tu/z cōfitebor tibi: deus meus es tu/z exaltabo te. Confitebor tibi qīn exaudisti me: z factus es michi in salutem. Confitemini dño qīn bonus: qīn in seculum misericordia eius.

Alt. laudate.

Legimus in Apocalypsi Joannis apostoli Alleluia in celo cantare multitudinē copiosam: quod etiā quatuor animalia/et viginti quatuor seniores adorantes dñm dicunt: q: totus ille celestis exercitus in voce tube grādisone hymnica exultatione cōcelebrat. Quapropter ad hoc laudis officium et nos alacriter accedamus. Quod si puro corde canimus/sanctis virtutibus pia deuotione miscemur: fitq̄ honor z gratia terrenorum que beatitudo ꝓbatur esse celestiū. Quocirca intuea

mur hunc psalmū speciosa fronte relucentē. In ipsis quippe principijs quatuor versus pari fine conclusit: vt euangelico numero totum mundū vni dño laudes debere redderet/adhortatiōe quadrifaria cōmoneret. Hos intercalares nō possum⁹ dicere: q; nullos alios miscet: sed vnifines eos apto fortitan nomine vocitamus/qui simili verbor; consonantia terminant. Hoc & in centesimo tricesimoquinto psalmo p omnes versus absolute facturus est. Quod quēadmodū se habeat: suo loco cuidentius cōmonemus. Diuisio.

Fidelis populus peccatorū nexib⁹ absolutus. In pria sectione generaliter hortat: vt vnusquisq; dño debeat confiteri: qm̄ in tribulatiōibus exaudiuit⁹/pfessus est hominē nullatenus formidandū. Secunda in solo dicit dño cōfidendum: per quē gentium inimicitias pbatur euasisse: & ad veracissime vite puenisse remedia. Tertia sectione aperiēdas sibi portas dicit esse iustitie: vbi dicit etiaz de angulari lapide: id est de dño saluatore. Quarta reliquis christianis frequentanda dñi atria persuadet/de aduētu sancte incarnationis suauem delectatione cōgaudens. Expositio.

Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in seculum misericordia eius]. Populus ille beator;ū: q; propria fuerat clade liberatus: reliquos cōmonet fideles vt dñi laudibus cōstanter inuigilent. Ista em̄ confessio ad laudē pertinet absolute: siue q; illi est alleluia prepositū/siue q; a diuersis angustijs ereptum se dñi miseratiōe letat⁹. Audis quoq; causa subiungit qm̄ bonus: quod nomen deo pprie certum est cōuenire. Nam cū ab incredulis audeis fm carnis aspectū christus magister bonus dicerek: respōdit ipse. Quid me interrogas de bono: qui me celsū dñm esse non credis? Adijcies Nemo bonus nisi solus deus. Sed cū legat: Bonus homo de bono thesauro suo pfert bona: qua ratione videt esse contrariū. Sed holem bonū dicimus per dñi gratiā factū. Nam ille solus pprie per se dicitur bonus: qui eos facit implere qb⁹ boni sunt. Sequit. Qm̄ in seculum misericordia ei⁹. Ipsius quoq; boni quē dixerat expositio dilucidat: q; non solū prestat immeritis/sed in eternū misericordie sue dona cōcedit. In seculum em̄ pertinuitatē significat futuram: vbi vnū est seculum/& vna dies: nec permutatio vlla succedit. Dicat nūc israel qm̄ bonus: qm̄ in seculū misericordia eius. Dicat nunc domus aaron qm̄ bonus: qm̄ in seculum misericordia eius. Dicant nunc omnes q timent dñm qm̄ bonus: qm̄ in seculum misericordia ei⁹]. Cum in his versibus legātur similes fines: premissa eos expositio cōperenter amplectit. Illud tñ altius pscrutandum est: cur in principijs versuū tñ nomina variauit. Alit enim Dicat nūc israel: q; totū populum amplectitur beatorū. Secundo versu ponit Dicat nūc domus aaron: significās sacerdotes quos ppter honorē sui reuerētiam singulariter estimauit esse memorādos. Tertius quoq; versus ait: Dicāt nunc omnes q timēt dñm: vt illos ostenderet quos in centesimodecimotertio psalmo dixerat: Pusillos cū maioribus in vnā societatem christo dño pura mente deuoti sunt. Sic diuersitas ista nominū: generalitatē complectitur absolute fidelium. [† In tribulatione inuocaui dñm: et exaudiuit me in latitudine †]. Exemplū pprium ponit: vt audiētium animos excitet: q; magnū credulitatis incitamentū est/ipsum gratias agentē audire q perrexit. Sed considera qd addidit In latitudine: qm̄ nos de seculi quidem angustijs liberat: sed in magna premiorū suorum latitudine miseratus acceperat. Eripuit de tēporalibus malis: sed bonis nos potēs est implere perpetuis. Seuiāt ergo quantūlibet transitura discrimina: tumescāt aduersitates caduce: latissime redditur quod in hac mūdi brevitate fidelis populus ingrauat. [Dño michi adiutor; † est non timebo quid faciat michi homo. Dño michi adiutor; est † & ego † videbo inimicos meos]. Quānis versus isti peneuideā̄tur esse cōsimiles: singulis tñ verbis omnino discreti sunt. Nam cū se dicit auxilio dñi hominē non timere/carnales designat inimicos: quiuisualiter religiosorū ppositū perse quunt. Cum vero ait Videbo inimicos meos: spirituales nequitias vult intelligi: quas in illo iudicio dicit esse videndas: vbi iam diabolus cū ceteris ministris suis destructus atq; dānatus/humanis cōspectibus apparebit. Hay cū modo maxima pars hominū inimicos suos carnales aspiciat: illud magis optasse credendus est/quod hic videre non poterat. Siue orat vt latēte inimicū valeat intuer: quatenus cautior effectus ab eius insidijs reddatur alienus. & nota q in principijs amborū versuū: eadem verba geminant. Que figura dicit Anaphora: que etiā in sequētibus versibus inuenit. [Bonū est cōfidere in dño q̄ cōfidere in homine]. Populus iste beatorū diuino munere liberatus: fideliter ac pie docens/venit ad secūdam sectionē: dicens in deo solo/nō in homine cōfidendū: in illo. s. qui veraciter pmittit: non in isto q̄ fallaci presumptione se decipit. Quanti em̄ stulti dicunt facio quod volo: nec dñm mee voluntatis habeo: putantes q; per arbitriū liberum vtilitas sit explicanda mortaliū. Quos arguit Jacobus apl's dicens: Nonne ex cōcupiscentijs vestris dicitis: eras ibimus in illam ciuitatē: & mercabimur/& lucrū faciemus: q̄ vt dicatis: si voluerit dñs/et si vixerimus: faciemus hoc/aut illud/& reliqua. Est quidē in mala parte execrabilis libertas arbitrij: vt prevaricator creatorē deserat & ad vitia nefanda cōuertat. In bona vero parte arbitrū liberū Adam peccāte pdidimus: ad quod nisi per christi gratiam redire nō possumus: dicente apl'o Deus est em̄ qui operatur in vobis et velle/et pficere p bona voluntate. Unde assidua oratione precādum est: ne nos vōlūtas peruersa rapiat/sed inspiratio diuina possideat: qm̄ quicqd ex nobismetipsis sapimus/mortifera contra nos audacia cōcitamus. Jure ergo venant in homine confidendū: qui per se nec alteri/nec sibi prevalet dare remediū: sicut et Hieremias dicit Maledictus vir qui confidit in homine: & ponit spem carnē b; a; chij suā: et a dño recedit cor eius. Quapropter desinant presumptores illas sibi partes assumere: vnde eos iustus possit sententia diuina damnare. Hinc etiam pater Augustinus cōtra Pelagium scelestū & Julianū hereticos/copiosis libris mirabiliter disputauit: & venenosi dogmatis arma cōfregit. [Bonū est sperare in dño q̄ sperare in principibus]. Duo verba mutata omnino aliam fecere sententiam. Superius em̄ cōfidere se dicit: hic sperare. Ibi in homine/hic in principibus: vt illic de carnalibus/hic de spiritualibus dixisse videatur. Princeps enim et diabolus appellatur: vt est illud cuāgelij: Ecce venit princeps mundi huius: et in me non inuenit quicq̄. Sic & bonus angelus dictus est princeps: sicut in Daniele legitur Michael princeps magnus. Quapropter nec in bonis/nec in malis angelis: fx in solo dño spem hoīs dicit esse ponēdam. Nam & si bonos p impensa

Mat.19.

Jbidem.12.

Alt. De.
Alt. dñs.

Alt. non hz.
Alt. despiciam.

SCHE.

DOG.

Jaco.4.

Phil.2.

Joan.14.

Daniel.12.

nobis pietate diligimus: beneficia in ipsis dñi non propter possibilitatis iura laudemus. [Omnes gentes † circūdederūt me: & in nomine dñi † vltus sum † eos.] Hoc populus ille merito dicebat q̄ spem suam in dñi protectione posuerat/significans labores ecclesie: quos primū in capite suo: id est in dño christo pertulerat: et post in suis passionibus sustinebat. Primo em̄ quando religio innotuit christiana omnes gētes in ei⁹ persecutiōe surgētes/ diuersis cladibus affecerunt fidelissimos viros. Qui tamē in suis pseutoribus iuuante dño vindicarunt: quādo eos puersiōe mirabili subdiderunt: vt de se penitētie penas exigerent/quas prudem innocētibus ingerebant. Nam q̄ dixit Gētes: et subiūgit genus masculinū: Altus sum eos: siue ad intellectū pertinet: q; in gentibus populi significantur: siue Schema est Exaliage: id est immutatio: qm̄ genus hic nominis immutauit. [Circūdantes circunderūt me: & in nomine dñi † vlt⁹ sum † eos]. Perscrutande sunt minutie verborū: qm̄ discussa (sicut sepe diximus) non minima nobis sacramēta parturiūt. Propositū Gentes: quod ad ecclesiā ppter martyrum populos grinebat: qui studentes cultoris demonum/passim lacerabāt populos fideles. Modo autem sub ipsa repetitione verborū noluit gentes ponere: vt magis passionem dñi subtiliter indicaret: quā a solis iudeis specialiter cōstat impletam. In quibus tamē est in nomine dñi vindicatū: quando multi ex his penitentes mala que fecerūt/vocabulum christianorū sumere meruerūt. Et isti quoq; versus appellādi sunt vnifines: sicut & illi qui in capite psalmi sunt positi. Et notandum: q; sicut caput plerūq; de membris loquitur: ita nūc membra de suo capite ploquuntur. [Circūdederunt me sicut apes † fauū: et exarserunt sicut ignis in spinis: et in nomine dñi † vindicaui in eos]. Adhuc & isti versus de dño loquūtur. Ipse enim a seuientibus iudeis circūdatus: passionis siue per totum mundum mella pfudit. Apes enim fauum circundant: quando per domos cereas liquores dulcissimos recondunt: & cum sibi putant victualia reponere/facunt vnde homines possint sua desideria tartare. Quod iudeos impiesse manifestū est: quando rem cuncto orbi dulcissimam amaris conatibus effecerunt. Apes enim quasi a pedibus dicte sunt: q̄ sine pedibus nascuntur. Spine/seculi peccata designant: quibus iudeoꝝ populus ferociter iratus/ in delictis suis velut ignis concrepans estuauit. Sed in eis quoq; dñi gratia vindicatū est: quando de illo melle quē condiderant nescij: conuersi ad dñm/suauissime sunt repleti. [Impulsus † versatus sum vt caderem: et dñs suscepit me]. Hoc iam de se omne corpus fidelium verissima voce testatur. Impulsus enim ille cadit: cui dñi fortitudo subtrahitur. Et inspice vim verborum: impulsum se dicit & versatum vt caderet: sed dñi susceptione firmatus est. Soli enim versari non cadunt/qui christi virtutibus continent: vt frequenter fieri solet: quādo beneficiis tradantur ad penas. Ideo enim tradi videtur vt cadāt: id est vt a recta credulitate mutentur: sed dñi dextera confirmati non cadunt: quoniā in fidei sanctitate consistunt. Alioquin infideles cadunt: etiam cum stare in pertinacie sue obstinatione cernunt. [Fortitudo mea & † laudatio mea dñs: & factus est michi in salutem]. Non potest impulsus cadere: cui auxiliū videtur dñi fortitudo prestare. Sed ne putarek sola pericula declinare: quem dñi dona seruabant: adiecit Factus est michi in salutē: q; per ipsum eternam vitā suscipiūt:

Alt. circunderunt.
Alt. quia.
Alt. in.

Alt. nō hz.
Alt. quia vltus sum in eos.

SCHE.

Alt. quia
Alt. in

Alt. euersus.

Alt. laus.

per quem & seculi huius ruinas euadere pmerentur. Ipse enim est et fortitudo/et laudatio eterna beatorum. [Vox † letitie & salutis in tabernaculis iustorū. Dextera dñi fecit virtutem]. Chorus ille fidelium letus exultat: quoniā dum persecutores eorū putarent eos meroze confici/& tribulatione consumi: illi diuina contemplatione gaudentes de sua pena letabuntur: quam sciebant sibi ad eterna gaudia profuturā. Hic enim tabernacula iustorum humani pectoris secreta designant: vbi semper sancti leti sunt: quāuis forinsecus affligātur. Et vt cognoscerees vnde istud gaudiū venit: adiecit Dextera dñi fecit virtutem: id est christus: per quem patervirtutem operatus est in exaltatiōe sanctorū: quod infertius ipse dictorus est. [Dextera dñi exaltauit me.] Dextera dñi exaltat: cum terrenis hominibus celorū regna cōcedit. Quid enim potentius/q̄ mortales induere immortalitatem: corruptibiles incorruptionem: peccatoribus beatitudinē: de hoste fortissimo infirmis dare victoriam: [Nō moriar/sed viuā: et narrabo opera dñi]. Contra illa hec dicuntur: que aduersum ecclesiam christi persecutorum loqui iolet insana pcacitas: que cum se delere no men estimat christianū/prestare potius videt augmētum. Cui merito dicitur a fideli Non moriar (vt tu putas) sed viuam vita quam nescis: ad quam mente pretumidi peruenire non possunt. Narraturū se etiā opera dñi pollicet: vt semper augeatur ecclesia tali predicatione vulgata. Quid prodest crudelibus persequi: quos vident persecutiōibus semper augeri/Quanto melius & ipsi viuerent: si cōuersi tēporibus ecclesie deplorarent: [Castigans castigauit me dñs: et morti nō tradidit me]. Ne sibi aliquid persecutorū superba vendicaret: tormenta ipsorum/seuitiamq; ferocissimā castigatione dñi esse confirmat: vt tota illa iniqua potētia ad correctionem fidelium videatur esse concessa. Quid se de potestate iactant: quibus nil pro sua vtilitate cōceditur? Crudelitas illorum nostra correctio est: furoris flamma probatio. Nō se meliores estimēt qb⁹ delinquūt: filio nō parcitur vt eruditi posse videatur. Sed hec bene castigatus edicit. Solus em̄ mori non traditur: cuius hic vitia commissa purgantur. Et nota q̄ ait Castigans castigauit. Hoc em̄ genus locutiōis in scripturis diuinis sepius inuenitur: vt est illud Benedicens benedicam te. Multiplicans multiplicabo semen tuum: et his similia. Quod argumentum (sicut sepe diximus) dicitur a conjugatis. [Aperite michi portas iustitie: & ingressus in eas cōfitebor dño]. Populus ille fidelium venit ad tertiam sectionem Hierusalem cupiens introire: ianuas eius feruore spirituali sibi postulat aperiri. Quibus ergo dicitur Aperite: nisi prophetis atq; apostolis: qui celorū claues mysticis virtutibus acceperūt? Per has enim doctrine ianuas introducti: intus iam positi veraciter dño confitemur. Ceterū quicquid extra ecclesiam catholicam geritur: nequaq̄ dñi laudib⁹ applicatur. Bene autem per allegoriam prophete atq; apostoli porte appellate sunt. Porte em̄ dicte sunt: per quas victualia cuntatibus important: sicut et per illos animarū pabula constat illata. [Hec porta dñi: iusti intrabūt † per eam]. Cū superius dixerit Portas: querendum est quare hic portam voluit ponere numero singulari: scilicet vt designaret prophetas atq; apostolos ianuas quidem esse celoum: sed has omes ad vnam posse perducere: q; vniuerse cōsuerunt ad dñm intromittere Saluatorē: qui & porta potest appellari

Alt. exultationis.

Alt. in

Joan.10. sicut ipse in euangelio dicit Ego sum ostium ouiū ⁊c. Sequitur Justi intrabūt per eam. Et hoc quoq; subtiliter inquiramus: cur supernus dixerit Portas iustitie: et hic posuit Justi intrabunt p eam. Significans (vt michi videtur) iam nō scripturas diuinas: p quas transeunt ⁊ iniusti: sed illam Hierusalem que portam habet dñm Saluatorem: per quem iusti tm̄ homines introibunt. Quod bene virtuq; complexus est: vt et istud / et illud futurum seculum significare videretur.

Alt.non hȝ. [Cōfitebor tibi † dñe quoniam exaudisti me: ⁊ factus es michi in salutem]. Istam cōfessionem non afflicti populi debemus aduertere/sed letantis. Gratias esn agit: q; illi dño salutaris illuxit: et redemptor gēium oculis humanis apparuit. Unde reuera intelligimus et a prioribus iustissimis dñi aduentum fuisse iugiter

Matth.13. expetitum: sicut ipse in euangelio dicit. Multi pphete ⁊ iusti cupierunt videre que vos videtis: et audire que auditis ⁊c. [Lapidem quem reprobauerūt edificantes: hic factus est in caput anguli]. Sub allusione fabricantium exponitur inanis opera iudeorum. Soli quippe hominū adhuc in mundo vnum deum colentes edificare videbantur: dum cetere nationes idolorum se cultura destruerent. Edificantes enim tendūt semper ad angulum: vt commissorū parietum soliditas impleatur. Judeis vero fidei sue fabricam minime perfecerūt: quoniam ipsum qui erat lapis fortissimus angularis more dementium putauerūt esse tennendum. Dño autem christus per Tropologiaȝ (sicut in numeris locis cōstat expositum) ideo lapis dicitur angularis: q; duos ad se populos ediuersa veniētes: gētilium atq; iudeorū tanq; geminos parietes in vnam soliditatis gratiam collocauit. De hoc lapide pphete: de hoc apostoli: de hoc diuersi multa dixerūt. Angulus enim tractus est ex greco sermone: id est a γονυ: quod latine dicitur genu. Hoc inflexum speciem anguli conformi qualitate restituit. Nam apud grecos originē sui nominis in deriuatiōibus omnino custodit: vt tetragonus/pentagonus/et his similia. [A

Alt.factum est istud. dño † factꝰ est hic: ⁊ est † mirabilis in oculis nostris]. Ne lapidem istum saxeis montibus putares excisum

Alt.mirabile in salutem mundi factum dicit a dño. Sed dum memorat factum/natura humanitatis ostenditur: que et

Phil.2. creata esse monstratur. Sic et apostolus ait In similitudine hominū factus: ⁊ habitu inuentus vt homo.

Rom.1. Et alibi. Qui factus est ei ex semine David fm carnē.

Dñs. Iste quippe lapis qui est fabrice decora copulatio/ fibula parietū/in fundamentis perpetua fortitudo/ mirabilis est in oculis fidelium qui non solū eum corporaliter vident: verumetiam illuminata mente conspiciunt. Viderūt enim et iudei: sed non mirabilem: quia solam inuebātur carnem quam videbant esse cōmunem. Fidelium autez sensibus qui eum filium dei esse pfessi sunt mirabilis ⁊ terribilis apparebat: sicut Pe

Mat.16. tro apostolo qui dixit: Tu es christus filius dei viui.

Alt.est. Hec † dies quam fecit dñs: exultemus et letemur in ea]. O q̄ suauia verba sancta nobis pbatur eructare credulitas. Nam licet deus cūctos dies creauerit: singulariter tamen diem fecisse dicitur/ qui christi dñi natiuitate sacratus est. In quo merito exultari conuenit ⁊ letari: quoniam in eo ⁊ diabolus ius perdidit: et salutem mundus accepit. [O dñe saluum me fac: o dñe bene psperare]. Interiectiōes iste desiderium magne petitionis ostendunt: vt ⁊ hinc de mūdi istius clade liberētur: et ibi prosperrima sorte ad dexteram collocētur. Duo eñ ista sunt que fidelis expetit christianus: vt ⁊ hic eripiatur a peccatorum morte: ⁊ illic collocetur in requie sempiterna. Nam istas afflictiones quas hic patiūtur: illos dolores quos hic amore dñi sustinent/ibi sine dubio prosperātur: quando iam ad gaudia eterna peruenient. Prosperari enīz est aliquid asperum facere tranquillum: vt grata nobis fiāt mala preterita: que credimus in eterna gaudia commutanda. [Benedictus qui venit in nomine dñi. Benedixim⁹ † vos de domo domini]. Quarta sectio Alt.vobis. que superest introitur: vbi de aduentu dñi suaue munus laudis offertur: et subtiliter Antichristi presumptio iniqua damnatur. Hec figura dicitur Emphasis S Chr̄e. que significat etiam id quod non dicit. Dicendo enim Benedictus qui venit in nomine dñi: illum cōstat esse maledictū/qui in suo nomine creditur esse venturus. Et vt christum omnipotentem dñm esse cognosceres dicit eum venisse in nomine dñi: ne aliquid de ipso carnaliter mens humana sentiret. Hoc etiam ⁊ euangelij textus ostendit dicens: Ego veni in nomine patris Joan.5. mei: ⁊ non accepistis me. Si alius venerit in nomine suo: illum accipietis. Sequitur Benedixim⁹ vos de domo dñi. Ab illo populo fideli quem prefari sumus/ hoc dicitur reliquis christianis: quasi sacerdotali dignitate subiecti loquunt ad plebem: ostendentes dñi benedictionem deuote plebi per antistites saluberter dari. Et ne hoc dubitanter acciperes: dicit De domo dñi: id est de ecclesia catholica: vnde salutare baptisma venit: vnde cōmunicatio sancta pcedit: vnde oleī sacrati vnctione mundamur: vnde omnis benīz benedictio vera prestatur. [Deus dñs et illuxit nobis. Alt.pdēs. Constituite diem solennem in † confrequentationibus vsq; ad cornu altaris]. Cum dicit Deus dñs/ad superiora respondet: vt sic intelligas Benedixim⁹ vos de domo dñi: nunc non nos/sed deus dñs. Ipse enim benedicit ore sanctorū: et lucescit nobis: quando nos a peccatoq; obscuritatibus alienat. Sequitur Constituite diem sollennem in confrequētationibus vsq; ad cornu altaris. Istud iam dicitur benedictis: qui poterant dies festos celebrare solenniter. Constituite dicit: id est deliberata custodite sententia. Diem sollennem: qui honore dñi/ ⁊ sanctorum cōfessione sacratus est. In confrequentationibus: id est processionibus crebris: quas populi turba cōdensat/et reddit celeberrimas deuotione festiua. Quod vero addidit Usq; ad cornu altaris: phibētur aliqui forsitan (quod multis in vsu est) audita euangelij lectione discedere. Non enim ad cornu altaris accedunt: qui cōmunicationis gratia non replentur. Hoc de isto altari visuali (vt michi videtur) cōpetenter accipimus: quod corpus ⁊ sanguinem dñi solemni nobis frequentatiōe largit. Illud vero altare est ante conspectū dñi: vbi purificatis animis per cōtemplationem sanctam iubemur accedere: vt in hac actuali solennitate illud semper debeamus inspicere: sicut iam in quadragesimo secūdo psalmo cōstat expositum: vbi ait Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meā. Cornu vero significat potestatem: quam sanctū altare habere manifestum est. [Deus meus es tu/et confitebor tibi: deus meus es tu/et exaltabo te]. q̄ bene veritas ista professionis iteratur: vt dñm nostrum dicamus esse: quem pura mente non desinimus adorare. In primo enim comate dicit Cōfitebor tibi: quod ad gratiarū pertinet actionem. In secundo: exaltabo te: q; predicationibus beatorū per cunctas gētes exaltatur dñs christus qui reddit bonum p malo: qui

inimicos dum possit extinguere patienter expectat: ⁊ conuersis talia reddit/ qualia sanctis suis misericordia gratuita cōpromisit. [Confitebor tibi † dñe: quoniā exaudisti me/et factus es michi in salutem]. Hic quidem versus quoniā repetitus est/ iam superius in tertia parte pbatur expositus: hoc tamē breuiter edicimus: vt hanc cōfessionem letissimam post percepta beneficia fusam intelligere debeamus: sicut nos commouit ⁊ titulus Alleluia. [Confitemini dño quoniā bonus: quoniā in seculum misericordia eius]. Et hic quoq; versus in capite psalmi pbatur esse iam dictus vt sicut a christo fecit initiū: ita ipsi cōcordare videa-

Apoc.1. tur ⁊ finis. Ipse enīz in Apocalipsi dicit Ego sum alpha et o. Merito ergo ⁊ in capite consessio posita est/ ⁊ in fine repetita: quia in omni vita nostra ipsam nos oportet assumere: et in ipsius delectatione finire.

Conclusio.

Recordemur hunc psalmū non incassum: velut quibusdam fulgoreis coloribus esse contextum. In capite enim quatuor versus vnius fines imposuit: et iterū in fine primū versum psalmi decora iteratiōe geminauit: atq; iterum quem vicesimū primum posuit/ eundem pene vltimum repetijt: vt quasi vestis illa pontificis aureis quibusdā filis: et vermiculata pulchritudine contexta fulgeret. Illa enim in fimbrijs habuit tintinnabula: ista in fine eadem retinniunt/ que in capite dicta sonuerunt. Pontifex igitur quādo ingrediebatur sancta sanctorum/habebat hanc vestem: vt antistitis reuerēdi nullatenus ignoraretur aduētus: cum etiam tacitus vocalis incederet. Iste sic decora varietate dispositus est: vt pconia sancte incarnationis pulcherrimis quibusdam sentiant indicijs. Cooperiat nos pie rex ista vestis eloquij tui: ⁊ hoc resonēt te prestante actus nostri: quod tua dñe precepta tulerunt. Meminerimus autē hunc psalmū quintum esse eoz qui de primo aduentu dñi mirabili narratione prolati sunt/ quinq; fortasse panibus cōparandi: qui esuriem obseruantium populorum copijs celestibus expleuerunt.

Explicit expositio in psalmū.117.

Alleluia. Lxviij. ALEPH

Beati immaculati in via: q̄ ambulant in lege dñi. Beati qui scrutant testimonia ei⁹: in toto corde exquirunt eum. Non enī qui operantur iniquitatē: in vijs eius ambulauerūt. Tu mādasti: mandata tua custodiri nimis. Utinam dirigant vie mee: ad custodiēdas iustificatiōes tuas. Tunc non cōfundar: cū perspexero in omnibus mādatis tuis. Confitebor tibi in directiōe cordis: in eo q̄ didici iudicia iustitie tue. Justificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaq;.

Stiuo psalmo/ ⁊ diuinarū rerū virtute plenissimo: desiderabile Alleluia premittitur: vt meritum diuini carminis honore tituli possit agnosci. Est enim altissimus profunditate sensuum/ et cōtextus quasi similium repetitione verborū: modo pfrēdo quod accepit: modo iterum eadem sperādo que meruit. Qui more nobilium fluuiorū lenis ire cōspicit: cum nimis pfundus esse noscat: quem tū oportet iuuante deo instituī nostri mensura percurrere: ne qui nos hactenus cōtrinxim⁹: subita inundatione fundamur. Est etiam hebreis elementis ad rudes ⁊ docibiles in schola christi populos instruendos tali ordine depictus: vt versum quem prima littera sortita fuerit: eadem et in seprem subsequētibus affigatur: sacramentū illud forsitan in cordis circūcisione designans. Sic iste psalmus in sua lingua p singulas litteras octonis versibus gregarius decurrens/ sibi vndiq; collatus partū equalitate finitus est: quod nos dicimus ⁊ diuisionis causa positū: et vt perfectum numerū posse indicare iustorū. Istis enim litteris/ ⁊ hebraea sapientia discit: ⁊ diuinorum librorum sacratus numerus continetur. Has enim litteras significationes suas habere (beato Hieronymo testante) cognouimus: quod nunc reperire videtur esse superfluum: cū sit iam alterius labore collectum. Hunc autē psalmum/ ⁊ centesimū decimūquartum/ ⁊ Deuteronomij canticum: Josephus refert elegiaco metro esse compositos. Diuisio.

Psalmū istum moraleȝ hebreas litteras ad sui numeri diuisiones illustrabiles non incongrue dicimus cōtulisse: in quo sibi octonos versus (vt supra memoratū est) singule vendicantes: cunctum carmen pulcherrima paritate describunt: qui nulla permixtione confunditur: sed nouitates rerū mutatis sibi litteris explicat. Per totum itaq; psalmū vniuersalis sanctorum chorus eloquitur: q; ab initio mundi siue fuerūt/ siue sunt/ siue futuri esse creduntur: inter quos reperiūtur apostoli/ pphete/ martyres/ confessores/ ecclesiastici ordines: ⁊ omnes qui sancta dño integritate famulantur: genus electum/ regale sacerdotium/ gens sancta/ po- 1.Pet.2. pulus acquisitionis: ab origine generis humani vsq; ad finem seculi colligendus. Sed quātus horū sit innumera multitudo: vnus tamen vbiq; introducit ad loquendū: vt virtus vnitatis in ecclesia cōcordi possit agnosci. Nunc videamus que in hoc celesti paradiso spiritualia poma nascantur. Expositio.

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi]. Cum omnīū desideria nois istius ardore rapiantur: nec quisq; possit reperiri qui nolit premia beatitudinis adipisci: cōgruum fuit viros sanctos votis probabilibus inter ostendere: ne mens confusa mortalium ignorata via posset errare. Nam ⁊ illi beatos se estimant: qui seculi ambitionibus eluduntur. Sed ne aliquid tale putaretur eligendū: primū posuit plurali numero Immaculati: vt de fidelibus hoc nō de christo debuisset aduerti. Ille enim solus naturaliter immaculatus est: q̄ peccata non habuit. Sancti enim immaculati fiunt: quando indulgentie munera consequūtur: sicut propheta in quinquagesimo psalmo dicit Lauabis me: Psa.50. ⁊ super niue dealbabor. Sequitur in via: id est in ipso dño saluatore: qui dixit Ego sum via/ veritas/ ⁊ vita. Joan.14. Ibi enim ambulare iustorum est: nō pedibus corporeis/ sed gressibus pbabilis actionis. Nam vt aduerteres non eum illam viam dixisse in qua possit errari subiunxit Qui ambulāt in lege: id est qui aut nō peccant/ aut per gratiam celestem digna sibi satisfactione pspicūt. Nec illud vacat quod dicit In lege dñi. Est em ⁊ lex peccati: sicut apostolus ait. Unde ideo aliam Rom.7. legem in membris meis repugnantem legi mētis mee: et captiuum me ducentem in lege peccati. Et ideo additum est Dñi: vt eam discerneret a lege peccati.

[Beati qui scrutãtur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum]. Superiorius adhuc sensus est ⁊ ista sententia. Nam licet beati sint immaculati qui ambulãt in via: id est in ipso dño Saluatore: et in lege eius denota mente gradiũtur: additum est tamen illis virtutibus: Qui scrutantur testimonia eius. Et que sit ipsa perscrutatio subsequenter aperitur: id est qui in toto corde suo dñm exquirere maluerunt. Vident enim perscrutari testimonia eius/⁊ tergiuersatores hereticos: sed toto corde suum dñm non requirunt: quoniam per humanas versurias affectant nouas inuenire calumias. Totum enim cor suum ad scripturas sanctas merito posuisse non dicitur: qui ad falsitatis ambitum plectibili errore transfertur. Unde sanctus Primasius Iustinianopoleos/disertus antistes sub titulo quid hereticum facit: libidum vnum cõscripsisse dinoscitur. Nec illi videntur totũ cor suum ad dñi testimonia posuisse qui neglecta disciplina mãdatorũ eius: mũdana gaudia cõpiscunt. Et vide ordinẽ sancte/veracisq; doctrine. Prius dicit beatos esse q̃ ambulant in lege domini: deinde qui scrutãtur sacrarum testimonia litterarum: quia non est dignus ista perquirere: nisi qui se probabili cognoscitur actione tractare. Utraq; vero sententias tertia species definitiõis amplectitur: que grece Peores: latine qualitatiua dicitur. Beatus enim vir qui sit: per actuum suorum hic ostenditur qualitatem. [Non enim qui operant iniquitatem: in viis eius ambulauerunt]. Cum Joannis a postoli veracia verba sint. Si dixerimus quia peccatum non habemus: nosipsos seducimus: ⁊ veritas in nobis non est: videntur nec sancti in viis eius ambulare: quos cognoscimus habere peccata. Verum hec questio/veritatis ipsius voce dissoluitur. Sunt enim illicita desideria: que originalis peccati necessitate committimus: sed in eis consensu animi nõ tenemur. In istis mens beata nõ ambulat: que dono domini cordis probitate superantur. Ut (verbi gratia) repente pulchrum aliquid concupiscere/cibum desiderãter expetere/bonis odoribus commoueri/iniqua subito suggestione cõfandi: et his similia que oratione sancta/et crucis signaculo destruuntur. Ita fit: vt et peccata sancti suggestione carnis habeant: et tamen dum eis minime relaxatur effectus/ea non operari veraciter estimẽtur. Hec enim Pauli apostoli testimonijs euidentius approbantur.

DEF.

1. Joan. 1.

2. Tim. 4.

Rom. 7.

Rom. 6.

Eccle. 18.

cat dñm Saluatorẽ: qui certa via est ad patrẽ venientiũ: sicut ipse dixit: Nemo vadit ad patrẽ: nisi per me. Joan. 14.
qõ hic dixit In viis: designat ppheras et apostolos: vel quicũq; populũ vera predicatiõe docuerũt. [Tu mandasti: mãdata tua custodiri nimis]. Dixerat beatũ esse cui hec talia suffragank: vt sit immaculat⁹ ambulet in lege dñi: scrutet testimonia eius: ⁊ qõ est pfectissimũ viuẽdi genus in toto corde exquirat dñm. Et ne hec tanta negligẽda viderent: sequit tussionis dñi cevenerãda preceptio: vt mãdata eius nõ solũ sedule sed ⁊ nimie requirant. Nimius enim dictus est in nulla re dubius: qui pposite rei intẽtus semper assistit. Ubi est sentẽtia gentilũ toto orbe celebrata. Ne quid nimis: Ecce nimiũ nobis a veritate precipit: Ecce a moderatore rerũ omniũ sine defectu aliquid fieri debere sancit. Istud em nimis significat multũ atq; infinitũ sicut et in alio psalmo dicit: Nimis ꝓfunde facte sunt cogitationes tue. Et alibi. Nimis exaltatus es super oẽs deos. Sine mãdata dñi nimiũ custodire precipimur: quãdo ipsi quoq; saluti nostre corporee ea pferre debere cẽsemur. Qua propter vires nostre possibilitatis excedere diuina militia est: q; totũ ibi nimium decet: qm ⁊ illud infinitũ est/qõ nobis tribui postulamus. Perquirenda est quoq; nominũ istorũ distincta cognitio: ne quis ea credat esse cõfusa. In priori versu dixit Legẽ dñi: Lex aũt dñi est: sicut apostol⁹ ait) vmbra futurorũ: quã nõ decet ad litterã: sed spiritualit ordine custodiri. Ut ꝓbi gratia: lex sacrificiorũ/observãtia noue lune/ritus circũcisionis/⁊ cetera huiuscemodi: q̃ typũ magis q̃ speciẽ certũ est habuisse veritatis. Secũdo versu ponit Testimonia. Testimoniũ est euidẽs ⁊ pfinita cõditio: cuius statuto cõmoniti/res ꝑteritas nõ possum⁹ obliuisci: vt in Genesi ait Jacob. Testimoniũ erit nobis collis iste: ⁊ testimonium erit lapis iste. Scriptum est etiã ⁊ in libro Jesu naue Duodeciz lapides afferte de medio Jordanis: vt sint hi in testimoniũ filijs vestris. Sic nobis ꝑcepta diuina testimonia sunt: qñ cõmonẽt ne peccare debeam⁹: sicut apostolus Paul⁹ ait Testificor coram deo: q̃ viuificat oia: ⁊ Jesu christo/⁊ electorũ angelorũ: vt hec custodias. In ꝓsenti quoq; versu mãdata posuit: q̃ non sunt vmbre futurorũ vt lex: sed presentẽ habẽt manifeste operationis effectũ. Qõ dñs in euãgelio absolute declarat dicẽs: primũ mandatũ est Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: ⁊ ex tota alia tua: ⁊ ex tota virtute tua ⁊c. Hoc em sic vni dictũ est: vt ab omnibus debeat ⁊ per cuncta tẽpora custodiri. Qua propter siue lex/siue testimonia/siue mãdata dñi custodiantur: ad beatitudinis certũ est munera pueniri. Que verba cũ predictis diffinitiõibus suis mẽte cõdensa sunt: q; in subsequẽtibus versibus frequenter ea posita reperimus. [Utinã dirigant vie mee: ad custodiẽdas iustificatiões tuas]. Cũ vitã superi⁹ beati viri eudẽter expresserit: nũc etiã populus fidelis bonoꝝ sibi pueniũ votis intercedẽtibus postulauit. Utinã verbũ semper optãtis est: vt qõ nostris non possumus viribus adipisci: diuina misericordia largiẽte mereamur. Cũ dicit Dirigãtur vie mee: ostendit eas quantũ ad humanam imbecillitatẽ ptinet to: tuosas. Ute mee act⁹ significant: quos in hac vita peragimus. Addidit Ad custodiendas iustificationes tuas. Ubi tam quod superius optauit aperit. Ad custodiendas em iustificationes dñi nemo poterit puenire: nisi cuius vie a dño dirigi cõprobantur. Sed discutiamus quid significẽt iustificationes. Justificatiões igit dñi apud prisc

Deut. 31.

Josue. 4.

1. Tim. 5.

Mat. 22.

populum fuerunt multe atq; diuerse: vt sex annis tñ famulus seruiret hebreus. Filius affectu ⁊ disciplina patris eruditur. Pater vt reuerenter in omnibus haberetur. Deus: vt summo timore ⁊ amore coleret. Sacerdos honorabilis esset. Proximus vt tanq; propria vtilitas amaretur: et his similia: q̃ fieri sancta scriptura precepit. Hec ergo nequeunt custodiri: nisi misericordie dñi ꝓbent attribui. [Tũc non cõfundar: ꝙ dum respicio in oĩa mandata tua]. Causa redditur quẽadmodũ possint iustificationes dñi iugiter seruari: id est si mandata respiciant vniuersa. Sed cũ dicit: Omnia: in nullo cõmonet esse peccandũ: quoniã scriptum est: Si quis de lege minimũ non fecerit: reus est totius legis. Respice autẽ: est mandata semp ante oculos habere que iussa sunt: vt si quid rorũ cõmittitur: salutari emũdatione protinus corrigatur. Ceterũ qui in mandata non respicit: in quo erret modis oĩmodis ignorabit. Hanc quoq; similitudinẽ Jacobus ponit a postolus dicens: Si quis auditor est verbi ⁊ non factor: hic comparabitur viro ꝓsideranti vultũ natiuitatis sue in speculo: considerauit enim se ⁊ abijt: ⁊ statim oblitus est qualis fuerit. Qui aũt perspexerit in legẽ pfectã et permanserit: non auditor obliuiosus factus: sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Tales ergo laudantur: a quorũ cõspectu mandata dñi non recedunt. [Cõfitebor tibi ꝓ dñe in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitie tue]. Cõfessio: hic significat laudẽ: qua decet populũ dicere beatoꝝ. Directio cordis: est fidei catholice sancta regula: qua eũ confiteri non potest hereticoꝝ distorta versutia. In eo quod dicit: Didici: indicat a beatis patribus sibi traditã disciplinam: non aũt vt quidã faciunt: studio puersitatis inuentã. Judicia vero iustitie sunt: quia famulos suos liberare dignatur a diabolica persecutione laborantes. [Justificationes tuas custodiã: non me derelinquas vsq; quaq;]. Perfecta est proposite beatitudinis decora constructio. Petit enim a dño: vt iustificationibus concessis: dignetur deuotũ populũ suo munere custodire. Justificationes enim quid significent: in quarto versu superiore iam dictum est. Et qñ nouerat tentationes diabolicas vndiq; circuire: vt legitur: Aduersarius vester sicut leo circuit querens quẽ deuoret: petit se quaquauersus deniq; custodiri: ne possit locũ nocendi hostilis atrocitas inuenire. Hunc videam⁹ quid littera secũda contineat.

Alc. cũ ꝑspexero in oĩb⁹ mandatis tuis.

1. Pe. 5.

Jaco. 1.

Alc. non hz.

Alc. adolescentior.

Beth.

IN quo corrigit adolescẽtior viam suã: in custodiendo sermones tuos. In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mãdatis tuis. In corde meo abscõdi eloquia tua: vt non peccẽ tibi. Benedictus es dñe: doce me iustificationes tuas. In labijs meis: pronũciaui omnia iudicia oris tui. In via testimoniorũ tuorũ delectatus sum: sicut in oĩbus diuitijs. In mandatis tuis exercebor: ⁊ cõsiderabo vias tuas. In iustificationibus tuis meditabor: nõ obliuiscar sermones tuos.

IN quo corrigit ꝙ iuuentor viã suã: in custodiendo sermones tuos]. In prima littera partes beatitudinis fidelis populus indicauit: in quibus se deprecatus est custodiri. Hunc idem in secũda littera cõuersionis rẽpus ostendit: exponens etiã in sermonibus domini quibus delectationibus ꝑfruatur. Qua propter per figurã Erotesis: sub interrogatione ꝓponit: In quo corrigit iuuentor viam suã? Etas electa est noui nõ veteris testamenti: quãdo de senior homine in robusta sum⁹ etate reparati. Juuentor enim dicitur veteribus comparatus: quia comparatiuus gradus frequenter vim obtinet positiui. Sed iste iuuentor: quẽadmodum correxit viam suã: subsequenti responsione confirmat: dicens In custodiendo sermones tuos: tunc scilicet cũ euangelicam disciplinam populus christianus accepit. Eo siquidem tempore homo correctus est: quando vetere prauitate damnata: ad recte fidei dona peruenit. Custodit autẽ sermones domini: qui non eos tantũ memoria retinet: sed actionũ probitate restituit. [In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis]. Hoc quoq; munus est domini quod eum se toto corde asserit exquisisse. Non enim quereret nisi ipse inuenisse fuisset: sicut in Esaia legitur: Quod perierat requiram: ⁊ quod errauerat reuocabo. In omni siquidẽ bono domini gratia pueniamur: ⁊ vt eum velimus rogare: ipse se dignatur infundere. Sequitur: Ne repellas me a mãdatis tuis: tanq; indignũ beneficijs suis: vt quem te fecisti toto corde petere: tu etiaz digneris audire. Repellit enim a mandatis suis subdole se rogantes: sicut in alio psalmo legitur: Uirum sanguinũ et dolosum abominabit dominus. Et Salomon dicit: Sanctus enim spiritus discipline effugiet fictum: et subtrahet se a cogitationibus que sunt sine intellectu. Rogat ergo ne ab intelligẽtia legis diuine repellatur sicut indignus: vt agnoscamus hãc intelligentiã non mereri nisi eos qui noscunt toto corde deprecari. [In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi]. Cum legamus operam domini esse predicandã: sicut Petrus in actibus apostolorũ dicit: Non enim possumus que vidimus et audiuimus non loqui: Hic dicit in corde suo eloquia domini ne peccaret abscondita. Sed vtrũq; verum est. Nam sicut decet fidelibus ea oportune predicari: sic non credentib⁹ oportet abscondi: sicut in euangelio dictũ est: Ne dederitis sanctum canibus: neq; miseritis margaritas vestras ante porcos. Et alius psalmus dicit: Posui ori meo custodiã: dum consistit peccator aduersum me: Obmutui ⁊ humiliatus sum ⁊ silui a bonis: vt intelligamus peccati genus esse: obstinatis eloquia dñi predicare. Unde et Paulus apostolus dicit: Hereticũ post primã ⁊ secũdam correptionẽ deuita ⁊c. [Benedictus es dñe: doce me iustificationes tuas]. Ne aliquis eruditionem sanctã proprijs viribus applicaret: premittit: Benedict⁹ es domine: id est qui gratias prestas: quia in homine non potes inuenire quod eligas. Sed hic benedictionẽ/laudem significat domini. Nam cũ nos deũ benedicimus: eius facta laudamus: cum ille benedicit nos sanctificare dignatur. Sequitur. Doce me iustificationes tuas. Cũ superius dixerit: In corde meo abscondi eloquia tua: nũc dicit: Doce me iustificationes tuas: quasi nichil ante didicerit. Uerũ sancte congregationi esurienti sitientiq; iustitiã: non sufficit mãdata domini verbo didicisse: sed petebat vt ea factis potuisset ostendere: vbi nouerat plenitudinẽ se gratie reperire. Dicit ergo: Doce me iustificatiões tuas: hoc est presta me facere vnde electos tuos iustificare consueri. [In labijs meis: pnũciaui oia iudicia oris tui]. Chorus ille sanctoꝝ pronunciasse se dicit iudicia oris

Psa. 5.

Sap. 1.

Act. 4.

Matth. 7.

Psa. 38.

Tit. 3.

Universidad de Navarra Biblioteca

dñi q̃ iocutus est per ꝓphetas ⁊ aplos suos: quãdo ea labijs suis recensuit: ⁊ populo prædicauit. Omnia iudicia: significat que scripta vel dicta sunt. Ceterum vniuersaliter hoc potest ꝓnũciare: quod nulla noticia prævalet apprehẽdi: sicut in alto psalmo dictũ est. Judicia tua abyssus multa. Apostolus quoq; testatur:

Ps.35. Rom.11. O altitudo diuitiarũ sapientie ⁊ scientie dei: q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie ipsius.

Et ipse passione vicina dicit apostolis: Non oĩa dixi vobis. Quapropter figuraliter ꝑ parte dicitur totũ: quod in scripturis diuinis frequenter constat effectũ.

SILDE. [In via testimoniorũ tuorũ delectatus sum: sicut in oĩbus diuitijs]. Uia testimoniorũ: est dñs Christus: qui de ipso loquentia ad ipsum ducũt: via certa: iter infatigabile: quæstuosus labor: vbi q̃squis puenerit: mestimabilis diuitiarũ delectatiõe mulcetur. Et intuendũ quod sequitur: Sicut in oĩbus diuitijs. Hic diuitias ſpuales debemus accipere: de quib⁹ aplus ait: Q̃m in oĩbus diuites facti estis in ipso: in oĩ verbo ⁊ in oĩ scientia: sicut testimoniũ Christi cõfirmatũ est in vobis. Ceterũ cohors sctã seculares diuitias nõ poterat testimonijs dñi comparare: quas ipsa velut sordes alias cognoscitur abiecisse. [In mãdatis tuis exercebor: ⁊ considerabo vias tuas]. Ecclesiastice disciplineordo seruat⁹ est. Prius enim fuit vt exerceret in mandatis diuinis: id est frequenti operatione vsum rerum necessariarũ assiduo labore gageret: et sic ad intellect⁹ eius penetralia puenire. Nemo enim merek tantũ secretũ cõspicere: nisi cui datũ fuerit bona cõuersatione celestibus se beneficijs proximare. Et nota q̃ exercitatio in scripturis diuinis plerũq; in bono ponitur. [In tuis iustificationibus meditabor: non obliuiscar sermones tuos]. Obliuio non natura nobis venit: sed ab originalis peccati infirmitate descendit. Hinc remedialis opposita est meditatio: ne memorie culmen obliuio nefanda destrueret. Meditari eñ se dicit iustificationes dñi: ne possit q̃ retinere expetit obliuisci. Nouerat enim quo vitio mens humana premeretur: ⁊ ꝓra hoc auxilijs repetit: vnde obliuio violẽta debuisset excludi. Respice quẽadmodũ diuersis causis propria verba subiuncta sunt. In superiori quippe versu. In mandatis tuis exercebor: dixit: vbi parte opus est actuali. Mãdata enim sunt dñi: Non mechaberis: Nõ falsum testimoniũ dixeris ⁊c. Hec enim oportuit non tñ audire: sed facere. Ideoq; posuit: Exercebor. Hic autẽ: Justificationes: dicit meditabor. Justificatiões quippe dicte sunt: sicut superius expositũ est: Hebreũ puerũ nõ amplius q̃ sex annis debere seruire: ad significantiã beati populi: qui in hoc seculo seruit: vt in illa resurrectione a cuncta obnoxietate liberet. Hoc ergo quia fuit in enigmate constitutum: Meditabor dixit: vt frequens iteratio intellectum future ret euidentius aperiret.

Exo.20.

GIMEL.

Retribue fuo tuo: viuifica me et custodiam sermones tuos. Reuela oculos meos: ⁊ cõsiderabo mirabilia de lege tua. Incola ego sum in terra: non abscondas a me mãdata tua. Cõcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas / in oĩ tẽpore. Increpasti superbos: maledicti qui declinãt a mãdatis tuis. Aufer a me opprobriũ ⁊ cõtemptũ: q; testimonia tua exquisiui. Etenim sederũt principes ⁊ aduersum me loquebant: seruus autẽ tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Nam ⁊ testimonia tua meditatio mea est: ⁊ consilium meum iustificationes tue.

Retribue seruo tuo: † viã ⁊ custodiam sermones tuos]. Venit ad tertiam litterã: in qua humanã indigentiã ꝓfitetur: ⁊ gratiã dñi per cũcta cõmendat. Increpatos asserit superbos qui fideles dñi iniquis motibus persequũtur. Retribue siquidẽ dicit: nõ merita redde: sed iterũ da: vt qui præstitisti petitionis affectũ: effectum quoq; postulationis attribuas. Venit; hunc sensum declarat sermo subiunctus cũ dicit: Seruo tuo. Seruus enim christi dici non potest: nisi qui non suis meritis: sed diuine gratie reputat / quod boni aliquod facisse cognoscitur. Dñi aũt custodire mãdata: reuera viuentis est. Cõtra: mortuus iure dicit: qui inobediẽs approbatur: sicut in euãgelio de infidelib⁹ legit. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Sepelire enim mortuos viuentiũ erat: sed quia infideles videbant: recte mortuos appellatos esse cognouimus. Et aduerte cõfessionẽ sanctã: sic se iudicauit esse victurũ: si potuisset dñi custodire sermones. Merito: q̃si qui eos custodit ab ipsis sine dubio custoditur: ⁊ mors ei nõ dñabitur: que in impiorũ depopulatione grassatur. [Reuela oculos meos: ⁊ ꝓsiderabo mirabilia de lege tua]. In hoc versu infirmitas humanitatis: ⁊ bñficiũ q̃si

Ille enim diuinarū rerum doctus ostenditur: qui sibi credita fecisse monstratur. Siue petit vt illas iustificationes aduerteret: que precepte figuraliter esse videbantur. [Viam iustificationū tuarū instrue me: z exercebor in mirabilibus tuis]. Merito cohors sancta iustificationū viam intelligere querebat: que suas vias: id est peccata prodiderat: quia nisi illas dānemus: ad istam peruenire non possumus. Instrue me: ad intellectū pertinet: vt aduerteret quod sepe iam dictū est: quali mysterio post sex annos seruus relaxaretur hebreus: septimus terre fructus pecoribus egentibusq; donaretur: quod post annū quinquagesimū quodlibet illud priorū reddi dño iubebatur: z his similia: q̄ iustificationib⁹ dñi cōuenire monstrantur. Hec enim merito desiderabat agnoscere: que futuro spei nostre p̄bantur mysteria cōtinere. Sequitur. Et exercebor in mirabilib⁹ tuis. Utiq; exercetur sensu z prudētia singulari: qui dicta dñi ad spiritualē significātiā trahit. Mirabilia vero ipsa vocat que superius dicit iustificationes. Prebent enim intellecta miraculū: quando sic in p̄senti sunt posita: vt longe futura significare videantur. [Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in p̄bis tuis]. Post illā petitionē sanctā cognoscimus eū fuisse dilatatū: quādo animā suā dicit dormitasse pre tedio: quod accidere solet eis: qui longis expectationibus differuntur: vt intelligeremus per patientie bonū diuinū nobis venire p̄sidiū. Dormitat ergo anima: quando a sua intētione flaccescit: z in ociū fessa remittitur: dum ad illud quod intēdebat minime peruenire monstratur. Et vide: quia dormitauit posuit: non dormiuit. Dormire eñ oblitosi atq; securidis est: dormitare fessi z expectātis. Quod verbū z alter psalmus edicit: Si dedero somnū oculis meis et palpebris meis dormitationē. Et alibi: Ecce nō dormitabit neq; dormiet qui custodit israel. Sed vt hunc quoq; defectū ab anima fatigata remoueret: sequitur. Confirma me in verbis tuis: quatenus si adhuc expectatio differenda erat: in verbis dñi fixa atq; imutabilis anima p̄maneret. Cognoscimus enim tali remedio: quaslibet moras: queuis tedia: quoslibet labores ocissimodis cōsolandos: si legē domini frequenti iteratione meditemur. Hanc aut̄ anime dormitationē Cassianus seruorū dei optimus institutor: acidiam vocat: quā magno studio monachis persuadet esse fugiendā. [Viam iniquitatis amoue a me: z † in lege tua miserere mei.] Ad illā contemplationē veritatis euectus: petit quod in isto seculo necessariū fuit: vt via iniquitatis: hoc est diabolus ab eius infestationibus tolleretur: z in lege dñi optatā misericordiā reperiret. Per legem siquidē nemo iustificabit: sicut apostolus dicit: Scientes quia nemo iustificabitur ex operibus legis: sed ex fide Jesu christi. Et iterū: Per legem enim cognitio peccati. Juste ergo ibi petit misericordiā: vbi se per legis vincula non credebat absolui. [Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus]. Via veritatis / dñs Christus est: sicut ipse dicit: Ego sum via: veritas et vita. Elegisse se dicebat sanctissim⁹ chorus culturā dominī saluatoris inter diuersas mūdi superstitiones: quibus insipienter mundant populi seruiebant. Eligere enim non est nisi de multis vnum legere. Sed videamus quare se dicit elegisse: cum dicatur in euangelio: Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. Jure igitur populus beatus ista dicebat qui iam electus fuerat vt eligere potuisset: sicut z alio loco dicit: Elegi abiectus esse in domo dñi. Merito ergo se oblitū dñi non dicebat esse iudicia: qui tali electione gaudebat. [Adhesi testimonijs tuis dñe: noli me confundere]. Ille qui se pauimento prius adhesisse dixerat: nūc se dñi testimonijs adhesisse cōmemorat: vt ostendat puerū se vite diuino munere percepisse. Sed quoniā rōū in diuina tuitione cōsilit: rogat vt de muneribus collatis non cadat: ne ad verecundie confusa perueniat. Non enim se sancta cōscientia negligēti securitate remiserat: sed magis quod acceperat humilis amittere formidabat. Sic enim p̄fundi poterat: si p̄deret q̄ tenebat. [Viam mandatorū tuorū cucurri: cum † dilatares cor meū.] Al. dilatasti

Via ista q̄ multifarie dicitur: q̄ diuersa qualitate tractatur. Dixit enim superius: Vias meas annunciaui. Deinde: Viam iustificationū instrue me. Et iterū: Viā iniquitatis amoue a me. Repetit: Viā veritatis elegi. Ad postremū: Viam mandatorū tuorū cucurri: vt siue bone / siue male vite viam dici omnimodis instruamur. Veritatis ordinē seruans cucurrisse se dicit viā mandatorū: q̄m cor suū a dño asserit esse dilatatū. Nō enim potuisset vel ambulare vel currere: nisi cor eius in latitudine scientie fuisset extensum. Nam cū via mādatorū eius legatur angusta: nisi dilatato corde non curritur. Anima enim quādo lumē veritatis acceperit in multifarias agnitiones aperitur: z latio: redditur virtutib⁹ cognitis: que prius fuerat angustata peccatis. Bene autem dixit: Cucurri: vt ostenderet se ad fidem rectā velociter dñi munere peruenisse. Cucurrit enim viā iustus: donec (sicut dicit apostolus) perueniat ad palmā superne vocationis. Phil.3.

Heth.

Legē pone michi dñe viā iustificationū tuarū: z exquirā eā semp. Da michi intellectū et scrutaboz legē tuā: z custodiam illā in toto corde meo. Deduc me in semitā mandatoꝝ tuoꝝ: q: ipsaz volui. Inclina cor meū in testimonia tua: z nō in auaritiā. Auerte oculos meos ne videāt vanitatē: i via tua viuifica me. Statue seruo tuo eloquiū tuū: i timore tuo. Amputa opprobriū meū q̄ suspicat⁹ sum: q: iudicia tua iocunda. Ecce cōcupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me.

Legem pone michi domine viam iustificationū tuarū: et exquirā eam semper]. Ad quintā litterā plebs beata processit: multis modis expetens vt in lege domini ei⁹ deberet munere custodiri. Inquirendum plane quā sibi legem petat populus iste constituit: qui superius dixit: Et in lege tua miserere mei. Illud dictum est de veteri testamento: nunc autē nouā legem postulat sibi debere poni veniente scilz dño Christo: vt illo aduentu sancte incarnationis expletus: p̄fecto christiane fidei roboze firmaretur: sicut dictū est: De syon exiuit lex: z verbum domini de hierusalē. Merito q̄ Esa.2. iugiter se eam dicit exquirere. Illud enim desiderio inardescente semper exquiritur: quod venire magnis precibus postulatur. [Da michi intellectum et scrutaboz legem tuam: et custodiam illam in toto corde meo]. Considerandum est quid sibi velit q̄ iterum petit / que prius se accepisse memorauit: id est Viam mandatorum tuorum cucurri: scilicet quia dona domini continue sunt petenda. Semper enim prestat qui donata conseruat: z probabili desiderio cōtinue petimus: quod in nobis p̄manere iugiter postulam⁹. Ipse enim perscrutatur hanc legē: cui intellectus prestatur a dño. Et vt constantiā pie p̄fectionis ostenderet: eam se dicit in toto corde suo diuinitatis munere custodire declarans per vniuersas subtilesq; minutias oīne bonum et a dño tribui: z per ipsum seruari: z eius gratia semp augeri. Et vide q̄ pulchro ordine cuncta descendant. Prius petit vt lex ei poneretur: id est noui testamenti: quia veteris iā tenebat. Deinde vt legis ipsius intentionē cognoscere meruisset: quatenus eā cordis integritate seruaret. [Deduc me in semita mandatorū tuoꝝ: quia ipsam volui]. Cum in quarta littera cucurrisse se dicat viam mandatorū: hic se in eadem deduci iterum postulauit. Sed mandata ista noui testamenti debemus accipere: vbi se perduci magnopere p̄decabatur: quoniā veteris testamēti cucurrerat. Ita fit vt z fidei compleatur desiderata perfectio: z sancta scriptura nichil sibi cōtrarium dixisse videatur. Nam cū dicit: Ipsam volui: noui testamenti spiritualē gratiam probatur expetere: per quā se ad celoz regna nouerat peruenire. [Inclina cor meū in testimonia tua: et non in auaritiā]. Diligenter verba ista tractāda sunt. Inclinari cor suū petit in testimonia dñi: vbi non per rapacem auaritiam: sed per laudabilē humilitatē p̄stante dño peruenitur. Inclinati enim melius cōspicimus que ante oculos nostros esse monstrātur. Nam illi qui erecti et vanitati supini sunt: nequaq; possunt subiecta oculis intueri. Addidit: Et non in auaritiā. Sciens cohors illa sanctoz auaritiam capacē esse vitioz: hāc a se expetit amoueri: vt potuisset toto corde ad scripturas sacratissimas salubriter inclinari. Auaritia enim: est temporaliū rerū flagrans oino desiderium: vnde z primus homo peccauit: et suis posteris vitia incentiua dereliquit. Hinc z diabolus accusauit Job: dicens, p̄pter diuitias quas illi dederat nō propter ipsam contemplationē qua bonus est: ab eo dñm fuisse dilectum. Quod sequens impugnauit euentus: quando vir sanctus in omnibus aduersis dño gratias actitauit. Petit ergo populus beatus: vt hāc auaritiā de corde eius amoueat: z ad testimonia dñi solo probitatis inuitetur affectu. [Auerte oculos meos ne videant vanitatē: in via tua viuifica me]. Multi huius seculi prudentes cōtinentie se lege moderati sunt: vt hominū magis q̄ dñi iudicio complacerent. Sed isti operam suam vano studio perdiderūt: q̄m scriptū est: Matth.6. Ne faciatis iusticiā vestrā coram hominib⁹. Unde nūc plebs beata deprecatur: vt oculos cordis eius a tali proposito dño dignetur auertere: me peruersa consuetudine mūdanis possit delectationib⁹ implicari: quia nos z per oculos peccare non dubiū est: dū cōspectarū rerū ambitione traducimur. Ab hac enim se vanitate fieri deprecatur alienū: q̄m sciebat inde maximū venire peccatū. Hinc notantur z illi qui diuersis speculis occupantur: hinc qui mulierū fedo amoze rapiuntur: hinc qui alienarū rerū possessionē improbe cōcupiscunt. Sed huic petitioni additur z illa perfectio: vt in via sua: id est in dño Christo cum viuificare dignetur: in quo vere viuificatur: q: mors eius virtute superatur. [Statue seruo tuo eloquiū tuum in timore tuo]. Statue dicit: stare facias est infige: cōsolida atq; cōfirma: ne sanctū eloquiū fugaci oblitione dilabat: quod in nostris semper debet sensibus stabiliter permanere. Cui rei bene addidit: timore: vt semper oremus ne susceptā munera possim⁹ amittere: z grauius sit dulcedinē didicisse q̄ perdat. Subiunxit: Tuo: qui ab humano timore longe discretus est. Iste enim sic formidat vt diligat: sic querit vt nunq̄ desinat amare quē metuit. Et quia plurimi eloquia dñi suscipiūt negligenter: et ranq̄ fabulas inutiles audire declinant: merito addidit: In timore tuo. vbi nec culpa cōquiritur: nec ad desidie discrimina peruenitur. [Amputa opprobriū meū quod suspicatus sum: quia iudicia tua iocunda]. In hac sententia maximū vitiū humanitatis exponitur. Multi enim in opprobriū cadūt: aliter q̄ habeat veritas suspicando: quā culpā a se desiderat amputari. Pro multis enim malis sepe bonū testimonium damus: atq; iterum de bonis mala dicimus nescientes: z necesse est verecundiā incurrat qui ignorans aliquid asseuerat. Suspicio enim sepissime probatur incerta: que viro non conuenit christiano. Hec ergo suspicio ducit ad opprobrium: quod ex peccato nascitur. Jure ergo sibi querebat amputari: vnde reus poterat inuenīri. Primo confessus est infirmitatē suā: nunc domini cognoscitur laudare iudicia: cuius verbum verū est firmaq; sententia. Quapropter amator veritatis merito sibi iocundū domini dicebat esse decretū: per quē se et requiem reperire nouerat z coronam: sicut apostolus dicit: Bonū certamen certaui: cursum cōsummaui: fidem seruaui: de reliquo reposita est michi corona iusticie. [Ecce concupiui mādata tua: in equitate tua viuifica me]. Diuersa beneficia superius sibi cohors sancta tribui postulauit: sed in hoc versu consecutā se dicit plenitudinem gratiarū: quia concupiuerat mandata domini: que veram prudentiā conferunt z salutem. Petit autē in equitate domini se viuificari: qui adhuc superstes esse videbatur: vt intelligamus non esse veracissimā vitā: nisi quā dño Christus fuerit prestare dignatus. Equitas autem patris: verbū caro factū est: cui omne iudiciū dedit: vt vobis terrarū in eius examine iudicādus assistat: sicut apls dicit: Qui factus est sapientia nobis a deo: z iusticia: et sanctificatio: z redemptio. 2.Timot.4. 1.Corin.1.

Vau.

Ueniat sup me misa tua domine: salutare tuū sm eloquiū tuū. Et respōdebo exprobrātibus michi verbū: q: speraui in sermonib⁹ tuis. Et ne auferas de ore meo ōnē veritatis vsq; quaq;: q: in iudicijs tuis supersperaui. Et custodiā legē tuā semp: in seculū z in seculū seculi. Et ambulabā i latitudine: q: mādata tua exq̄siui. Et loquebar in testimonijs tuis in cōspectu regū: z nō cōfundebar. Et meditabar in mādatis tuis: que dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi: et exercebor in iustificationibus tuis.

Ueniat sup me misericordia tua dñe: salutare tuū sm eloquiū tuū]. Ad sextā litterā cōgregatio sancta quenit: in qua sibi postulat salutarē dñm debere concedi: vt inimicos de tāta remuneratione confundat: et in lege dñi assidua meditatione proficiat. Precatur ergo vt supra eā dñs saluator adueniat: qui est misericordia peccatoꝝ z vita fidelū. Et vt hanc misericordiam specialiter ipsum debuisse aduertere: secutū est Salutare tuū. Reuera per quē salus gētib⁹ venit: qui

Ps.131. Ps.120. Al. de iniquitatis amoue a me: z † in lege tua miserere mei.] Xosm.3. Ibidem. Joan.14. Ety. Joan.15. Ps.83. Al. dilatasti Phil.3. Heth. Esa.2. Deut. Job.1. Matth.6. Vau. 2.Timot.4. 1.Corin.1.

mundo cegrotanti medicinam sue pietatis attribuit. Scom eloquiū tuū dixit: id est fm promissionem tuam: quā p pphetas cognoscens fuisse pollicitus. [Et respondebo exprobrantibus michi verbū: quia speraui in sermonibus tuis]. Hec nobis indicat absolute sententia cū aduersarius fuerit obiecta versutia: q̄ tamen possunt recipere rationē: nō nobis facendū: sed respondendū esse virtuliter: ne sibi malignantiū plumptio superior esse videat. Exprobrāt enī verbo: qui filiū dicūt esse minorē: vel qui eū carne passum minime credidērūt: sicut dicit apls. Si enim cognouissent nunq̄ dñm glorie crucifixissent. Hīs p̄suptione dñi respōdendum est: qui doctrinā salutarē nō ad requietā animārū: sed ad iniuriā potius exprobrationis adducūt. Sequit. Quia speraui in sermonibus tuis. Utiq; ideo dicit respondendū: quia speraui in sermonibus dñi: qui dicit: Cū veneritis ante principes z potestates nolite cogitare quomodo aut q̄d loquamini: dabit enim vobis in illa hora q̄d loquamini. Non enim vos estis qui loquimini: sed spūs patris vestri qui loquit in vobis. [Et ne auferas de ore meo verbū veritatis vsq̄quaq̄: quia in iudicijs tuis p̄speraui]. Rogat vt p̄fessionē veritatis de eius ore nulle pene: nullī⁹ terror extorqueat: sed q̄libet tormēta fuerint inflicta in vna voce cōstantie p̄sueret: q: nō in virtū⁹ humanis: sed i diuinis cognoscit speralle iudicijs. Sed cuz dicit: Usq̄quaq̄ significat verbū veritatis ad tēpus aliquibus fuisse sublatū: vt Petro apostolo cōtigit: qui ante galli cantū ter dñm negauit. Sed non vsq̄quaq̄ ablatū est verbū veritatis de ore ipsius: quādo culpā suā z fletibus diluit: et sanguinis effusione mūdauit. Sequit: quare non debeat de ore ipli⁹ veritas p̄fessionis auferri: Quia in iudicijs tuis speraui. Judicia erāt dñi q̄ turbe martyrū diuersis cruciatibus agebantur. Sed in his se magis spem gerere p̄fitetur: quia scriptū est: Flagellat omnē filiū quē recipit. Iniqui enī cū molestantur desperāt: sancti viri ñ affligunt ipem magis sue dilectionis accipiunt. Hactenus littere istius versus habet orationē. Subsequētes vero vsq̄ ad finē narratiōis ordine depromuntur. [Et custodiā legē tuā semp in seculū z in seculū seculi]. Iste z alij versus vsq̄ ad finem littere: nō habet deprecationē: sed narrationē. Superius enim petijt vt acceperet hic tam de p̄ceptis beneficijs gratias agit. Custodire le legē dñi semp affirmat: quia in ipsa variare nefandū est. Sic enim custodire potest: si quod supertus dixit nō auferat de ore ipsius veritatis verbū. Interdū: Semp: ponit vsq̄ ad finē hui⁹ seculi. Sed hic cū dicit: In seculū seculi: illam perennitatē significat que nō habet finē. Sed cū supertius diximus: legē vmbrā fuisse futurorū: id est immolare agnū immaculatū: octauo die ritum circūcisioni adhiberi: vel his similia: que admodū in eternū legem se custodire dicit: cū non solū post resurrectionē futuram necessaria nō sint illa: sed hic quoq; iā videantur abolita? Sed ibi alia lex erit dñi: quā se promittit populus custodire sanctissimus. Scit enim per hanc vmbram legis ad mysterū eterne legis ascendi. Novit etiā cōsuetudinē angelorū z potestatū dñm sine fine laudare. Scit summe beatitudinis esse solēnitatē: iugiter dominū intueri. Scit denīq; fidelū ibi esse leges: quas se professus est sine fine seruare. [Et ambulabā in latitudine: quia mādata tua exq̄siui]. Ipsa est latitudo quā in quarta littera dixit: Etiam mandatorū tuorū cucurri cū dilatares cor meū: scientia scilicet multiplex atq; salutaris: quā ideo meruit: q̄ mādatorū intelligētiā requisiuit. Quā merito dicimus esse charitatē: de qua scriptum est: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spūm sctm qui datus est nobis. Cōtra: peccatorū corda in bonitate coangusta sunt: qō tangit Apls cū dicit: Nō angustiamini in nobis: angustiamini autē in viscerib⁹ vestris: q: dñi mens coangusta: id est pollutā nō recipit: sed in latitudine mentis suscipitur: a quo celū terraq; cōplet̄ur. Patulū enim domicilū debet esse: vt tantam mereatur recipere maiestatem. [Et loquebar † de testimonijs tuis in conspectu regū: z non cōfundebar]. Loquebatur de testimonijs domini: qm̄ pmiserat z acceperat: vt respōderet exprobrātibus sibi verbum. Qua firmitate roboratus ante reges seculi: qui poterant elata potestate terrere: non se dicit fuisse confusum: sed veritatē quā mente cōceperat intrepidis sermonibus exercebat. Cōfunditur autē ille: cuius per ratiocinationē dicta vincuntur. Ad verecūdiam enim ventre nō potest: qui veritatis ipsius testimonio roborat. Non enim ille sub qualibet necessitate negandus est: qui dicit: Qui me negauerit coram hominibus: negabo z ego eum coram patre meo qui est in celis. [Et meditabar in mādatis tuis: que dilexi † vehementer]. Hic ostendit frequētate meditationis ardorem. Meditari enim mandata non potest: nisi qui ea assidua lectione cucurrerit. Et vt hanc frequētiā euidentius declararet: addidit: Que dilexi. Negligere enim nunq̄ potest homo q̄ diligit. Sed ne hāc quoq; dilectionē tepidam fortitan estimares: addidit Uehementer: supra quā nulla potest dilectio reperiri. Non enim vt alia dilectio mādatorū dñi mediocris esse potest: nisi vehemēter quod hic expetitur diligat. Quapropter mādata dñi iure vehemēter dilexit: per que in cordis latitudine fiducialiter ambulabat. [Et leuaui manus meas ad mādata tua q̄ dilexi † nimis: et exercebar in iustificationib⁹ tuis]. Superiori versu dixit: Meditabar in mandatis tuis: quod ad virtutē respicit inspectuam: modo autē dicit: Leuabo manus meas: quod ad partē pertinet actualē. Leuare enim manus: significat bonis operibus occupari. Ceterum qui malis actionib⁹ detinet: nō leuat manus suas: sed detrahit. Et vide: quia in vtrisq; partib⁹ ponit. Que dilexi: ibi Uehementer: hic: Nimis: quoniam vtrūq; opus sub magna ambitione faciendū est: vt fructū possit habere dño miserante qui perficit. Addidit: Et exercebar in iustificationibus tuis. Ibi meditabatur: vbi mentis intentione translatus est: hic exercebatur vbi querebat operis frequētatione p̄spicere. Et nota q̄ exercitatio in scripturis diuinis plerūq; in bono ponitur: in litteris autē secularibus vel in cōmuni locutione: in bono aut nunq̄ aut raro ponitur. Quā locutionem scripturarū diuinarū ppriā esse dicamus. In iustificationibus tuis: pertiner ad vtrūq;: vt z mandata domini cū delectatione meditaretur: z operas manuum cum charitate perficeret. Ista enim duo sunt (vt sepe iam diximus) que perfectos faciunt vtiq; christianos. Finita est cum littera narratio: quam a versu quarto scilicet inchoauit.

ZAJ.

Memor esto ꝓbi tui seruo tuo: in q̄ michi spem dedisti. Hec me cōsolata est in humilitate mea: quia eloquiū tuū viuificauit me. Superbi inique agebāt vsq̄quaq̄: a lege autem

Rom.5.

2.Corin.6.

Al. in

Matth.10.

Al. non hz.

Al. non hz.

JOJ

tua nō declinaui. Memor fui iudicioꝝ tuorū a seculo dñe: et cōsolatus sum. Defectio tenuit me: p̄o peccatoribus derelinquētibus legē tuā. Cātabiles michi erāt iustificationes tue: i loco peregrinationis mee. Memor fui nocte nominis tui domine: et custodiui legem tuam. Hec facta est michi: quia iustificationes tuas exquisiui.

Al. memor esto

Memento verbi tui seruo tuo: in quo michi spem dedisti]. Ad septimam litteram venit chorus ille sanctorū: in qua spem promissionū domini sensibus nostris omnino cōmendat: vt firmum in mente nostra permaneat: quod gloriosa veritas pollicetur: asserens propter eā fideles aduersa huius mundi tolerabiliter et libentissime sustinere. Quis enim morē temporalem metuat: cui eterna vita promittitur? Quis ordinates pignorū cogitet: cum se iungendū chorūs nouerit angelorū? Quis labores carnis timeat: cū se in perpetuā requiē nouerit collocandū? Ex humana vero consuetudine: Memēto dicit deo: qui michi potest vllatenus obliuisci: nō quia dignū erat in illa materiale ponere obliuionis iniuriā: sed precatur vt cito seruo suo conferat clementissime promissionis effectū. Has enim tropologias in scripturis diuinis frequēter inuenies: vt est illud in genesi: Recordabor federis mei. Uel in exodo: Et recordatus est dominus federis quod pepigerat cū Abraam z Isaac z Jacob. Uerbi tui: fortasse significat promissionē quā in euāgelio dicit: Beati qui lugēt quoniā ipsi cōsolabuntur. Beati qui persecutionē patiuntur propter iusticiā: qm̄ ipsorū est regnū celorū. Et alio loco: Non vos dimittā orphanos: z his similia. Seruo tuo: subaudiēdū: imple promissum: quia si velis sine aliqua adiectione superioribus aptare qō dictum est: verba sibi nequeunt cōuenire. Que figura dicitur Ecclipsis: id est defectus: quotiens verbū suspendit: vt visa eius inquirat. Sequitur. In quo michi spem dedisti. In illa sc̄z promissione verbi tui: quā iure a veraci domino cōpleri fidelis populus expectabat. [Hec me ꝓsolata est in humilitate mea: quia eloquiū tuum viuificauit me]. Spem quā sibi dicit de dominī pollicitationibus extitisse: ipsam se in necessitatibus huius mundi consolatā fuisse restatur: quoniam inter quas libet calamitates animus fidelis reficitur: quando talis retributio cogitat. Quis enim tēporales insidias metuat cū ad eterna dñi promissa respiciat? Nam cū dicit: Cōsolata est: ostendit inter erūnas seculi hoc sibi solatij fuisse vt in presenti vita affligeretur z de futura spei promissione gauderet. Hoc etiā significat In humilitate mea: quia sctā reuera ꝓbat humilitas: ola patienter: ola cū gratiarū actionib⁹ sustinere. Hāc etiā spem tribuit in euāgelio dicēs apostolis. In patiētia vestra possidebitis alas vestras. Sequitur. Quia eloquium tuum viuificauit me. Causam reddit quare humilitas ei⁹ fuerit ꝓsolata. Promissio quippe tāti iudicis firmauit animū sustinentis: et ne tēporalē timeret interitū: spes cōsolationis viuificauit afflictū. [Superbi inique agebant vsq̄quaq̄: a lege autē tua non declinaui]. Tempus significat qñ a supbis p̄secutorib⁹ vehemēter humilis ecclesia vexabatur. Sed hec oia dicit esse frustrata: cū ei malignorū non potuit nocere seuitia. Et respice qm̄ humilitatē suā fidelis populus viuificatā dicit: superbos autē: id est malignos atq; tyrānos crudeliter egisse cōmemorat: qui nō viuificandi: sed potius mortificādi sunt. Per hec enī duo verba designat gen⁹ humanū. Humiles quippe dicēdi sunt: qui mādatis dñi obedire cōtendūt. Superbi: qui diabolicis suggestionibus intumescūt. Sequitur. A lege autē tua non declinaui: scilicet vt illi putabāt: qui prequebantur innocuos. Et cū dicit: Nō declinaui: significat in veritatis iugiter se manisse sententia. [Memor fui iudiciorū tuorū a seculo dñe: z cōsolatus sum]. Memor iudiciorū plerūbilla nō p̄sumit: q: meru penarū reuocatur que incētiua prauitate succeditur. Cū dicit A seculo: significat cū administrari cepit⁹ est mūdus. Hoc enim illa cohors potuit dicere: que per successiones generationū longis etatib⁹ cognoscitur extitisse. Nam si eternū tēpus voluisset ostendere: seculū seculi diceret: sicut frequēter insinuat. Qua cogitatione cōsolatū se dicit: quia famulos suos virt⁹ diuina nō deserit: sicut z alibi dicit. Junior fui z senui: et non vidi iustum derelictū. [Defectio † animi tenuit me: † pre peccatorib⁹ derelinquētibus legē tuam]. Hic pietas sancte cōuersationis exponitur: vt dolore se defecisse dicat: quia peccatores legē dñi deserere cernebantur. Necesse est enim vt sanctū virū alterius culpa contristet: dū anim⁹ plus saluos fieri desiderat vniuersos: et quē nō optat excedere afflictur: cū et penas cognouerit inesse. Scit enim q: grauiter illatū malū suū potius grauet auctorē. Unde sctā cohors nō tantū pena suis: q̄tum tyrānicis torquebat excessib⁹. [Cātabiles michi erāt iustificationes tue: in loco † incolat⁹ mei]. Cū dicit: Cantabiles: significat psalmodiā cū magna delectatione peragendā: sicut dicit apls. Cantātes z psallētes in cordib⁹ vestris deo. Cant⁹ enī semp releuat labores: z nō facit animo furripere tediū qui cōtēplationis magna suauitate mulcet. Nā quod addidit In loco incolat⁹ mei (sicut sepe diximus) significat hūc mūdū: vbi peregrinat⁹ ois qui Christo dño deuot⁹ est. Expulsi siquidē in Adā de sede paradisi: in hac terra incolatū gerimus: quia patrie illi⁹ beatitudinē nō habemus. Ita fit: vt in hoc mundo peregrini esse videamur: sicut z apostol⁹ dicit: Quādiu sumus in hoc corpore peregrinamur a dño. [Memor fui nocte nominis tui dñe: et custodiui legē tuā]. Per noctē: mundū istum significari posse non dubiū est: in quo peccatorū regnat obscuritas. Sed vtinā oculos corporeos clauderem: z non cordis lumina piculosius obcecaret. Hāc noctem dñs depellit: quā do iudicij tēpore veniens illuminat abscondita tenebrarū: et manifestat consilia cordis: que nūc excessibus nutriuntur illicitis. Sed in hac nocte memorem se dicit fuisse nominis dñi: cū ola beneficia ipsius non meritis suis: sed diuinis muneribus applicaret: sicut z in alio psalmo legitur. Adiutorū nostrū in nole dñi: qui fecit celū z terrā. Et apostolus memorat: Qui gloriatur in dño gloriet. Sic enim fidelis noctis istius tenebris non inuoluitur: quia cordis lumine clarificat. Cōsequitur digna p̄fessio. Ideo enim custodiuit legē dñi: quia memor fuit in nocte nominis eius. Non enim custodire valuisset legem dñi: si suis aliquid meritis applicasset. [Hec facta est michi: quia iustificationes tuas exquisiui]. Hec facta est michi: subaudi consolatio: quod magis de nocte q̄ de lege debet intelligi: vt que peccatoribus est cecitas: ipsa viris sanctis illuminatio esse videatur. Sic enim credentes nō patiuntur tenebras: q̄uis in huius mundi cecitate versentur. Sequit causa quare illi nox facta sit consolatio: quia iustificationes tuas exquisiui.

Joan.14.

Al. peregrinationis mee Ephe.5.

Pō.36.

Al. non hz.

Al. pro

Pō.125.

2.Corin.10.

2.Corin.5.

Si enim diriſſet Meas: ſuſtinuiſſet adhuc denſiſſimam ceciſatem: ſed quia dixit: Tuas: mundi tenebris non potuit obcecari. HETH

PORTIO mea domine: dixi cuſtodire legē tuā. Deprecatꝰ ſum faciem tuaz in toto coꝛde meo: miſerere mei ſm eloquiuz tuum. Cogitaui viasmeas: ⁊ cōuerti pedes meos in teſtimonia tua. Paratus ſum et non ſum turbatus: vt cuſtodiā mandata tua. Funes peccatoꝛū circūplexi ſunt me: ⁊ legem tuam non ſum oblitus. Media nocte ſurgebā ad confitendum tibi: ſuper iudicia iuſtificationis tue. Particeps ego ſum omnium timentium te: ⁊ cuſtodientiū mandata tua. Miſericoꝛdia tua domine plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me.

PORTIO mea dñe: dixi cuſtodire legē tuam]. Pagmen beatū ad octauam litteram venit: in qua deſiderat videre facie domini: quia eius mandatis noſcitur obſecutus. Portio: a parte dicta eſt. Illius enim partis ſumus cultus voluntatiꝫ obedimus. Quod verbum freqūter inuenis dictum: vt eſt illud: Filijs leui non erit portio: neq; ſors in medio fratrū eoꝝ: quia dominus deꝰ pars eſt eoꝝ. Unde merito portio pioꝝ deus dicitur: quia in regni eius felicitate victuri ſunt. Sequitur. Dixi cuſtodire legem tuam. Dixi/id eſt ſtatui: decreui atq; pmiſi domini precepta ſeruare: vnde factus fuerat in domini portione: id eſt in hieruſalem beata: nō in babylonie parte confuſa. [Deprecatus ſum faciem tuā in toto coꝛde meo: miſerere mei ſm eloquiū tuū]. Duplici modo hec facies domini probatur intelligi. Chriſtū quē credebat eſſe vēturū indubitata cogitatione deſiderans: incarnationē ipſius querebat aſpicere: que mundo ſalutaris poterat apparere: ſicut et in alio pſalmo dictum eſt. Deus virtutū conuerte nos et oſtende faciem tuam ⁊ ſalui erimus. In toto coꝛde: ſine vlla heſitatione: vt nunc̄ de futuro ſuſpenſus: ſed velut preſentem videretur rogare certiſſimus. Poſtulat etiam miſericoꝛdiā aduentus eius debere cōpleri: qui per prophetas innumera noſcitur annunciatione promiſſus. Siue magis deprecari videtur: vt in futura illa reſurrectione eius facie poſſit inſpicere: ſicut legitur: Beati mūdo coꝛde: quoniā ipſi deū videbūt. Et apoſtolus: Uidimus nunc per ſpeculum in enigmate: tūc aūt facie ad faciē. Sed quia peccatoꝛe ſe nouerat: ſibi poſtulat debere miſereri: quatenus per gratiā liberatus videat quod ſuis nō poterat meritis intueri. Scām eloquiū tuū: illud ſcilicet quo deitatis ſue promittit ſanctis beatā nimis ⁊ incōparabilē per omnia viſionē. [† Quia cogitaui vias meas: ⁊ cōuerti pedes meos in teſtimonia tua]. Sidinem humane cōuerſationis exponit. Prius eſt enim vt noſmetipſos diſtrictius arguamus: ⁊ ſic ad dñi mādata migremus. Cogitauerat pinde examen illud glorioſum: Uias ſuas: id eſt actus humanos: ſed quoniā ei oīmodis diſplicebant: pedes ſuos cōuertit ad teſtimonia domini gradienda: in quibus ſi aliquis ambulat firma poteſt habere veſtigia. Uidebat ſiquidē in humanis actib⁹ eſſe peccata: in diuinis aūt mandatis floꝛere iuſticiā: ⁊ ſapienter illud deſeruerat quod expoſitū periculis ſentiebat. Dicendo enim: Cōuerti pedes meos: oſtendit primitus fuiſſe peruerſos. [Paratus ſum et non ſum turbatus: vt cuſtodiā mandata tua]. Cum dicit paratum: oſtendit deliberaſſe ſe pro mādatis dñi quelibet pericula ſuſtinere. Paratum ſe enim ad precepta dñi cuſtodienda ille teſtatur: qui nec perſecutoꝛes metuit: et illecebꝛas huius ſeculi a ſuis ſenſibus effugauit: ſicut ⁊ apoſtolus Paulus ait. Ego enim pro noie Jeſu non ſolum alligari: ſed ⁊ mori paratus ſum. Unde ſimiliter ⁊ in alio pſalmo dictū eſt: Paratū coꝛ meū deꝰ paratū coꝛ meū. Sequitur. Et non ſum turbatus. Im prouiſa forte cōturbet. Non enim facit formidare animū deliberata ſentēcia. Unde ⁊ dñs in euangelio premonens dicit. Non turbetur coꝛ veſtrū: quoniā nō poteſt dici paratus: qui trepida cogitatione cōfunditur. Infert etiā ad quid paratū ſe eſſe dicebat: ſcilicet vt mandata dñi cuſtodiret: que ſic bene atq; integre ſeruantur: cum aduerſitas nulla metuitur. [Funes peccatoꝛū circūplexi ſunt me: ⁊ legem tuā nō ſum oblitus]. Cum dicit: Funes peccatoꝛ: oſtendit tot eſſe laqueos quot peccata cōmittimus. Funes enim ſunt implicita et toꝛtuoſa ligamina: quibus ſe delinquentes ſemper aſtringūt: ſicut Eſaias dicit: Ue qui trahunt peccata tanq̄ funem longū. Et alibi: Uinculis ſuoꝝ peccatoꝝ vnuſquiſq; pſtringitur. Sed hoc referendū eſt ad coꝛporis prauitatē. Nam cū dicit: Legē tuā non ſum oblitus (quod eſt beatoꝝ) cur ſe ipſe peccatoꝝ nexib⁹ dicat eſſe cōplexum? Sed fieri potuit: vt caro delictoꝝ funibus complexa ligaretur: animus aūt ſanctus incentiuis vitijs reluctans: legē dñi non fuiſſet oblitus: ſicut apoſtolus dicit: Ego ipſe mente ſeruio legi dei: carne aūt legi peccati. [Media nocte ſurgebam ad confitendū tibi: ſup iudicia † iuſticie tue]. Non vacat quod dicit: Media nocte ſurgebā. Scit enim hoc tēpoꝛe primogenita egyptioꝝ fuiſſe percuſſa. Scit etiā ea tempeſtate Petri ⁊ Pauli ⁊ Silee in carcere poſitoꝝ vincula reſoluta. Scit quoq; ſponſum media nocte eſſe venturū: ideoq; eodē tempoꝛe ſurgit ad laudes: ne inter fatuas virgines ianua clauſa remaneat. Nec vacat quod dicit: Surgebā: quia ſemp ſurgitur cū ad domini preconia feſtinatur. Ad confitendū: hic ſignificat ad laudandū: quia ſequitur. Super iudicia iuſticie tue. Nam ſi penitentie cōfeſſionē voluiſſet intelligi: ſuper miſericoꝛdiā tuam dixiſſet: non ſuper iudicia iuſticie tue]. Particeps ego ſum omniū timentium te: ⁊ cuſtodientiū mandata tua]. Hic euidētius dixit qō ſuperius in capite littere poſuit: Portio mea dñe. Sic enim erat portio dñi: vt ⁊ famulorum ipſius particeps eſſe pbaretur. Et reſpice quēadmodū virtutem eccleſiaſtice vnitatis oſtendit: vt omniū fideliū ſe dicat eſſe participem: non vnius eccleſie: ſed que in totius mūdi capacitate diffuſa eſt. Et merito ſe vbiq; partes habere dicit: quando vniuerſalis congregatio talia loquebatur. Pars enim ipſius erat: quicqd deo placere poterat in toto oꝛbe terrarū. Et reſpice q̄ humiliter participem ſe dicit timentiū deū: cum legatur in apoſtolo: Particeps chriſti facti ſum⁹. Et in quadrageſimoquarto pſalmo quoſdam participes chriſti ſignificatos eſſe meminimus: cum dicit. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre conſortibus tuis. Quiſquis enim in nouitate vite ambulauerit: erit particeps chriſti. Sic ⁊ humiliter locutus eſt: ⁊ tamē ad ipſam ſignificantiā quid ſit particeps dñi: animū bene intelligētis extēdit. Et quia dixit: Oim timentiū

ETH. Deuter.10.

Psā.79.

Matth.5. 1.Corin.13.

Al.nō hȝ.

Psā.56.

Joan.14.

Esa.5.

Prouer.5.

Rom.7.

Al.iuſtificationis

Exo.2. Ac.12. 7.16

Matthȝ.25.

Heb.3.

Psā.44.

asſerenē
cit Boni
nera pfite
bonitatē. ꝫ
cēs: Bonū
tiones tuas
agit: ſed de a
ſtrictionem e
nitatē illam de
exultatione gau
cū ſecat vulnera: t
tempus inferant p
remedia. Nouerat
norādum: cuius cler
tanſ in gaudiū: quāu
tur. Sequit Scām ve
Mat.23. Qui ſe humiliat exalta
tur. [Bonitatē/et diſcip
Al.in. † mandatis tuis credidi
huc petit doceri qō iam ſe
eſt: ſcilicet quoniā bonaru
que moꝛe flagrantis incend
da ligna cucurrerit: tāto co
Luc.17. apoſtoli fidei caloꝛe feruente
fidem. Docet ergo deus bon
tatis deſiderium. Docet diſcip
bus patiētiam donat. Docet ſc
rerum ipſe cognoſcitur attribut

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domine meus domine: ne cō-
fundare legē tuā. Deprecor
sum faciem tuā in toto cor-
de meo: miserere mei ſm elo-
quiū tuum. Cogitaui vias
meas: & conuerti pedes meos
in testimonia tua. Paratus sum & non sum
turbatus: vt custodiam mandata tua. Funes
peccatorum circūplexi sunt mihi: & legem tuam
non sum oblitus. Media nocte surgebam ad
confitendum tibi: super iudicia iustificatio-
nis tue. Particeps ego sum omnium timen-
tium te: & custodientium mandata tua. Mise-
ricordia tua domine plena est terra: iustifi-
cationes tuas doce me.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine: secundum verbum tuum. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi. Antequam humiliarer ego deliqui propterea eloquium tuum custodiui. Bonus es tu & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego legem meditatus sum. Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. Bonum mihi lex oris tui: super millia auri & argenti. Manus tue fecerunt me & plasmauerunt me: da mihi intellectum & discam mandata tua. Qui timent te videbunt me & lętabuntur: quia in verba tua supersperaui. Cognoui domine quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua vt consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo. Veniant mihi miserationes tue & viuam: quia lex tua meditatio mea est. Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis. Conuertantur mihi timentes te: & qui cognouerunt testimonia tua. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: vt non confundar. Defecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum supersperaui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando consolaberis me. Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus. Quot sunt dies seruitutis mei: quando de his qui persequuntur me iudicium? Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua. Omnes viæ tue veritas: inique persecuti sunt me adiuua me. Paulominus consumpserunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua. Secundum misericordiam tuam vivifica me: & custodiam testimonia oris tui. In æternum domine verbum tuum permanet in celo: in generationem & generationem veritas tua. Fundasti terram & permanet: dispositione tua perseverat dies. Quoniam omnia seruiunt tibi: quia omnia seruiunt tibi. Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte periissem in humilitate mea. In æternum non obliviscar iustificationes tuas: quia in ipsis vivificasti me. Meus es ego: & saluum me fac quia iustificationes tuas exquisiui. Me exspectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi. Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Quomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandatum tuum: quia in æternum mihi est. Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi: quia mandata tua exquisiui. Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua. A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo. A mandatis tuis intelligam: propterea odiui omnem viam iniquitatis. Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis. Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ: humiliatus sum usquequaque domine. Vivifica me domine secundum verbum tuum: & da mihi intellectum. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: & iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus. Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erravi. Hereditate acquisiui testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt. Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem. Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi. Adiutor & susceptor meus es tu: & in verbum tuum supersperavi. Declinate a me maligni: & scrutabor mandata dei mei. Suscipe me secundum eloquium tuum & vivam: & non confundas me ab exspectatione mea. Adiuva me & salvus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper. Sprevisti omnes discedentes a iustificationibus tuis: quia iniusta cogitatio eorum. Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua. Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui. Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me. Suscipe servum tuum in bonum: non calumnientur me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium iustitiæ tuæ. Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me. Servus tuus sum ego: da mihi intellectum & sciam testimonia tua. Tempus faciendi domine: dissipaverunt legem tuam. Propterea dilexi mandata tua: super aurum & topazion. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui. Mirabilia testimonia tua: propterea scrutata est ea anima mea. Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat parvulis. Os meum aperui & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam. Aspice in me & miserere mei: secundum iudicium diligentium nomen tuum. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: & non dominetur mihi omnis iniquitas. Redime me a calumniis hominum: & custodiam mandata tua. Faciem tuam illumina super servum tuum: & doce me iustificationes tuas. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. Justus es domine: & rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis. Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum vehementer: & servus tuus dilexit illud. Adolescentulus sum ego & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. Justitia tua justitia in æternum: & lex tua veritas. Tribulatio & angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est. Æquitas testimonia tua in æternum: da mihi intellectum & vivam. Clamavi in toto corde meo exaudi me domine: iustificationes tuas requiram. Clamavi ad te salvum me fac: & custodiam mandata tua. Præveni in maturitate & clamavi: quia in verba tua supersperavi. Prævenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Vox mea audisti domine secundum misericordiam tuam: & secundum iudicium tuum vivifica me. Appropiaverunt persequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt. Prope es tu domine: & omnes viæ tue veritas. Initio cognovi de testimoniis tuis: quia in æternum fundasti ea. Vide humilitatem meam & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus. Judica iudicium meum & redime me: propter eloquium tuum vivifica me. Longe a peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt. Misericordiæ tue multæ domine: secundum iudicium tuum vivifica me. Multi persequentes me & tribulantes me: a testimoniis tuis non declinavi. Vidi prævaricantes & tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt. Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in misericordia tua vivifica me. Principium verborum tuorum veritas: in æternum omnes iudicia iustitiæ tuæ. Principes persecuti sunt me gratis: & a verbis tuis formidavit cor meum. Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui invenit spolia multa. Iniquitatem odio habui & abominatus sum: legem autem tuam dilexi. Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitiæ tuæ. Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum. Exspectabam salutare tuum domine: & mandata tua dilexi. Custodivit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer. Servavi mandata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo. Appropiet deprecatio mea in conspectu tuo domine: secundum eloquium tuum da mihi intellectum. Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me. Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas. Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua æquitas. Fiat manus tua vt salvet me: quoniam mandata tua elegi. Concupiui salutare tuum domine: & lex tua meditatio mea est. Vivet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuvabunt me. Erravi sicut ouis quæ perit: quære servum tuum quia mandata tua non sum oblitus.

CXV. Deuter.19. CXVI. Psal.72. Psal.5. Psal.93. Psal.118. Psal.118. Psal.118

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOB.

Luc.21.

ak.gñatiõe
z gñationẽ.

DOB.

Pſa.23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

H. verba
ma.

rat
rsus
here-
exitia-
bui pe
ram fo
peccati
dñi gratia
imur. Il-
am hoc fie-
mik. Pedes
e nos quodã
s cõpellit: nisi
equik. At custo-
dñi non potuit cu
pharetur expulsa
cem dñi bibere/ꝛ ca- 1.cor.10.
mense dñi participes
diciis tuis nõ declina-
). Declarat illud quod
ala phibui pedes meos
declinaret. Sic em per-
as custodik: quando hereti
nitur. A iudiciis ergo tuis
sancta ꝓstituit/ꝛ viuẽdi no
os vtiq; nõ declinare: hoc est
oc ad celoũ gaudia peruenie-
bilis. Quia in legem posuisti
Moysen dñs dederit: eamq;
bseruari: nõ incongrue hic eã
ũ dicit: Tu legẽ posuisti michi.
Moysen dedit: pedagogi nobis

o
r.
pu
Ezech.5. Si
hon
hoc:
illud.
datis.
Prouer.1. tatis].
lare via
neribus e
et veloces
Pſ.72. rat etiam ꝑ
Pſ.96. alibi. Qui d
hunc modũ d
dum audisset,
lexit omnimoc
non poterat. ꝑ
rebus celestibu
nos execrare qui
cessitate phibem
qui aliqua illis dele
rur autem ab illis re
intercedẽte damnau
se polluat: qui mentẽ su

Vce
bum n
meis.
dire tuã
miliat9
viuifica n

Voluntaria oris mei ben.
iudicia tua doce me. Anim
meis semper: ꝛ legem tuam
Posuerunt peccatores laqu

Universidad de Deusto
Biblioteca

ii.30.
iiii.5.

Wat.11.

ecclī.

ſi:z ce
endas
In eter
poſſunt
aqs vexas
cto: cum in
qui hic iſta
re compto
ternitate re
licet illam
dicti patris mei: Wat.25.
tum eſt ab initio
tamen de domini
gni perpetui/con
am ſuſcipere que
uiatione deſeratur:
defixi:vt illum iugiter
ltant.

Cllī.

odio habui: et legem
xi. Adiutor et ſuſce
us es tu: et in verbum
erſperaui. Declinate a
ligni:et ſcrutabor mãda
mei. Suſcipe me ſm elo
non cõfundas me ab ex
Adiuua me z ſaluus ero: et

Wat

Luc.14.

et
et
fra
dilec
cuz eis
habita
Ecclī.3. luta ver
plectend
ta: ſOmni
Tob. verſu argu
ptrario: qui
Alr.non hz. ppoſitione
Alr.ſuper- meus es tu
ſperaui. ad implend
choare quic
Suſcepto: au
arcanũ: qua pr
poſſit funditus
quid ſequitur: Et
tis tue preſidiis ſu
ſperari licet: z ſpes
Ecclī.2. cut legit: ſQuis ſper
Pō.31. Sperãtes autẽ in dñ
rat ergo redemptorẽ
poſſit abſtergere: qui
tos: et qs ligatꝰ fuerat
mortente diſſolut. Sic in
nis noſtre concluſa perfe
ligni: z ſcrutabor mãdata
pientes tamen cognoſcere
mini: nos proficue frequenter
tandas ſacras lectiones obſ

Universidad de Deusto
Biblioteca

…calum…
…antib?

…e
…ta
…ſa
…li…
…bus
…ctōis
…quia
…ulauit:
…ſie iudi…
…uire po…
…us cū mi…
…z traditos
…imus enim
…cladib? pa…
…gnouit. Sci…
…el Susanna:
…nc etiā quoti…
…o in tēptationē. Matth.6.
…na cōmissis fia…
…s dicit: Tradidit Rom.1.
…t que nō cōuenīūt.
…s tradidi sathane: vt 1.Timot.1.
…ergo populus sanct?:
…ibus ideo spūs ira sce…
…is suas immissiones insti
…uū quod christi meretur
…on potest q̄: nisi ab eius
…cipe seruū tuū in bonū: mō
Suscipe diabolico brachio Alme
…e corruat. Dñi enim miseri…
…cator? nostror? compulsione
…ctū est dño i bonū suscipe: q̄
…tē nouerat impulisse. Seruus
…i est. Seruus enim a seruando ET.
…ominēti interitu dñi sut manus
…ic z ille merito se seruum dicit:

…ded…
…ſa…
…ſa…
…ſa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pſa.6.
Pſa.41.

Jacob.2.

SCHE.

VLG.

SCHE.

Ignitum eloquiū tu
uus tuus dilexit illu
ego ⁊ contemptus: iu
sum oblitus. Justicia tu
et lex tua veritas. Trib
uenerūt me: mādata tua
Equitas testimonia tus
lectum da mihi ⁊ viua

Universidad de Deusto
Biblioteca

e
ge
dos
Ros
ndis-
domi-
o eius
gnouisse
edeamus
entis affe- DEF.
nagna cor-
opulus mur
ño. Tacebat DOO.
me: Scilicet Exo.14.
s: que pia in-
to corde meo:
matur ad dñm.
tus debet spiri-
n nequeat impe-
oto corde: qui to-
s seculi: non cõtu-
sitorias dignitates:
mens sancta sup an-
t: semp exquirit. Nam
as facere debuisset: non
t. Justificationes tñ ve-
ui eas deuota mente com
luum me faciet custodiam
tum exponit: quẽ superius
aui in toto corde meo: quod
im non clamat: nisi cui pect-
cordis affectu. Sed cum dicit
na vult intelligi: nõ in corpore
oterat mãdata custodire. Nec
petere poterat: qui libenter cor-
biacebat. [Preuent in maturi- Alq: Ibā
verbo tuo speraui]. Preuenit in tua supspe
s in annis puerilibus modestiam raui

Luc.14.
Alaudi
Alappro-
pinquerũt
Alinigrati
Ps.21.
Matth.26.
Matth.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ps.100.

Al.preua-
ricantes
DEF.
ETY.

Al.de m
dio.

Al.f

Watth.10.

Exo.19.

Al.qm

Universidad de Deusto
Biblioteca

Roma.7.

Matth.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Al. anima mea.
Al. non hz.

Al. anditt
Al. non hz.

Al. quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Joh.15.

Joh.14.

Ibidem.

Ibidē.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fere.x

Al. non hꝫ.
Al. magnificatus est mirabilis.
Al. cognoscet.

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Roma.ic.

Napoc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ar. quia
Ar. inopia.

Apoc. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

pē.02.
ETY

phil.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca